BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
E
39
NAPOLI

150. 84

XL
E
~~42~~ 39

XL
E
39

OPUSCULA MYTHOLOGICA PHYSICA ET ETHICA.

GRÆCE ET LATINE.

Seriem eorum ſiſtit pagina Præfationem proxime ſequens.

AMSTELÆDAMI

Apud HENRICUM WETSTENIUM.

cIↄ Iↄ C LXXXVIII.

SPENCERO COMPTONIO

Honoratissimi Comitis

NORTHAMTONIÆ

Fratri Germano

T H. G A L E S.

Sæpe videor observasse, o decus nostrum, quàm parum Tibi placeant *fabularum* Scriptores. Animis enim benè natis, & verè magnis non nisi magna & solida satisfaciunt. Soles quoque à me subinde quære-

 re,

re, *ubi ſit illa veterum Sapientia: Poëtas, ſcriptorum vetuſtiſſimos, æternis portentis refertos eſſe. Ecquando dabitur meram intueri veritatem?* Ad hanc ſitim tuam minuendam nonnihil facient Auctores, quos nunc Tibi inſcribo: Horum aliqui eadem, ac Tu, olim conqueſti ſunt. Poſtquam iſtos pervolveris, ſi ulteriùs, (quod fore auguror) aſcendere geſtias; occurrent Tibi, quaſi in ſecundo Stadio, viri duo venerandi, *Ocellus*, & *Timæus*. Horum Sublimitas in Speculationibus *naturæ* vehemen-

Digitized by Google

menter oblectabit ingenium tuum ad omnia ſublimia comparatum: nec deterrebit Te obſcuritas ſcriptionis; Tibi enim nihil in ullo literarum genere impervium, aut impenetrabile opponi poteſt: Hactenus, inquies, μικρῶν μυστηρίων ἐπόπτης ſum. Ecce igitur præclaros aliquot *morum* Magiſtros. In his, opinor, defixus hærebis, & mirabe-ris homines in mediâ gentilitate poſitos. Accendent Te, ſat ſcio, & inflammabunt omnium virtutum in venis tuis latentes ſcintillas. Hîc Tibi, in loco tuto verſanti, inpræſentiarum valedico, ſi priùs monuero; Multi parentes, quoties ſuis benè pre-

 can-

çantur, Te ſuorum votorum faciunt menſuram: Eſt & tibi menſura quædam præſcripta, (ad quam contendere debes) Majorum tuorum ſplendor, fortitudo, conſtantia, religio: ita Tibi ſe plurimum debere olim ſentiet patria tua: nam quantum familiæ tuæ debeat, nulla unquam ætas conticeſcet. Iterum Vale.

Dabam Londini, Kal. Decemb.

Anno Chriſti CIↃ IↃ C LXXXVII.

THO.

Digitized by Google

THO. GALE

PRÆFATIO

De Scriptoribus Mythologicis, &c.

AD LECTOREM.

V*Etus est & receptissimus mos informandi puerorum animos per fabulas. Eâ de re Plato in 2°. de Rep. sic disserit ;* Sermonum formæ sunt duplices, vera & falsa; in utrâque erudiendus est puer, & primò quidem in falsâ. *Hunc morem non tam ratio quàm necessitas dictare videtur, nam tinctores per surdos colores adspirant ad feliciores. sanè fabulosa historia, infirmitate ingenii humani, vehementius ferè nos oblectat, quàm ipsa veritas. Et ideò à poëtarum lectione plerumque studiorum rudimenta auspicamur: speciosa miracula, & mendacia, modo sint splendida, facilè sese nobis insinuant.*

Istis poëtarum illecebris multi fascinantur; & ad Sirenum scopulos hærent, nihil ultra voluptatem & ψυχαγωγίαν cupientes; Contra istum morbum, cautos, tutosque nos præstare voluit Plutarchus suo de audiendis Poëtis *libello. Alii autem, non minus periculosè deliri, nihil credunt istis fabulis subesse veritatis; Orphea, Homerum, Hesiodum nihil aliud spectasse, quàm ut figmenta ingeniosè concinnarent, omnemque ipsos sibi fidem detrahere, dum hominibus Deos deteriores faciunt; nec alios suorum miraculorum testes producunt, quam istos Deos, quos ipsi finxerunt. Huic hominum generi ut remedium esset ad manum, collegimus in unum corpus hos Auctores,*

res, qui demonstrabunt nec relligioni sine symbolis & mysteriis, nec naturæ ipsi sine peplo, nec eloquentiæ sine tropis & allegoriis suam posse constare dignitatem. De nonnullis igitur horum scriptorum, Lector Candide pauca præfari libet, ne forte aut hospes aut lassus ad eos perlegendos accedas.

I. Palæphatus *ex iis satis dignoscitur, quæ de eo Ger. Vossius collegit; ea hîc prætermisi, (ne actum agerem) & occurrunt post paucas paginas.*

II. Heraclitum *è tenebris primus produxit Leo Allatius.* Heraclitus, *inquit ille*, Scriptor est antiquæ notæ; sed inter tot ejusdem nominis Scriptores, quisnam ille fuerit, expiscari alius fortunatius poterit.

Scio equidem Heraclitum & Heraclidem & Heracleonem *aliquoties inter se permutari. Sanè liber ille de* Allegoriis Homericis, *quem in hoc corpusculo mox edimus, Heraclitum habuit auctorem; eum tamen sub Heraclidis nomine alii evulgârunt. Nihil igitur obstat, cur non, vice versâ, Heraclitus pro Heraclide aliquando reperiatur. Quod in scriptore hoc accidisse veri est simile. Agatharcides Cnidius multa Heraclidis opera in epitomas redegit; Testis sit Photius* Bibl. tmemate 214. *Inter has ejus epitomas recenset* ἐπιτομὴν θαυμασίων, καὶ ἐκλογὰς ἱςοριῶν. *Atque hæc non multum abludere videntur ab his quæ tractantur in hoc opusculo. Palæphati* ἱςορία *apud multos venit pro* περὶ ἀπίςων ἱςοριῶν. *Addo his, eundem Agatharcidem in suo quodam apud Photium libro, plurimas collegisse* fabulosas historias, *quæ quidem ipsæ & apud hunc nostrum occurrunt.*

Illud quoque non videtur prætermittendum; Teste Laërtio Heraclides scripsit περὶ τῶν ἐν ᾅδου; *ista autem verba titulum faciunt capitis* 21. *hujus nostri Heracliti. Ego igitur sic censeo: libellum hunc esse epitomen operis majoris, cujus auctor fuerat Heraclides; Epitomes auctorem puto fuisse Agatharcidem. Liber Heraclidis* περὶ πολιτειῶν *idem fatum passus est; & fortè ab eodem Agatharcide.*

III. *Subjunxi Heraclidi (sive Heraclito) Anonymum, ob argumenti affinitatem. Hunc debemus Allatio, Allatius Vaticano*

ticano Codice; ex eo enim procudit, Anno MDCXLI, *Romæ.*

Anonymus *hic quis fuerit non multùm refert indagare. Sunt enim ea de quibus disserit levioris momenti, excerpta ex opere aliquo majori, tanquam* Χρηστομαθίαι, *quod illud* ὅτι *satis docet. Duo prima capita inter* ἄπιστα *malè collocantur. Ex eo quædam transtulit verbatim Phavorinus. Ex eo Ampelius emendari potest, capite de* Miraculis. *Quisquis fuerit, videtur vixisse post Proclum Platonicum, quem citat, hoc est, post tempora Theodosii & Leonis Thracis. Suspicor etiam à Græcorum religione fuisse alienum hunc Anonymum, vel saltem eum qui excerpta hæc nobis confecit. vide cap. 14. pag. 91.*

IV. *Sequitur* Eratosthenis *opusculum de* Catasterismis. *Corrigendus est Suidas in* Ερατοσθένης, *ubi nunc* καταστηριγμοὺς *legimus. De Eratosthene idem Suidas hæc habet.* Eratosthenes, Aglai, vel (ut alii tradunt) Ambrosii F. Cyrenæus, Aristonis Philosophi Chii, & Lysaniæ Cyrenæi Grammatici & Callimachi Poëtæ discipulus. Accersitus autem est Athenis à tertio Ptolemæo & ad quintum usque vixit. Quod autem in omni doctrinæ genere ferret secundas ab illis, qui ad summa accesserunt, cognomento vocatus est *βῆτα*. Alii verò, etiam secundum, vel juniorem Platonem, alii, Quinquercionem appellarunt. Natus autem est CXXVI Olympiade. Obiit autem Anno Ætatis LXXX, abstinens à cibo, vel ex inedia, propter hebetatam oculorum aciem, relicto insigni discipulo Aristophane Byzantio, cujus rursus discipulus fuit Aristarchus. Ipsius vero discipuli fuerunt Mnaseas, & Menander, & Aristis. Scripsit autem & philosophica, & poëmata, & historias, astronomiam, seu stellarum situs, de Philosophorum sectis, de vacuitate doloris, Dialogos multos & multa Grammatica.

Sed ut tanti viri industria, & ingenii monumenta plenius cognoscan-

cognoscantur, *placuit hic indiculum contexere ejus operum*; *simulque apponere auctores*, *ex quibus plura de iis* (*quàm nostra nunc fert scribendi ratio*) *quispiam haurire possit*. *Scripsit igitur Eratosthenes*, *Amathusiam*, Hesych. *Anterinnyn*, Athen. & Schol. Nican. *Architectonica*, *quæ eadem fortè cum Scenographicis*, Pollux & Schol. Apoll. Rhodii. *Aristonem*, Athenæus: *Arithmeticam*, Nicomachus, Jamblichus, Philop. Boet. *Arsinoen*, Athenæus: *Astronomica*, Plutarchus, Suidas, Hipparchus, Ptol. Proclus *in* Tim. *De Bonis & Malis*, Harpocr. Cl. Alex. *De Canone Pyth.* extat. & Nicom. *De vet. Comœdiâ*, Plut. in Demost. *&* libro, an seni ger. Resp. Laërt. Harpoc. Athen. Poll. *Coscinum*, Nicomach. *Chronologiam*, Cicero Dion Halic. Censorinus, Cl. Alex. Euseb. *De Cubo*, Extat Oxonii. *Declamationes*, Strabo. *Dialogos*, Suidas. *Dimensiones*, Vitruv. Plinius, Capella, Macrob. *De Divitiis*, Plutar. Them. *De Doloris vacuitate*, Athen. & Suidas. *Epistolas* ad Incertos; ad Hegetorem, Polybium, Ptolemæum: Athen. Eutoch. Macrob. *Erigonen*, Versu, Hyginus, Longinus, Stephanus. *Erinnyn*, Schol. Nican. *Gallaticam Hist.* Steph. in βοὸς Κεφ. Hoc opus puto fuisse Callisthenis; nam Eratosthenes non pervixit ad tempora Prusiæ cujus ibi fit mentio. *Geographiam*, Strabo, Vitr. Steph. Plin. Cæsar, Theon, Cleomed. Sch. Apol. *Gnomonicen*, Vitru. Cleomed. *Grammaticen* lib. 2. Cl. Alex. Hesych. *Harmonica*, Ptolem. Nicom. *Homeri Diorthosin*, Athen. Strabo. *Mercurium*, *sive Hermetem*, cujus aliquot carmina extant apud Achil. Tatium. Sch. Nican. & Apollonii, Athen. Macrob. Val. Probum, Heracl. Pont. Steph. Sch. Sophocl. *&* Aristoph. *De Nilo*, extat fragm. Proclus in Timæum. *De Octoëteride*, Geminus & Achil. Tatius. *De Olympionicis*, Athen. Cl. Alex. Laert in Emped. *Pastoralia*, Procl. in Hes. *Periplum*, sed Marcianus Heracl. adjudicat hoc opus Timostheni; Alii putant legi oportere περὶ πλούτου apud Plut. in

The-

Themist. *Pinacem*, Strabo. *Platonicum*, Stobæus Phy. Ecl. Theon. *De sectis Philosophorum*, Stephan. Suidas, Laert. *De Sectionibus Conicis*, Procl. ad Eucl. *De Ventis*, Achil. Tatius. *Ex his non facile dici potest, an* Dialogi *non sint idem opus cum eo de* Doloris Vacuitate, *&* Chronographia *sive* Chronologia *id, quod inscribitur alter de* Olympionicis. *Interim vides, Lector, ex tanto Eratosthenis thesauro quàm pauca ramenta ad nos devoluta sunt.* Catasterismorum *libellum post tot secula (Hyginum & Germanicum si excipias,) nemo, quod sciam, vidit. Primus eum publici juris fecit Sanctissimus Vir Joan.* Fell ὁ μακαρίτης, *Episcopus Oxoniensis. Vereor autem, ut Præsulis Venerandi exemplar integrum fuerit. Sanè in eo vertendo, (quod ἀυτοσχεδιάζων feci) nonnullos hiatus mihi videbar observasse. Unde nec Notarum quicquam Eratostheni apponere visum fuit, donec τὸ ἔδαφος stabile & fixum nancisci contingeret.*

V. Cornutum *primus publicavit Aldus. Aldi* Codex *in fronte* Phurnutum *vocavit, in calce* Cornutum: *similem inconstantiam observavi in Codd. Oxoniensibus. Est tamen unus inter eos, qui Cornuti nomen præfert, cui etiam astipulatur MS. Vaticanus. Video etiam in quadam* Philelphi *epistolâ ad* Pallantem Strozzam, Κορνοῦτον Ῥωμαῖον περὶ ἀλληγοριῶν. *Omnem hac in re dubitationem nobis tollet Auctor Etymologici magni in V.* Ζεὺς; *quædam enim adducit ex hoc ipso libro, ejusque parentem facit* Κορνοῦτον ἐν τῷ περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας. *Theodoretus quoque* in secundo sermone ad Græcos *sic citat,* Κορνοῦτος ὁ φιλόσοφος τὴν Ἑλληνικὴν Θεολογίαν ξυντέθεικε. Cornutus Philosophus Græcanicam Theologiam composuit. *Unde obiter liceat observare, istos MSS. Codd. qui habent,* ὦ παιδίον Γεώργιε, *lin.* 1, *esse recentioris ævi. Forte igitur integrum hominis nomen fuerit* Ἀνναῖος Πολυδεύκης Κορνοῦτος.

Sunt & alii, qui Cornutum appellaverunt hunc scriptorem. Porphyrius in libro de Antro Nympharum *profitetur se libenter sequi Cornutum in Allegoriis eliciendis. Imò, paginâ* 262. *de* Ant. N. editionis Cantabrigiensis *sic scribit,* ὅθεν

ἐπιθυ-

ἐπιθυμίᾳ μὲν &c. Hæc autem sunt ipsissima verba hujus Cornuti, quemadmodum restitus ex MS. Cod in n. 2. p. 148. Adhuc idem Porphyrius in libro περὶ ἀγαλμάτων quædam disputabat de voce Ζεύς; *ea hausit ex secundo capite hujus libelli. Docet autem* L. Holstenius *ea verba tributa fuisse Cornuto a Jo. Stobæo, etiamsi nunc dierum non addatur in Stobæo nomen Cornuti. Sed hoc nemini videri debet mirum, qui viderit schedas* Andreæ Schotti, *in quibus multa reperiuntur quæ frustra quæras in Stobæo edito.*

Romæ quidem sub Nerone claruit Annæus Cornutus *Gente Græcus, secta Stoicus. Annæum audis; & in familiâ Senecarum aut Lucanorum agitasse facile credes. Habuit in Philosophiâ auditores præter alios* Annæum Lucanum & A. Persium. *Auctor vitæ A. Persii ait Cornutum multa reliquisse Philosophiæ suæ monumenta. Ea viderunt* Origenes, Porphyrius, Jamblichus, Syrianus, Stobæus, Simplicius *& alii. Quamquam fortasse non eundem intelligunt omnes Cornutum, nam Platonicus, non Stoicus mihi videtur ille Cornutus, quem Stobæus adducit: item is qui toties Proclo laudatur.*

Nec tantùm ob Philosophiam inclaruit Cornutus, magnum quoque nomen obtinuit etiam ob humaniores literas. Dio *scribit eum εὐδοκιμῆσαι ἐπὶ παιδείᾳ. Nero suum quoddam poëma Cornuto examinandum misit. Ea res Cornutum perdidit, nam liberiùs paulò locutus de ea scriptione, in exilium abire necesse habuit. Satyrarum scribendarum auctor Cornutus fuit Persio; id ipse fatetur satyra V. Eundem, puto, Fulgentius* Satyricum *vocat.*

Suetonius poëtam facit Tragicum, *unde & Lucano forte persuasit ut* Medeam *scriberet. Laudatur porrò Cornutus quidam a* Gellio, Macrobio, Servio, Charisio, *ob ea quæ in Virgilium commentatus erat. Profitetur denique ipse Cornutus in hoc opere, se scripturum in Hesiodum: quod ipsum præstitisse merito videri possit ei, qui diligenter animadvertit maximam partem antiquorum in Hesiodum Scholiorum tum verbis, tum sententiis cum hoc homine mirificè concordare.*

Denique Cornuto præter alia Porphyrius in libello de Categoriis

rius attribuit Τέχνας ῥητορικὰς, *& Suidas* ῥητορικά. *Item Porphyrius (ut hoc addam extra locum) Librum Cornuti citat* πρὸς Ἀθηνόδωρον. *Opus istud scripsit, opinor contra Aristotelem, nam* Simplicius, *ex Porphyrio, nos docet* Athenodorum *& Cornutum scripta edidisse adversus Aristotelis Categorias. Addit Simplicius magnam partem operis Cornuti consumptam fuisse in* explicatione & distinctione vocum. *Videant igitur quibus commodum est, an non is sit ille liber, qui nunc servari dicitur in Regis Galliarum Bibliothecâ, sub nomine* Phurnuti *unà cum* Magistro de Atticis. *In tanto interim numero & tantis tenebris antiquitatis lubricum est pronunciare quis sit quem nunc quærimus. Ego Platonicum illum hujusce libri auctorem esse conjicio: eumque esse quem toties Porphyrius laudat, & cujus* μεταληπτικὸν *scribendi modum Origines & Proclus imitati sunt.*

V. De Sallustio *minus mihi negotium video dari, nam multa de eo* Testimonia *præfiguntur. Quoniam autem de ejus ætate non satis constat ex iis* Testimoniis, *addam apertum indicium ex Simplicii* Commentariis *in Epictetum.* ἐὰν γυμνάζηταί τις πρὸς ἀλγηδόνας, ἀνάγκη ζηλοῦν τὸν ἐφ' ἡμῶν Σαλλούςιον, ἄνθρακα πεπυρακτωμένον ἐπιθέντα γυμνῷ τῷ μηρῷ, καὶ φυσῶντα αὐτὸν, καὶ δοκιμάζοντα ἑαυτὸν μέχρι πόσου δύναται καρτερεῖν. *Ex his liquet illum eo tempore vixisse quo Simplicius floruit. Sed & alium locum, præter ea quæ jam allata sunt, ex Suidâ adjiciamus in V.* ἀπῆγε. *Sallustius, inquit,* ἀπῆγε τοὺς νέους τῆς φιλοσοφίας; *ubi vides dissidium cum Proclo agitasse hunc Sallustium; atque adeo nemini ejus ignotam posse esse ætatem, qui Proclo nobilissimo synchronon fuisse animadverterit.*

VI. *Scriptor ille* de vitâ Homeri, *quem hic recudi fecimus, solet præmitti melioribus, & antiquioribus Homeri Editionibus. Solet autem cum aliâ* vitâ *Homeri conjungi, quam* Plutarchus *concinnavit; solet denique hæc quoque* vita *Plutarcho attribui. Ego autem* vitam *hanc Plutarcho omninò abjudico. Et primo quidem stylus scriptoris ejus qui hanc* vitam *conscripsit longissime discrepat à Plutarchi dictione & compositione.*

Plutar-

Plutarchus ubique difficilis, retrusus, confertus, & confragosus; omnia hic aperta, obvia, facilia. Deinde quis affirmabit Plutarchum unius Homeri duas vitas edidisse? Imò prior illa vita à Plutarcho scripta, post hanc composita est; nam ibi omnia breviter, quæ hic planius positis auctoritatibus explicantur. Adhuc manifestissimum est vitam hanc esse aliam à priori, si quis ad prima verba attendat, ὅμηρον τὸν ποιητὴν &c. Accedat his quod hujus libelli scriptor, paginâ 293. dicat se egisse de Tropis & Schematibus, ἐν τῇ τεχνολογίᾳ· Plutarchum autem in eo scribendi genere fuisse versatum non memini me usquam legere. Quid quod Plutarchus libro de audiendis poëtis dictum illud Simonidis, de Poësi & Picturâ aliter exprimat quàm noster. imo in toto illo de audiendis poëtis libro nihil habet Plutarchus huic nostro simile, aut in dictionibus aut in sententiis.

Ut igitur paucis absolvam, equidem existimo seniorem Dionysium Halicarnassæum hujus aurei libri auctorem fuisse. Certè ea quæ Plutarcho hunc librum auferunt, Dionysio vendicant. Character dictionis planè geminus est in hoc Biographo & Halicarnasseo. Sed nec alium scio præter Dionysium, cui ille locus paginæ 292. in hoc scriptore rectius congruat, ubi remittit nos ad suam τεχνολογίαν; nam Dionysius scripsit τέχνας ῥητορικὰς, & quidem in eis de tropis & schematibus syntheseos tractat. Addo illud, Quintilianus ubique Dionysium in scribendo expressit; multa in suum horreum ex Dionysio comportavit; tacet tamen plerunque unde sumpserit. Id ipsum fecit cum hunc Homericæ vitæ scriptorem legeret. Quintilianus, nos rite ab Homero cœpturi videmur; Dionysius, ὅμηρον εἰκότως ἀναγινώσκομεν πρῶτον. Homerus inquit Biographus, πολλὰς ἀφορμὰς καὶ ὡσεὶ σπέρματα παρεχόμενος: Accinit Quintilianus, Homerus omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Audacter dicam, totus ille Quintiliani pulcherrimus locus ex hoc scriptore delibatus est, suppressò Dionysii nomine. Observo tamen, Quintilianum interposuisse Arati nomen, quo furtum suum melius tegeret; eodem consilio quo Heraclitus pag. 274. (cum sua ista omnia ex Dionysio carpsisset) Eudoxi nomen instillavit ad suspicionem diluendam. Sunt adhuc

huc multæ aliæ συνεμπτώσεις *hujus scriptoris & Quintiliani. Uterque eadem tradit de* ὀνοματοποιΐᾳ *&* ἀντωνομασίᾳ *aliisque figuris. Definitio tropi eadem est apud utrumque. Noster ait dari* ἐκτροπὴν λέξεως, *&* συνθέσεως: *Hæc Quintilianus sic reddit* —— verti formas verborum & compositionis. *Libro* VIII. *Quintilianus agit de* μεταλήψει, *ubi non tantùm hujus nostri verba in definiendo retinuit, verùm etiam idem exemplum ad illustrandum apposuit, quo noster usus est in hoc libro pag.* 295. *Denique hæc omnia facilè admittet verè à me dici, qui Dionysium nostrum (sic enim credo)* vitæ *hujus concinnatorem & Quintilianum contendet inter sese, eo loco, in quo uterque tractat* περὶ μεταφορᾶς, *ut ea omnia jam prætercam intacta, quæ* H. Stephanus *in suâ Dionysii editione, Quintilianum à Dionysio mutuo accepisse demonstrat.*

Sed omisso Quintiliano, cum illâ suâ crisi, magis faciet ad indicandum Vitæ *hujus auctorem, si deinceps conferamus eum cum Dionysio. Faciam id paucis. Dionysius libro* περὶ συνθέσεως *de Homero ait,* ὁ δὴ πολυφωνότατος ἁπάντων τῶν ποιητῶν Ὅμηρος. Est omnium poëtarum in verborum copiâ abundantissimus Homerus. *Noster, quisquis fuerit, hujus libelli Auctor pag.* 286. *de principe Poëtarum idem judicium protulit, eandem copiam verborum,* λεκτικὴν δύναμιν *&* πολυφωνίαν *signanter in eo laudat. Halicarnasseus in* Isæo, *non procul à fine,* δεινότητος οὗτος ὁ ἀνὴρ τὰ σπέρματα καὶ τὰς ἀρχὰς —— παρασχεῖν: *Apud nostrum pag.* 323. τὰ σπέρματα καὶ τὰς ἀρχὰς ἐνδιδόντα.

Sunt apud Rhetores tria λέξεως πλάσματα, *sive* χαρακτῆρες. *Hi Dionysio* ὑψηλὸς, *(alias* αὐστηρὸς*)* ἰσχνὸς, *&* μέσος. *Noster sic extulit,* ἁδρὸς, ἰσχνὸς, μέσος *pag.* 314. *Nec quenquam moveat, quod* ἁδρὸν *hîc posuit; fatetur ipse horum characterum certa & propria nondum inventa esse vocabula: & fortè* τῷ ἁδρῷ *potissimè, hoc in loco, uti voluit, quoniam apud plerosque accepta fuit ea Hermagoræ divisio; de quâ hîc cum nemine voluit contendere. Sed, (quod ad probandum id, quod volumus, efficacius est,) uterque ad hos characteres illustrandos iisdem utitur exemplis, Thucydidis, Lysiæ, & Demosthenis;*

Dionysius in Lysiâ *&* Demosthene, *noster paginâ modo designatâ. Sunt plura hujusmodi, quæ brevitatis causâ non adduco. Alius ille à Dionysio Halic. si sit hujus vitæ parens (nam is de poëtis scripsit) constat eum à Dionysio seniore hæc omnia transumpsisse.*

Supra aliquatenus evicimus Quintilianum ex hoc scriptore plurima hausisse; ea res apertè docet hunc scriptorem ante Quintilianum vixisse. Alia jam probatio ad hominis antiquitatem colligendam sequitur: Seneca, Epistolâ LXXXVIII, nisi fortè tibi Homerum Philosophum fuisse persuadent. —— nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, & voluptates refugientem, & ab honesto, ne immortalitatis quidem pretio, recedentem. *Hæc mihi videtur Seneca adumbrasse ex paginâ 332. sequentis libelli. Locus prolixior est, quàm qui à festinante produci possit. Pergit Seneca:* modò Epicureum laudantem statum quietæ civitatis, & inter convivia cantusque vitam exigentis. *Confer pag. 363 & 364.* Modò Peripateticum tria genera bonorum inducentem. *Vide hujus dicti fontem apud nostrum pag. 333. Atque ex his conficitur ante Senecam floruisse* vitæ hujus *compilatorem. Omitto jam Porphyrium apud Stobæum, (ubi agit de Circe, ejusque explicat allegoriam) hunc exscripsisse, est enim Porphyrius, (quod vix admonere opus sit) scriptor temporum Senecâ & Quintiliano multò inferiorum. Omitto etiam Heraclitum de Allegoriis Homericis, (qui hinc largiter & ὅλῳ τῷ θυλάκῳ mutuatus est) nam ejus ætas incerta est. Sed ut concludam, quicunque tandem sit scriptor ille, certè elegans est, ingeniosus, floridus est, optimusque Homeri interpres, & encomiastes; item antiquus & minimè negligendus, cujus sententiam Fabius amplectitur; & judicium pluribus locis libenter sequitur.*

VII. *Proximum locum tenent* Heraclidis Pontici Allegoriæ, *eo quidem titulo jam olim prodierunt; sed noster codex MS. Heraclitum, non Heraclidem, agnoscit.* Ἡρακλείτου, οὐχὶ τοῦ Σκοτινοῦ, πρὸς τοὺς *&c. ut in primâ annotatione legimus. Titulus is nostri codicis ideò retinendus est, quoniam* Eustathius

ſtathius *ad Δ Odyſ. de hoc ipſo opere verba faciens ſic habet;* ὁ Ἡράκλειτος οὐχὶ ὁ Σκοτινὸς, ἀλλ' ἕτερός τις, ὁ τοῖς ἀπίςοις *&c.* & *ad* Υ Odyſ. ὃ καί τις Ἡράκλειτος ἐπονήσατο. *Alibi quoque ſæpe hunc Heraclitum ad partes vocat, nomine non expreſsò Euſtathius; de quô tamen nihil certi videtur intellexiſſe. Cæterùm quantum hæc editio profecerit ex noſtro MS° codice, Lectori facilè conſtabit ex notis in orâ libri ſubſcriptis. Illud tantùm adjiciam, mihi quidem videri nondum integrum eſſe libellum iſtum; ſunt enim quædam apud Euſtathium hinc citata, quæ minimè nunc comparent in hoc opuſculo. Suſpicatus eſt olim Con. Geſnerus libri ſecundi aliquid defeciſſe.*

VIII. Ocellus Lucanus & Timæus Locrus *ex ſanctiſſimâ Pythagoræ diſciplinâ profecti ſunt. Horum laudibus quoniam de meo nihil adjicere potui, aliorum de iis in prioribus editionibus* teſtimonia *contentus fui auxiſſe uno atque alio calculo. Quibus addas licet & illud apud Gellium l. 3. c. 18. ubi Timon Sillographus docet nos, magno pretio hunc libellum ſtetiſſe Platoni, qui ex eo ſuum Timæum compoſuit.*

IX. Theophraſti *characteres multorum eruditis curis elucidati ſunt. Præter alios vidi* Jacobi Duporti *prælectiones, quas Græcæ Linguæ Profeſſor Cantabrigiæ habuit, ad hunc Theophraſti libellum. Nos pro noſtro modulo nonnihil iis prodeſſe voluimus ope Cod. MS. adjuti. Job. Mabillon vir doctus & ordinis ſui decus in* Itinere Italico *ſcribit in Abbatiâ Florentinâ ſervari Theophraſti characteres MSS. Hoc indicio, ſpero fore, ut Philologus aliquis ad perficiendum hunc libellum ſuam operam ſit collaturus; nam & hic aliquid ſibi longum tempus videtur detruncaſſe.*

X. Demophilum, Democratem (*ſive Democritum*) & Secundum *Lucas Holſtenius è tenebris eruit, ejuſque diligentiâ enotuêre. Scio apud* Iſaacum Voſſium *ſervari hos in membranis ſcriptos. Scio & alibi horum inveniri multa effata; quæ tamen recolligere nunc non eſt otium. Hos igitur unà cum reliquis Pythagoricorum in præſentiarum dimitto; animo tamen reviſendi, recenſendi, &, uti ſpero, augendi & ſupplendi, & edendi unà cum Jamblicho de* vitâ & ſectâ Pythagoræ.

goræ. Hunc enim ex variis MSS. auctum & emendatum; novâque versione donatum, brevi, favente deo, evulgare meditor.

XI. Tandem aliquando devenimus ad Sextii sententias. Nomen hoc non adeo omnibus cognitum, nam aliqui Sextum appellant. Sic Origenes Tomo 15 in Matt. & Eusebius, eum secutus, in Chronico. Aliqui putant eundem Sextum laudari ab Himerio in monodia pro filio: sed hic alius fuit. Rectiùs dicetur, Q. Sextius, & ut à filio distinguatur, Q. Sextius Pater. Adhæsit ei cognomen Romanus; opinor quòd Athenis aliquando philosophatus sit; nam latum clavum J. Cæsare offerente, respuit, & honores ad quos natus erat (utpote familiâ senatoriâ ortus) contempsit, patriæque valedixit ob Philosophiæ amorem. Hujus Q. Sextii meminerunt (non sine admiratione) Seneca, Plinius N. H. Plutarchus, Jamblichus apud Simplicium in Phys. Hieronymus, Augustinus, Pelagius, S. Maximus, S Antonius, & Stobæus. Imò ante hos omnes ejus meminit Cicero l. 11. de Fin. ni multum fallor. M. Antoninus Imp. libro suo primo enumerat præclaros aliquot viros, per quos in virtutis curriculo provectus fuerat; inter cæteros multa salutaria se didicisse ait παρὰ Σέξτου. non nescio à plerisque hîc intelligi Sextum Plutarchi nepotem, Cheronensem. Mihi aliter videtur. Eutropius scribit Sextum illum Rhetoricam & Græcas litteras Marco prælegisse; Philosophiam docuisse non dicit; & tamen ea omnia, quæ se à Sexto accepisse agnoscit Antoninus, petita sunt ex mediâ Philosophiâ. Imò ea omnia petita sunt ex hoc ipso Sexti (vel Sextii) enchiridio; quod conferenti patebit. Dices, Sextius diu ante Marcum vixit; respondeo, non solos eos ibi laudat Imperator, quorum vivam vocem audierat. Si verò Sextus ille, Cheronensis habendus sit, nihil obstet quin ipse à Sextio nostro ea hauserit, quæ Marco Antonino propinabat. Pluribus nunc non immorabor; consideret Lector accuratius apud Imperatorem, τὸ καταληπτικὸν καὶ ὁδῷ ἐξευρετικὸν καὶ τακτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. Hæc, inquam, Epitome sunt hujus Enchiridii. Item, quæ de Sextii Speculo latè disputat Seneca l. 2. de

de Irâ, occasionem dederint iis, quæ Imp. disserit de Ira; Sectione nonâ primi sui libri.

Quod autem hujus Enchiridii auctor fuerit ille Sextius Romanus, *apertè testatur Origenes*, Φησὶ δὲ Σέξτος ἐν ταῖς γνώμαις, βιβλίῳ φερομένῳ παρὰ τοῖς πολλοῖς ὡς δοκίμῳ. *Deinde progressu quædam adducit, quæ etiam nunc in hoc libello legimus. Audiamus Ruffinum Presbyterum*, Sixtum Pythagoricum in Latinum verti, quem Sixtum Episcopum esse tradunt, qui apud nos in urbe Romana Sixtus [*f. Xystus*] vocatur, Episcopi & Martyris gloriâ decoratus: hunc verò cùm legerit soror tua, O Aproniane, inveniet tam brevem, ut videat singulis versibus ingentes explicari sensus; tam vehementem, ut versûs sententia ad totius vitæ perfectionem possit sufficere. *Fraudem Ruffni vidit statim, & exagitavit Hieronymus libro 4. in* Hieremiam *cap. 32. (quod ante nos observavit Cl. & amplissimus* Huetius, *Epis. Suess. designatus) tangit quoque eandem rem Hieronymus* adversus Jovinianum, *& Ep. ad* Ctesiphontem. *Post hæc & Augustinus retraxit quæ senserat de* Sextio, *& Gelasius suo decreto (modò sit Gelasii) sic ex catalogo Ecclesiasticorum Scriptorum expunxit.* Liber proverbiorum, qui ab Hæreticis conscriptus est, & S. Xysti nomine prænotatus est, Apocryphus. *Nec satis habuit Ruffinus alienum fœtum* Xysto *supposuisse; sed huic ipsi* Sextio *aliena dicta inseruit; suo more omnia vertendo pervertit & contaminat. Ipse fatetur loco suprà allato.* Addidi & quædam [Sextio] religiosi patris ad filium. *Cur veritus est apertè dicere ex Clementis* Recognitionibus? *nam inde ista addidit, vel, ut veriùs dixerim, reddidit* Sextio. *Scripsit* Sextius, *methodo Pythagoricâ*, Γνώμας, *&* ὅμοια; *Seneca vidit.* Sextium Demophilus *imitatus est, quamquam nunc ejus* ὅμοια *malo ordine præmittantur* Γνώμαις. *Pseudo-Clemens ille in libro* Pastoris, *(nam Clementis opus esse, multa sunt quæ suadent)* Γνώμας *&* ὅμοια *sua ex hoc nostro effinxit: in libro primo* Constit. *in* Recognitionibus *&* Homiliis *vix quicquam habet, quod non,*

parvâ & pravâ declinatione, ex hoc libello expresserit. Sed hæc noluit Ruffinus tangere; ne sc. Xysto *suo aliquid detraheret auctoritatis; aut fortè minori in pretio essent pulchri illi libri Clementis, siquando* Sextius, *detractâ personâ, purus putus deprehenderetur Pythagoricus.* Sextius *igitur verus est tot aurearum sententiarum & monitionum pater. Constat hoc ex Senecâ, qui eum incontaminatum legit; qui inde suum illud gnomicum dicendi genus aliaque multa didicit. Audi ipsum ingenuè fatentem;* Lectus est deinde liber Q. Sextii Patris; magni, si quid mihi credis, viri; & licet negent Stoici. Quantum in illo, Dii boni, vigoris? quantum animi? cùm legeris Sextium, dices: vivit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciæ. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod & beatæ tibi vitæ ostendet magnitudinem, & desperationem ejus non faciet. *Seneca epistolâ* LXIV. *Legat cui vacat ejusdem epistolas* 59, 98. *librum* 2. *de Irâ. c.* 36. *librum* 3. *c.* 36. *Et mirari subit neminem eorum, qui in Senecam scripserunt, perspexisse Senecæ proverbia ex* Sextii Proverbiis *expressa fuisse. imò, vividum illum spiritum, quo fertur Seneca per totam moralem Philosophiam, haustum fuisse ex libro* Sextii. Sextium *igitur, si quis Græcè nobis exhiberet, magno profectò beneficio nos mactaret. Interea temporis non pœnitenda* Sextii *fragmenta supersunt apud Demophilum & Democratem; alia item passim apud Joannem Stobæum sub nomine Pythagoræ, & aliorum, imò sæpe ἀδέσποτα. Latina porrò, (ut illud obiter addam) exemplaria harum Parabolarum (ut Seneca vocat) adeò inter se discrepant, ut ferè constet duas olim emanasse versiones. Horum exemplarium alia plures multò sententias continent, alia pauciores; in aliis multæ sunt repetitiones, & ordo nonnihil immutatur: alia duas partes in hoc opusculo faciunt, quod ipsum Hieronymus animadvertit. Denique nullum adhuc nactus sum exemplar, cui non fieri posset aliqua accessio ex accuratâ prædictorum Scriptorum collatione. Atque hæc de Sextio, cæterisque Auctoribus, quos in hoc volumine Optimus vir* H. WETSTENIUS *Bibliopola Amstelodamensis magnis*

impen-

impensis prælo subjecit, & in manus eruditorum transmisit.

Unum restat, quod Te celare, Lector benevole, nullo modo debeam. Marcus Meibomius *Vir est in Græcis, Latinis, Hebræisque literis eruditissimus. Hoc ubique, me tacente, ejus docta scripta testantur. Tantus vir non dedignatus est ad hanc editionem procurandam descendere, ut quàm emendatissima hæc prodirent. Notas porrò Heraclidi & Pythagoreorum Fragmentis, elegantes adjecit; in Græcis accuratissimam operam posuit, nam præter infinitos errores quos sustulit, optimo etiam consilio characterem adduxit in usum facilem, & expeditum, nexibus, & ligaturis, quas vocant, liberum. Denique in totâ hac re adeò se acutum & Lynceum præstitit, ut facilius sit ejus admirari Criticen, quàm dignè laudare. Mecum igitur, Lector benevole, habe gratias Cl. Meibomio, simulque opta ut nobilis aliquis Scriptor ei veniat in manus, in quo edendo & nostris commodis & suæ famæ velificare non gravetur. Imò, omnibus votis potissimè contendamus, ut præclaras suas observationes in Sacram Paginam, jam diu desideratas, velit aliquando emittere. Tu interim, Lector, hæc, Præfationis loco, breviter congestéque à me dicta æqui bonique consulas.* Vale. Scribebam Londini in Ædibus Coletinis, Anno Salutis per Christum CIↃ DC LXXXVII.

SERIES

SERIES

OPUSCULORUM

MYTHOLOGICORUM, &c.

Palæphati de Incredibilibus Historiis. *pag.* 1
Heracliti de Incredibilibus. 67
Anonymi *longe Heraclito recentioris* de Incredibilibus. 83
Eratosthenis Cyrenæi Catasterismi. 97
Phurnuti de Natura Deorum Commentarius. 137
Sallustii Philosophi de Diis & Mundo. 237
Homeri Poëtæ Vita. 281
Heraclidis Pontici Allegoriæ Homeri. 405
Ocellus Lucanus Philosophus de Universi Natura. 499
Timæi Locri de anima mundi & Natura. 539
Theophrasti Notationes Morum. 567
Demophili Similitudines seu Vitæ Curatio ex Pythagoreis. 611
Democratis Philosophi Aureæ Sententiæ. 626
Secundi Atheniensis Sophistæ Sententiæ. 640
Sexti Pythagorei Sententiæ è Græco in Latinum à Ruffino versæ. 643
Ex quorundam Pythagoreorum libris Fragmenta, in quibus de Philosophia Morali agitur. 657

ΠΑΛΑΙ-

ΠΑΛΑΙΦΑ'ΤΟΥ

ΠΕΡΙ`

Α'ΠΙ'ΣΤΩΝ

Ι'ΣΤΟΡΙΩ~Ν.

PALÆPHATI

DE

INCREDIBILIBUS

HISTORIIS.

TESTIMONIA VETERUM
DE
PALÆPHATO
ΠΕΡῚ ἈΠΊΣΤΩΝ.

Theo Sophista Capite περὶ Ἀνασκευῆς.

Καὶ Παλαιφάτῳ τῷ Περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται.

Plutarchus Symposiacon Lib. XXVII.

Καινὸς γάρ ἐστιν οὑτοσὶ Παλαίφατος.

Athenæus Lib. XV.

Ἰδοὺ καινὸς οὗτός ἐστι Παλαίφατος.

Eustathius in Iliados A.

Ὅτι δὲ ἐγένοντο οἱ ἱπποκένταυροι καὶ γενναῖοι καὶ δεξιοὶ κελητίζειν, καὶ ὅτι λῃστρικῶς ἔζων, καὶ ἡ τοῦ Παλαιφάτου ἱστορία φησί.

Idem in τ Ὀδυσσ.

Παλαιφάτου δὲ μέμνηται καὶ Ἀθήναιος, ἔνθα μαγείρου σοφιζομένου, καὶ τὴν οἰκείαν τέχνην ἀποσεμνύνοντος, ἔφη τὸ, καινὸς οὑτοσὶ Παλαίφατος. ὁ δὲ καὶ παροιμιάζεται τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μὴ οἷά τε ὄντα προσοχὴν ἔχειν.

Idem in Odysseæ Ξ.

Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἱστορήσαντος, ὅτι Σφὶγξ γυνή τις ἦν εἰδεχθὴς περί που Βοιωτίαν, λῃστρικὴ καὶ φονία, ὡς Παλαιφάτῳ δοκεῖ. Vid. p. 76. 246. 275. 1507. Od. 8. 188. 434. 688. 556. Edit. Bas.

Suidas.

Παλαίφατος. Πάριος ἢ Πριηνεὺς, γεγονὼς κατὰ Ἀρταξέρξην, ἀπίστων βιβλία ε. τινὲς δὲ ταῦτα εἰς τὸν Ἀθήναιον ἀναφέρουσι· πλὴν καὶ οὗτος ἔγραψε.

Isaac. Tzetzes in Lycophronem.

Παλαίφατος δὲ ὁ Στωϊκὸς, ψυχρῶς μὲν, ὅμως δὲ ἀλληγορικῶς, ὀδόντας ἔχειν ἐλεφάντων τὸν Κάδμον λέγει, ἐλθόντα ἐκ Φοινίκης, καὶ τούτους διασπείραντα συμμαχίαν σχεῖν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

Joan. Tzetzes Chil. I. Hist. XX.

Ὁ δὲ σοφὸς Παλαίφατος, ἀνὴρ ἐκ Περιπάτου,
Ἀλληγορεῖ τεμμάχιον, ἢ μέρος τεμμαχίου, &c.

Idem Chil. II. Histor. XLVII.

Οἶμαι δὲ καὶ Παλαίφατος οὗτος αὐτὸ διδάσκει,
Τὴν ἐκτομὴν τῆς Δήμητρος. ὃ λέγει δὲ τοῦ ἄλσευς,
Ἥν περ ἡμεῖς εἰρήκειμεν πρᾶσιν κτημάτων εἶναι.

Ibidem Histor. LIII.

Τοῦτο τὸ ἀλληγόρημα, τέκνον ἐμὸν, μοὶ δοκεῖ.
Οἶμαι τοῦ Παλαιφάτου δὲ τοῦ Στωικοῦ τυγχάνει
Κάλλιστον ὂν, οὐχὶ σαθρόν.

Idem Chil. VII. Hist. XCIX.

Χρὴ κεντοταύρους τὸ λοιπὸν, μηδὲ κενταύρους λέγειν,
Παλαίφατε σοφώτατε. τὰ Παλαιφάτου ταῦτα.

Apostolius Centuria II.

Ὁ δὲ Παλαίφατος περὶ Ἀμαλθείας οὕτω φησί. ὅτι Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, &c.

Virgilius in Ciri.

Infamem tali meritò rumore fuisse,
Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Hieronymus in Chronico Eusebiano ad annum DCXXI.

Secundùm quorundam opinionem, hâc ætate Phrixus cum Hella sorore fugiens insidias novercales, visus est per mare vehi ab Ariete velleris aurei. Fuit autem ei navis parata fugienti, cujus insigne aries erat. Porrò Palæphatus affirmat, Arietem vocatum nutritorem ejus, per quem liberatus fuit.

Idem ad annum DCLXXV.

Pegasus equus velocissimus cujusdam mulieris fuit, sive, ut Palæphatus affirmat, Bellerophontis navis fuit.

Idem ad annum DCXCV.

Ea quæ de Spartis memorantur, quos Palæphatus scribit, quum proximarum essent regionum, adversus Cadmum subitò extitisse, & propter repentinos, quasi de terra contractus, & ex omni parte conflictus, SPARTOS *vocatos, tunc gesta sunt.*

Idem ad annum DCCXXXVI.

Eæ, quæ de Dædalo fabulæ feruntur, qui visus est simulacra fecisse moventia. Primus enim omnium pedes statuarum à se invicem separavit, aliis conjunctim eos fabricantibus. Palæphatus memorat. Nec non quomodo cum filio Icaro Minoem navi fugerit, & propter investigabilem fugam avolâsse pennis æstimatus sit.

Idem ad annum DCCLVI.

Sphingem verò scribit Palæphatus, uxorem Cadmi, propter zelum Harmoniæ à viro recedentem, contra Cadmum restitisse.

Idem ad annum DCCLXXII.

Bellum Lapitharum, & Centaurorum sub hoc tempore: quos scribit Palæphatus libro de Incredibilibus nobiles fuisse equites Thessalorum.

Idem ad annum DCCCXLIII.

Ea, quæ de Ulysse fabulæ ferunt, quomodo trieri Tyrrhenorum Scyllam fugerit, spoliare hospites solitam; scribit Palæphatus Incredibilium libro primo. Sirenas quoque fuisse meretrices, quæ deceperunt navigantes.

Orosius Lib. I. CAP. XIII.

Sed Thessalos Palæphatus in libro primo Incredibilium prodit, ipsos à Lapithis creditos dictosque fuisse Centauros, eò quòd discurrentes in bella equites, veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.

DE

DE

PALÆPHATIS,

Ex Libro Illuſtris Viri

GERARDI JOANNIS VOSSII de Hiſtoricis Græcis, alterâ parte auctiore nunc propediem lucem viſuro.

PAlæphatus, *Grammaticus Ægyptius, vel juxta alios, Athenienſis,* ἔγραψε ἱϛορίαν ἰδίαν, *Suida teſte. Ex quo etiam edidiſſe cognoſcimus Ægyptiam philoſophiam, & argumenta in Simonidem, &* μυθικῶν *librum unum, &* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Quorum poſtrema duo idem poterant volumen credi; niſi apertè diſtingueret Suidas. Præterea Troica (quorum præter alios meminêre Stephanus in* Χαριμάται, *& Suidas in* Μακροκέφαλοι*) à nonnullis Grammatici hujus eſſe credebantur. Compluribus id opus libris conſtitiſſe, indicat, quòd Harpocration in* Δυσαύλης *laudet Palæphatum* ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν; *atque idem in* Μακροκέφαλος *citet* ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν. *Alii alterius eſſe exiſtimârunt. Incerta eò res eſt, quia quatuor fuêre Palæphati. Unus erat Poëta epicus Athenienſis: alter Parius, vel Prienenſis: tertius Hiſtoricus Abydenus: quartus Grammaticus iſte Ægyptius, vel Athenienſis. Trium priorum ætas à Suida indicatur. Nam Athenienſem* ἐποποιὸν *ſupparem fuiſſe Phemonoæ ait, vel fortaſſe etiam antiquiorem: Parium vel Prienenſem refert ad tempora Artaxerxis: Abydenum ad ætatem Alexandri Magni: quarti autem tempus ignoratur. Ex quatuor iſtis primus in conſiderationem non venit hoc loco. Quòd ſiquis noſſe volet, quæ carmine ſcripſerit, adeat Suidam. De tertio autem, Abydeno nempe Hiſtorico, actum nobis lib.* I. *cap.* IX. *Superſunt ſecundus, quartúſque: quorum ille Parius, aut Prienenſis; hic Ægyptius, vel Athenienſis fuiſſe dicitur à Suida. Priori tribuit quinque libros* ἀπίστων; *ſed addit, à quibuſdam eos adſcribi Palæphato Athenienſi; ac hunc quoque illud argumentum tractâſſe. Verùm cùm poſtea refert, quæ ſcripſerit Athenienſis Palæphatus, non nominat libros* ἀπίϛων, *ſed* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Exſtat hodiéque Palæphati operis fragmentum; quo poëticæ fabulæ explicantur. Id Parii Palæphati arbitrantur Cælius Rhodiginus lib.* XXX. *Antiquar. Lect. cap.* XXXIV. *& Lilius Gyraldus dial.* II. *Hiſtoriæ Poët. Quam & ſententiam ipſi primitus ſecuti fuimus: ſed poſtea mutavimus. Movit Theo in Progymnaſmatis capite* περὶ ἀνασκευῆς, καὶ κατασκευῆς, *ubi hunc in modum loquitur:* Παλαιφάτῳ τῷ περιπατητικῷ ἐϛιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίϛων ἐπιγραφόμενον. *Ac ſimiliter inſcripſit autor librum, quem habemus. Siquidem illum eo pacto orditur:* τάδε περὶ ἀπίϛων συγγέγραφα. *In Theonis autem verbis conſiderandum, quòd* ἀπίϛων *ſcriptorem appellet Philoſophum Peripateticum. Imò & Joannes Tzetzes, qui ſæpius citat Palæphati* Μυθολογικὰ, *nunc eum vocet* Φιλόσοφον Στωϊκὸν, *ut Chil.* IX. *Hiſtor.* CCLXXIII. *nunc* ἄνδρα ἐκ περιπάτου, *ut Chil.* I. *Hiſtor.* XX.

 Quo-

Quorum si alterutrum verum sit, diversus fuerit à Pario illo, sive Prienensi; qui sub Artaxerxe vixit. Nam Zeno, Stoicæ sectæ conditor, demum floruit everso jam Persarum imperio ab Alexandro Magno; imò Rege hoc jam extincto, & successoribus ejus inter se de imperio decertantibus. Nec Parius ille Peripateticus rectè dicatur; cùm appellatio ea conveniat nulli, qui Aristotele ipso antiquior sit. Sic igitur statuo, si Palæphatus, quem habemus, est unus ex illis Suidæ memoratis, esse illum incertæ ætatis, Ægyptium, sive Atheniensem; quem & ipsum περὶ ἀπίστων tractasse, quidem dicitur. Tantùm metuo, ne Suidas nobis duos confundat Palæphatos; quorum unus fuerit Ægyptius, alter Atheniensis; unus Grammaticus, alter Philosophus. Nam scriptor ille Suidæ vocatur Grammaticus; Theoni Philosophus Peripateticus; Tzetzæ nunc Peripateticus, nunc Stoicus; ut vidimus. Cùm autem Tzetzes sibi parum constet; & Theo longè sit antiquior: potiùs Peripateticum fuisse censeo. Etsi Josephus Scaliger, in poëmate, quod Ciris inscribitur, Stoicum & ipse nuncupet: nempe à Tzetze, ut puto, deceptus. Palæphati ejus libri περὶ ἀπίστων, de quo diximus, meminit quoque Virgilius, sive alius, in Ciri:

Infamem tali meritò rumore fuisse,
Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Priorem sic versum rescripsi, Paulum Leopardum secutus, Lib. x. *Miscell. cap.* XXIV. *Ubi in vulgatis perperam est*, meritorum more. *Posteriori versu retineo scripturam vulgarem; licet minimè me fugiat, non Georgium Fabricium modò, sed Josephum quoque Scaligerum, pro* papyrus *reponere* Pachynus. *Mentio ejus præterea est apud Probum in* III. *Georgicon; Eusebium in Chronicis ad numerum* IↃCCLVII, *ubi de Tyndari libris, & alibi; Orosium lib.* I. *cap.* XIII.

PALÆPHATI DE INCREDIBILIBUS HISTORIIS.

ΠΑΛΑΙΦΑ'ΤΟΥ [1] ΠΕΡΙ' Α'ΠΙ'ΣΤΩΝ Ι'ΣΤΟΡΙΩ͂Ν.

HÆc de incredibilibus conſcripſi. Hominum quidem hi fidem habent omnibus illis, quæ dicuntur, tanquam ab ſapientia, ſcientiáque alieni. Alii verò naturâ ſapientiores, & rerum ſcrutatores, omnino non credunt horum quidquam fieri. Mihi autem videtur, facta fuiſſe omnia, quæ narrantur. Si enim ſolo nomine contigiſſent, ſermo ſuper his exiſteret nullus. Sed primùm opera, deinde ſermo ejuſmodi, qualis eſt de iis. Cujuſmodi autem ſpecies, & formæ narrantur, fuerunt tum quoque. Quæ nunc non exſtant, eadem

ΤΑ' δὲ [2] περὶ ἀπίϛων συγγέγραφα. [3] τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν γὰρ πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις, ὡς ἀνομίλητοι σοφίας, καὶ ἐπιϛήμης· οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν, καὶ πολυπράγμονες, ἀπιϛοῦσι τὸ παράπαν [4] μηδὲν γίνεσθαι τούτων. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα. [5] οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγένοντο, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν· ἀλλὰ πρότερον [6] τὰ ἔργα, εἶθ' οὕτως ὁ λόγος, ὁ περὶ αὐτῶν. ὅσα δὲ εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμεναι, καὶ γενόμεναι τότε· αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο.

1 Titulus hujus libri valde incertus. Theo Sophiſta, Suidas, & Hieron. in Chron. Euſeb. videntur legiſſe, περὶ τῶν ἀπίϛων. Sic Heraclitus, & Anonymus [quem damus] ſuos libb. inſcripsêre. Impreſſi habent περὶ τῶν ἀπίϛων ἱϛοριῶν. Sic Apollonides, περὶ τῶν κατεψευσμένων [in Ammonio MSº. ἱϛοριῶν,] & Myrſilus Lesbius. περὶ τῶν παραδόξων ἱϛορικῶν, ſcripſere Dionyſ. Mitylenæus, & Charax. Codd. Cant. & Ox. γ. ἐκ τῶν τοῦ Παλαιφάτου περὶ τῶν ἀπίϛων. Editio Baſil. περὶ μύθων, Suidas μυθικῶν, Tzetzes μυθολογικῶν libros huic tribuunt.

2 Prophetæ in S. Script. Timæus Locrus, Ocellus, Alcmæon Crotoniates apud Laërtium, Herodotus, Thucydides, Suſarion apud Diomedem (quem corriges ex Stobæo, & Dionyſio Thrace MSº.) ſic fere exordiuntur. Vide Meurſium in Epiſt. Beſſarionis, & Dionem Chryſ. de Homero; & quæ nos ad Herodotum, editum Lond.

3 Cod. Ox. α. leg. ἀνθρώπων γὰρ οἱ μὲν εὐπειθέστεροι πείθονται π. τοῖς — recte.

4 Παράπαν, ᾗ γίνεσθαί τι τούτων. Ox α.

5 Οὐ γὰρ — Ox. α, & Arun. Gal. οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ὑπῆρξε, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδείς. Tollius pro οὐ ponit εἰ forte λόγος περὶ α. οὐκ ὑπῆρξεν ἄν.

6 Πρότερον ἐγένετο τὸ ἔργον.

το. [7] εἰ γὰρ τότε, καὶ ἄλλοτε ἐγένετο, καὶ νῦν τε γίνεται, καὶ αὖθις ἔσαι. ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τοὺς [8] συγγραφέας Μέλισσον, καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, [9] ἐν ἀρχῇ λέγοντας. ἔσιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσαι. [10] γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ, καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπισότερον, καὶ θαυμασιώτερον, τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοὺς ἀνθρώπους. ἐγὼ δὲ γινώσκω, ὅτι οὐ δύναται τὰ τοιαῦτα εἶναι, οἷα καὶ λέγεται. τοῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέγετο. [11] ἀπελθὼν δὲ καὶ πλείστας χώρας, ἐπυνθανόμην ἐκ πρεσβυτέρων, ὡς ἀκούοιεν περὶ ἑκάσου αὐτῶν. συγγράφω δὲ, ἃ ἐπυθόμην περὶ αὐτῶν. καὶ τὰ χωρία αὐτὸς εἶδον, ὡς ἔσιν ἕκασον ἔχον. καὶ γέγραφα ταῦτα, οὐχ οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐπελθὼν, καὶ ἱσορήσας.

neque fuerunt. Si tunc enim, & alio tempore acciderunt; & jam fiunt, atque erunt deinceps. Ego vero semper laudo scriptores Melissum, & Lamiscum Samium, statuentes, quæ in rerum primordio nata sunt; etiam nunc fore. Facta autem quædam poetæ, & fabulatores, ad incredibilia, & miranda magis perverterunt, ejus ergo, ut homines obstupescerent. Equidem sentio, talia minimè esse posse, qualia circumferuntur. Hoc autem collegi, quòd si minùs facta essent, non item narrarentur. Ingressus verò & plurima loca, ex senioribus sum sciscitatus, quomodo de unoquoque illorum inaudivissent. Conscribo autem, quæ de iis intellexi. Et loca ipse vidi, ut quisque haberet; & consignavi hæc, non qualia vulgò narrantur; sed quemadmodum ipse ingressus, omnia cognovi.

7 Εἰ γάρ ποτε καὶ ———

8 Συγγραφεὺς hic laxè sumitur pro quovis scriptore. Voss. Hist. Gr.

9 Ἐν ἀρχῇ — Arun. ἔσιν ἃ, καὶ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσαι. Voss. in Hist. Gr. ἔστι νῦν ἃ ἐγένετο καὶ ἔσαι. fortè, ἔσιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν, καὶ ἔσαι. vel, ἐν ἀρχῇ λέγοντας, ὅτι τινα ἐγένετο, καὶ ἔν, καὶ ἔσται. Vide cap. Eccl. 1. ℣. 9. Antiquorum temporum non alia ratio fuit, quàm nunc est; quod ergo nunc non fit, nec olim fuit. Voss.

10 Γενομένων δὲ τινῶν οἱ ποιητικοὶ λογογράφοι — Ox. β. οἱ π. λόγοι. Ox. α.

11 ἀπελθὼν δὲ —— Mox, χωρία αὐτῶν ——— Oxon. uterque. & Gal. & Ravii cod. Vid. Artemid. Procem.

* Περὶ Κενταύρων.

Κένταυροι ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν

I. *De Centauris.*

Centauri feræ fuerunt, & ad equorum modum to-

* Ox & Lond. titulum cum initio capitis conjungunt, sic, Περὶ Κενταύρων, φασὶν ὡς θ quod & alibi fit. Sic & cod. Gal. & Flor.

tam formam habuere, excepto capite. Si quis itaque persuasum habeat, ejusmodi bestiam fuisse, impossibilibus credidit. Neque enim natura equi, hominisque, inter se convenit; neque alimentum simile; neque per os, & guttur humanum, equi nutrimentum potest descendere. Si autem forma talis tum temporis extitisset, etiam nunc superesset. At rei veritas ita habet. Ixione Thessaliæ Rege, in monte Pelio furore correptum est taurorum agmen, ac quicquid montium reliquum erat, inaccessum reddidit. Tauri enim in loca culta descendentes, arbores concutiebant, ac fructus, jumentis simul noxii. Proclamari itaque jussit Ixion, si quis hos tauros sustulisset, illi ingentem pecuniæ vim dandam. Juvenes autem quidam è locis ad montis pedem, & pago dicto Nephele, equos condocefacere celetes excogitârunt. Nescivere enim prius equis vehi; sed curribus solùm utebantur. Ita quidem, celetes adscendentes, ferebantur in tauros, & factâ in gregem incursione,

τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς [1] κεφαλῆς. εἴ τις οὖν πείθεται τοιοῦτο γενέσθαι θηρίον, [2] ἀδυνάτοις πεπίστευκεν. [3] οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν. εἰ δὲ τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν [4] ὑπῆρχε. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἰξίονος βασιλέως ὄντος Θεσσαλίας, ἐν τῷ Πηλίῳ ὄρει ἀπηγριώθη ταύρων ἀγέλη, [5] καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα ἐποίει. εἰς γὰρ τὰ οἰκούμενα κατιόντες οἱ ταῦροι, ἐσίνον τὰ δένδρα, καὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ ὑποζύγια διέφθειρον. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων, ὡς [6] εἴ τις οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους, τούτῳ † δώῃ χρήματα πάμπολλα. νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπωρείας, ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης, ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι. πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσαντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον [7] ἅρμασιν ἐχρῶντο. οὕτω δὲ [8] ἀναβαίνοντες

1 Post κεφαλῆς, Ox. α. & Arun. addunt, ταύτην δὲ ἀνδρός.

2 Ἀδύνατον πεπ. Ox. α. ἐν ἀδυνάτοις Ox. γ. & Cantab. ut & Flor. & Gall. Vid. Salmuth. in Panc. p. 226.

3 Οὔτε γὰρ ἄλλως αἱ φύσεις σύμφωνοι — Ox. α — & Arun. pro τροφὴ, Apostolius legit μορφὴ — quod placet Pantino, & Tollio contra veteres codd. Vid. Galen. de usu part. lib. 3°.

4 Καὶ νῦν ἂν ὑπῆρχε — Cant. ὑπ. ἄν. Flor. & Gal. Ox. α & β.

5 Ἥ τις καὶ τ. Mox. ἐσίνοντο τὰ — &, τὸν καρπὸν — Ox. α. & β. — συνέφθειραν Ox. & Arun. ἔφθειρον, Cant.

6 Εἴ τις ἀνέλοι — δώσειν χρ. πολλά. Ox. α, & β.

7 Μόνον αὐτοῖς ἐχρῶντο κατὰ τὰ τὰ ἅρματα. Ox. β. negat hoc Tzetzes in Chil. Virgilius & Plin. lib. 7. Lapithis tribuunt, quod hic Centauris.

8 Apostol. & codd. omnes, ἀναβάντες. mox, ἐν τῇ ἀγέλῃ — Apost. & Cantabr. Fl. & Gal.

νοντες τοὺς κέλητας ἤλαυνον ἐφ' οὗ οἱ ταῦροι ἦσαν· καὶ ἐπεισβάλλοντες τῇ ἀγέλῃ, ἠκόντιζον. καὶ ὅτε μὲν ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ταύρων, [9] ἀπέφευγον οἱ νεανίαι· ποδωκέστεροι γὰρ ἦσαν οἱ ἵπποι. ὅτε δὲ ἔστησαν οἱ ταῦροι, ὑποστρέψαντες ἠκόντιζον. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνεῖλον αὐτούς. καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντουν. [10] οὐδὲν γὰρ πρόσεστι ταύρου τοῖς κενταύροις. ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. λαβόντες γοῦν οἱ κένταυροι παρὰ Ἰξίονος χρήματα, καὶ γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει, καὶ τῷ πλούτῳ, ὑβρισταὶ ὑπῆρχον, καὶ ὑπερήφανοι, καὶ πολλὰ κακὰ εἰργάζοντο, καὶ δὴ καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Ἰξίονος, ὃς ᾤκει τὴν νῦν καλουμένην Λάρισσαν πόλιν. οἱ δὲ τότε τοῦτο τὸ χωρίον οἰκοῦντες, Λαπίθαι ἐκαλοῦντο. κεκλημένοι δὲ οἱ κένταυροι παρὰ τῶν Λαπιθῶν ἐπὶ θοίνην, μεθυσθέντες ἁρπάζουσι τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τοὺς ἵππους αὐτὰς, ᾤχοντο φεύγοντες εἰς [11] τὴν οἰκίαν, ὅθεν ὡρμῶντο. ἐπολέμουν οὖν τοῖς Λαπίθαις, καὶ καταβαίνοντες διὰ νυκτὸς εἰς τὰ [illegible] πε-

jaculis illum feriebant. Atque ubi insequerentur tauri, aufugêre juvenes, erant enim equi velociores. Tauris verò consistentibus, conversi denuo tela immittebant. Atque hoc pacto interemerunt illos; & nomen quidem exinde acceperunt Centauri, quòd tauros stimulis exagitâssent. Nihil enim equi Centauris inest; sed ab hoc opere figura equi, hominísque provenit. Accipientes itaque Centauri ab Ixione pecuniam, ob commissum facinus, & divitias, arroganter gloriantes, contumeliosi extitere, & superbi, ac plurima mala perpetrârunt; etiam contra ipsum Ixionem, urbem nunc Larissam nuncupatam habitantem. Qui eâ tempestate regionem illam incolebant, Lapithæ vocabantur. Centauri autem ad convivium à Lapithis invitati, ubi vino incaluere, rapuerunt illorum mulieres; quibus in equos injectis, fugientes unde prodierant, domum se receperunt. Suscepto igitur cum Lapithis bello, de nocte in loca plana procedentes, insi-

9 Ὑπέφευγον — mox, σταίσειαν — & ἠκόντιζον αὐτούς. dein, μετὰ τοῦ [illegible] — Ox. α. β. Vid. Serv ad Virg. Georg. 3.

10 Post κατεκέντουν, codd. Ox. οὐ ἀπὸ τῆς ἰδίας τῶν ταύρων οὐδὲν γὰρ πρόσεστιν ἵππου τοῖς κενταύροις, ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστίν. ἀπὸ τοῦ ἔργου οὖν τὸ ὄνομα ἔλαβον. Παρὰ τοῦ Ἰξίονος δὲ λαβόντες χρήματα ὑπῆρχον ὑπερήφανοι, καὶ — In iisd. deest ὑβρισταί.

11 Ἰδίαν, ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι ἐπολ. mox, καταβαίνοντες μὲν — Ox. α, β.

morum nostrorum intelligentiæ, licet in alios excurrant, in parentibus tamen manent. Postrema erit [b] materialis, quâ Ægyptii præcipuè per inscitiam usi sunt, corporibus, Diis existimatis, nuncupatisque: Iside nempe terrâ, Osiride humido, Typhone caliditate: vel Saturno quidem aquâ, Adonide fructibus, Baccho vino. Hæc porrò Diis dicata esse asseverare, quemadmodum & herbas, & saxa, & animalia, sapientum; sed Deos illa vocare furentium est: nisi eâ ratione loquantur, quâ & nos Solis orbem, & ab orbe exilientem radium, Solem ex more vocamus. Mixtam fabularum speciem cùm multis aliis deprehendere licet, tum in eo quod narrant [c] Discordiam in Deorum convivium pomum aureum conjecisse, & pro eo inter Deas dissidio orto, Deas ab Jove missas ad Paridem judicandas; Paridi pulcram Ve-

ναι

b *Ægyptiorum fabulæ materiales*] *de his copiosè agit Euseb. Præpar. Evangel. l. 1. c. 9. ubi & fabulam de Iside atque Osiride, de Sole & Luna explicat ex Ægyptiorum mente. videndus idem l. 2. c. 12. & lib. 5. cap. 3. Macrob. 1. Sat. c. 21. & Plutarchus libro peculiari. Synesius quoque libris duobus de providentiâ prolixam de his fabulam pertexit.*

c *Eris in Deorum convivio*] *Proclus dissertat. 10. in lib. de R. P. Heraclitus libello de alleg. Hom. moraliter explicat.*

2 Αἰγύπτιοι De Symbolis in communi agit Jambl. Segm. 1. c. 11. de Ægyptiacis cap. 1. Segm. 7. ἔστι τὴν φύσιν τοῦ παντὸς καὶ τὴν δημιουργίαν μιμούμενοι, καὶ αὐτοὶ [Αἰγύπτιοι] τῶν μυστικῶν καὶ ἀποκεκρυμμένων καὶ ἀφανῶν νοήσεων εἰκόνας τινὰς διὰ συμβόλων ἐκφαίνουσιν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις τοῖς ἐμφανέσιν εἴδεσι τοὺς ἀφανεῖς λόγους διὰ συμβόλων, τρόπον τινὰ, ἀπετυπώσατο· ἡ δὲ τῶν θεῶν δημιουργία, τὴν ἀλήθειαν τῶν ἰδεῶν διὰ τῶν φανερῶν εἰκόνων ὑπεγράψατο, &c.

3 ἀνακεῖσθαι — Jambl. Segm. 5. cap. 9. Segm. 6. c. 21. Natalis Comes in Indice peculiari his de rebus. Voss. lib. 9. de Idol.

4 Ἔριν. Empedoclis Νεῖκος.

d Fabula

nerem visam pomum habuisse. Hic enim convivium cœlestes Deorum indicat facultates, ideóque unà simul habitant; pomum aureum Mundum, qui dum ex contrariis conflatur, non immeritò à Discordiâ conjici narratur. Verùm cùm alia alii Dii mundo impartiantur, pro pomo turbas illas concitare videntur. Et animus secundum sensum vivens; hic namque Paris est; cæteras in mundo potestates haud intuens, solam Veneris pulcritudinem pomum esse, determinat. Ex fabulis autem [d] Theologicæ Philosophis conveniunt; [e] Naturales & Animales Poetis; Mixtæ ceremoniis: quandoquidem ceremoniæ omnes cum Mundo nos, Diisque conjungere nituntur. Quòd si alia etiam fabula enarranda est; Deorum Matrem [f] Attidem, apud fluvium Gallum commorantem, intuitam, ferunt cupidine exarsisse, illique stellato pileo imposito, in posterum unà secum habuisse. Attis Nympham deperiens, neglectâ Deorum matre, cum Nymphâ consuescebat; Deo-

καὶ τὴν Ἀφροδίτην, καὶ ταύτῃ δοῦναι τὸ μῆλον. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν συμπόσιον τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις δηλοῖ τῶν Θεῶν· καὶ διὰ τοῦτο μετ' ἀλλήλων εἰσί. τὸ δὲ χρυσοῦν μῆλον τὸν Κόσμον, ὃς ἐκ τῶν ἐναντίων γινόμενος, εἰκότως ὑπὸ τῆς Ἔριδος λέγεται ῥίπτεσθαι. Ἄλλων δὲ ἄλλα τῷ Κόσμῳ χαριζομένων Θεῶν, φιλονεικεῖν ὑπὲρ τοῦ μήλου δοκοῦσιν. ἡ δὲ κατ' αἴσθησιν ζῶσα ψυχὴ, τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ Πάρις, τὰς μὲν ἄλλας ἐν τῷ κόσμῳ δυνάμεις οὐχ ὁρῶσα, [5] μόνον δὲ τὸ κάλλος τῆς Ἀφροδίτης τὸ μῆλον εἶναι φησί. Πρέπουσι δὲ τῶν Μύθων οἱ μὲν Θεολογικοὶ φιλοσόφοις· οἱ δὲ φυσικοὶ, καὶ ψυχικοὶ, ποιηταῖς· οἱ δὲ μικτοὶ, τελεταῖς. ἐπειδὴ καὶ πᾶσα τελετὴ πρὸς τὸν Κόσμον ἡμᾶς, καὶ πρὸς τοὺς Θεοὺς [6] συνάπτειν ἐθέλει. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἕτερον μῦθον εἰπεῖν, τὴν Μητέρα τῶν Θεῶν φασὶ τὸν Ἄττιν παρὰ τῷ Γάλλῳ κείμενον ἰδοῦσαν ποταμῷ, ἐρασθῆναί τε, καὶ λαβοῦσαν τὸν ἀστερωτὸν αὐτῷ περιθέσθαι πῖλον, καὶ τοῦ λοιποῦ μεθ' ἑαυτῆς ἔχειν. Ὁ δὲ Νύμφης ἐρασθεὶς τὴν Θεῶν

μητέρα

d *Fabula Theologicæ Philosophis conveniunt*] *ita Plato non quascunque fabulas admisit, sed Theologiæ convenientes, in Phædro, & lib. 2. de R. P. de qua re vide Proclum Theol. Plat. lib. 1. c. 4. pag. 10.*

e *Naturales, & animales Poetis*] *hoc toto libro sanè quàm elegantissimo ostendit Heraclitus. sed improbant hoc genus fabularum præter Platonem & Proclum locis citatis, Euseb. l. 3. Præp. Evang. c. 3. & sequentibus: tum etiam S. Augustinus de Civ. Dei. l. 6. c. 8. cæterique qui contra nationes scripserunt.*

f *Fabula Attidis*] *Julianus Imperator Oratione in Deorum matrem pag. 302. sigillatim cuncta hæc explicat quæ Sallustius paucis innuit: nec dubium quin hic sua ad verbum inde hauserit.*

5 lego μόνον δὲ τὸ κ.

6 Συνάπτειν. Jambl. Segm. 5. c. 23.

7 φθεν-

μητέρα ἀπολιπὼν, τῇ Νύμφῃ συνῆν. καὶ διὰ τοῦτο ἡ μήτηρ τῶν Θεῶν ποιεῖ μανῆναι τὸν Ἄττιν, καὶ τὰ γόνιμα ἀποκοψάμενον ἀφεῖναι παρὰ τῇ Νύμφῃ· πάλιν δὲ ἀνελθόντα αὐτῇ συνοικεῖν. ἡ μὲν οὖν Μήτηρ τῶν Θεῶν ζωογόνος ἐςὶ Θεὰ, καὶ διὰ τοῦτο μήτηρ καλεῖται. ὁ δὲ Ἄττις τῶν γινομένων, καὶ [7] φθειρομένων δημιουργὸς, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῷ Γάλλῳ λέγεται εὑρεθῆναι ποταμῷ. ὁ γὰρ Γάλλος τὸν Γαλαξίαν αἰνίττεται κύκλον, ἀφ' οὗ τὸ παθητὸν ἔρχεσθαι σῶμα. τῶν δὲ πρώτων Θεῶν τελειούντων τοὺς δευτέρους, ἐρᾷ μὲν ἡ Μήτηρ τοῦ Ἄττεως, καὶ οὐρανίους αὐτῷ δίδωσι δυνάμεις. τοῦτο γάρ ἐςιν ὁ [8] πῖλος. ἐρᾷ δὲ ὁ Ἄττις τῆς Νύμφης· αἱ δὲ Νύμφαι γενέσεως ἔφοροι· πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον ῥεῖ. ἐπεὶ δὲ ἔδει [9] ςῆναι τὴν γένεσιν, καὶ μὴ τῶν ἐσχάτων γενέσθαι τὸ χεῖρον, ὁ ταῦτα ποιῶν δημιουργὸς, δυνάμεις γονίμους ἀφεὶς εἰς τὴν γένεσιν, πάλιν συνάπτεται τοῖς Θεοῖς. Ταῦτα δὲ ἐγένετο μὲν οὐδέποτε, ἔςι δὲ ἀεί. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἅμα πάντα ὁρᾷ, ὁ δὲ λόγος τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα λέγει. Οὕτω δὲ πρὸς τὸν Κόσμον οἰκείως ἔχοντος τοῦ μύθου, ἡμεῖς τὸν Κόσμον μιμούμενοι, πῶς γὰρ ἂν μᾶλλον κοσμηθείημεν; ἑορτὴν ἄγομεν διὰ ταῦτα.

rum Mater eum ad insaniam adégit, qui abscissa genitalia apud Nympham dereliquit, reversusque illi operam dabat. Mater itaque Deorum vivifica Dea est, ideoque Mater vocatur. Attis eorum, quæ fiunt & corrumpuntur opifex; hinc apud Gallum flumen compertus traditur: Gallus enim Galaxiam seu lacteum orbem, unde corpus patibile descendit, indicat. Primis autem Diis secundos perficientibus, Mater Attidis amore correpta, cœlestes illi facultates largitur: is enim pileus est. Attis autem Nympham deperit: cùm Nymphæ generationi præsint: nam quodcunque fit, fluit. Quoniam verò generatio sistenda erat, ne extrema semper deterius progignerent; ea molitus opifex, facultates ad generandum fœcundas dimittens, iterum Diis conjungitur. Et hæc quidem nunquam facta sunt, cum semper sint: & mens quidem omnia simul conspicit, at sermo hæc quidem priùs, illa posteriùs effert. Hâc ratione cùm aptissimè Mundo fabula respondeat, nos Mundi imitatores, quânam alia ratione nitidiùs ornaremur? Propter illa festum diem agimus. Et

7 φθειρομένων —— Porphyrius apud *Euseb.* l. 3. præp. V. Damascium apud Photium *Bibl.* p. 1074.

8 Πῖλος. Vide Phurnutum p. 181. n. 3.

9 ςῆναι τὴν γένεσιν. V. Phurnutum p. 148.

8 *Festi-*

primùm sanè ipsi, è cœlo delapsi, & cum Nympha consuescentes in mœrore vivimus à frumento, aliòque crasso ac sordido alimento abstinentes, quandoquidem utraque animo sunt contraria. Deinceps arboris incisiones, & jejunium, quasi nos ipsi ulteriorem generationis progressum amputaremus: tandem ex lacte alimentum, quasi renasceremur. Hinc [g] festivitates, & coronæ, & ad Deos veluti reditio. Hisce & [h] tempus, quo fiunt, testimonium exhibet: circa enim ver atque æquinoctium ea, quæ diximus, conficiuntur, cùm, quæ fiunt, fieri cessant, diésque nocte magis ac magis protenditur: quod animis, qui ad sublimiora gradum faciunt, proprium est. Sic circa oppositum æquinoctium [i] raptus Proserpinæ successisse fingitur; qui descensus est animorum. Hæc nobis de fabulis pertractantibus Dii ipsi, & Scriptorum fabularum animi propitii sint.

τα. καὶ πρῶτον μὲν καὶ αὐτοὶ [10] πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τῇ Νύμφῃ [11] συνόντες ἐν κατηφείᾳ ἐσμὲν, σίτου τε καὶ τῆς ἄλλης παχείας, καὶ ῥυπαρᾶς τροφῆς ἀπεχόμεθα· ἑκάτερα γὰρ ἐναντία ψυχῇ· εἶτα δένδρου τομαὶ, καὶ νηστεία, ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἀποκοπτομένων τὴν περαιτέρω τῆς γενέσεως πρόοδον. ἐπὶ τούτοις γάλακτος τροφὴ, ὥσπερ ἀναγεννωμένων· ἐφ᾽ οἷς [12] ἱλαρεῖαι, καὶ στέφανοι, καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς οἷον ἐπάνοδος. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις, καὶ ὁ τῶν δρωμένων καιρός. περὶ γὰρ τὸ ἔαρ, καὶ τὴν ἰσημερίαν δρᾶται τὰ δρώμενα, ὅτε τοῦ μὲν γίνεσθαι παύεται τὰ γινόμενα, ἡμέρα δὲ μείζων γίνεται τῆς νυκτὸς, ὅπερ οἰκεῖον ἀναγομέναις ψυχαῖς. Περὶ γοῦν τὴν ἐναντίαν ἰσημερίαν ἡ τῆς Κόρης ἁρπαγὴ μυθολογεῖται γενέσθαι, ὃ δὴ κάθοδός ἐστι τῶν ψυχῶν. Τοσαῦτα περὶ μύθων εἰποῦσιν ἡμῖν αὐτοί τε οἱ Θεοὶ, καὶ τῶν γραψάντων τοὺς μύθους αἱ ψυχαὶ ἵλεω γένοιντο.

ΚΕΦ. ε.

g *Festivitates*] *Hilaria propriè dicta, teste Juliano Imperatore pag. 316. & Macrob. Sat. l. 1. c. 21. vide & I. Meursii Græciam feriatam.*

h *Tempus Festi*] *Idem observat Julianus p. 322. unde hæc, ut dixi, desumpta. Festa Magnæ Matris Martio mense celebrabantur. Joannes Lydus ad 11. Kal. Aprilis. Arbor pinus à Dendrophoris ferebatur in palatium. & in veteri Kalendario Herwarti, ad dictum diem: Arbor intrat. Hilaria autem erant 8. Kal. April. testante Macrobio loco citato.*

i *Raptus Proserpinæ autumno*] *6. Non. Octobr. Festum hoc ponitur à Joanne Lydo. cæterùm Porphyrius apud Euseb. præp. Evang. l. 3. c. 11. non de animæ descensu, sed de semente in terram conjectâ explicat.*

10 πεσόντες. Empedocles apud Plutarc —— ἐγὼ νῦν εἰμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.

11 V. Phurnutum p. 211. Gyraldum Syntag.

12 Damascius apud Photium. ἐδόκουν ὄναρ ὁ Ἄττης γενέσθαι· καί μοι ἐπιτελεῖσθαι ὑπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τὴν τῶν ἱλαρείων καλουμένων ἑορτήν· ὅπερ ἐδήλου τὴν ἐξ ᾅδου γεγονυῖαν ἡμῶν σωτηρίαν.

a Pri-

ΚΕΦ. έ.

[1] Περὶ τῆς πρώτης αἰτίας.

Ἀκόλουθον δὲ τούτοις ἐςὶ, τήν τε πρώτην αἰτίαν εἰδέναι, καὶ τὰς μετ᾽ ἐκείνην τάξεις τῶν Θεῶν, καὶ τοῦ Κόσμου τὴν φύσιν, Νοῦ τε, καὶ Ψυχῆς, καὶ Οὐσίας, Πρόνοιάν τε, καὶ Εἱμαρμένην, καὶ Τύχην, Ἀρετήν τε, καὶ Κακίαν, καὶ τὰς ἐκ τούτων γινομένας ἀγαθάς τε καὶ φαύλας Πολιτείας ἰδεῖν· καὶ πόθεν ἄρα τὰ κακὰ εἰς τὸν Κόσμον ἀφίκετο. Τούτων δὲ ἕκαςον λόγων δεῖται πολλῶν καὶ μεγάλων, ὡς ἐν βραχέσιν εἰπεῖν, καὶ πρὸς τὸ μὴ παντελῶς ἀνηκόους εἶναι, οὐδὲν ἴσως λέγειν κωλύει. Τὴν πρώτην αἰτίαν μίαν τε εἶναι προσήκει. παντὸς γὰρ πλήθους ἡγεῖται μονὰς, δυνάμει τε καὶ ἀγαθότητι πάντα νικᾷ· καὶ διὰ τοῦτο πάντα μετέχειν ἐκείνης ἀνάγκη. οὐδὲν γὰρ αὐτὴν ἄλλο κωλύσει διὰ τὴν δύναμιν, οὐδὲ ἑαυτὴν ἀφέξει δι᾽ ἀγαθότητα. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἦν ψυχὴ, πάντα ἂν ἔμψυχα ἦν· εἰ δὲ καὶ νοῦς, πάντα νοερά· εἰ δὲ

CAP. V.

De primâ causâ.

Sequitur posthac, ut primam causam, & subsequentes Deorum ordines cognoscamus; tum Mundi, Mentis, Animique naturam; Providentiam deinceps, Fatum, & Fortunam, Virtutem, & Vitium, natásque ex illis probas pravásque Rerumpublicarum formas, & undénam mala in Mundum irrepserint, inspiciamus. Ex his quodlibet multis ingentibúsque sermonibus indiget: attamen ut brevibus expediatur, ne rerum harum omninò expertes esse homines videantur, nihil impediet hac ratione differere. [2] Primam causam unam esse convenit; multitudini namque universæ unitas præit, facultate & bonitate omnia superans, ideóque omnibus communicari necesse est. Neque enim aliquid facultate illam impediet; neque ipsa propter bonitatem separabitur. Siquidem si animus esset, omnia utique essent animata; sin intellectus, omnia intellectualia; si substantia,

2 *Primam causam esse unam*] *Proclus El. Theol. 11. quod prolixè toto lib. 2. Theol. Plat. demonstrat & breviùs lib. 3. c. 3. adde Plotin. Enn. 5. l. 4. c. 1. Dionys. Areopag. div. nom. c. 13.*

1 ex Ægyptiorum theologiâ de prima causa sic philosophatur Jambl Segm. 8. c. 2. περὶ τῶν ὅλων ἀρχῶν ὅτι θεὸς εἷς πρῶτος —— post multa, ἀρχὴ ὄντος καὶ θεὸς θεῶν, μονὰς ἐκ τοῦ ἑνὸς, προούσιος καὶ ἀρχὴ οὐσίας, ἀπὸ δὲ τοῦ ἑνὸς τούτου, (loquitur jam de deo secundo qui ex illo primo emicuit) ὁ αὐτάρκης θεὸς ἑαυτὸν ἐξέλαμψε —— αὗται μὲν δὴ εἰσὶν ἀρχαὶ πρεσβύταται πάντων, ἃς Ἑρμῆς πρὸ τῶν αἰθερίων καὶ ἐμπυρίων θεῶν προτάττει, καὶ τῶν ἐπουρανίων. Syrianus, μία πάντων ἀρχὴ τἀγαθὸν καὶ τὸ ὑπεράπαν ἕν.

omnia substantiæ participarent. quod cùm quidam in omnibus deprehendissent, substantiam illud esse existimârunt. Si itaque res tantùm essent, neque bonitatem haberent, sermo hic à veritate non aberraret. Verùm si per bonitatem res sunt, & bonum participant; supernaturale utique, sed [b] bonum, primùm omnium esse necesse est; indicio, eóque maximo erit; [c] animis quippe virtute præditis propter bonum nihil curæ est quòd sint; quando pro patria, amicis, vel virtute pericula subeunt. Post hanc Virtutem, quæ verbis haud exprimi potest, Deorum ordines subsequuntur.

εἰ δὲ οὐσία, πάντα οὐσίας μετεῖχε. τοῦτο δὲ ἐν πᾶσιν ἰδόντες τινὲς, ἐκεῖνο οὐσίαν ἐνόμισαν. Εἰ μὲν οὖν ἦν μόνον τὰ ὄντα, ἀγαθὰ δὲ οὐκ ἦν, ἀληθὴς ἦν ὁ λόγος. εἰ δὲ δι' ἀγαθότητα ἐστί τε τὰ ὄντα, καὶ μετείληχεν ἀγαθοῦ, ὑπερούσιον μὲν, ἀγαθὸν δὲ εἶναι τὸ πρῶτον ἀνάγκη. Σημεῖον δὲ μέγιστον· τοῦ γὰρ εἶναι διὰ τὸ ἀγαθὸν αἱ σπουδαῖαι καταφρονοῦσι ψυχαὶ, ὅταν ὑπὲρ πατρίδος, ἢ φίλων, ἢ ἀρετῆς κινδυνεύειν ἐθέλωσι. Μετὰ δὲ τὴν οὕτως ἄρρητον δύναμιν αἱ τῶν Θεῶν τάξεις εἰσί.

ἐν. Damascius infinitis locis. πρόεισιν ὁ θεῖος ἀριθμὸς μονάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου. Syrianus περὶ ἰδεῶν, ex Pythagoreis. idem ibid. νοῦς αὐτάρκης καὶ παντελὴς αἴτιος τῶν ὅλων προτεταχθω.

b *Bonum*] *Proclus El. Th. 12. Theol. Plat. l. 1. cap. 18. pag. 46. & princip 2. dissert. in R. P. Platon. & tota dissert.* 36. *in Tim. p. 109. Plotin. Enn. 6. l. 7. c. 23. Dionys. Areopag. div. nom. c. 4.*

c *Animis propter bonum*] *Ita Plato l. 5. R. P. animam boni acquirendi causâ omnia facere, & pati docet. vide Proclum Theol. Plat. lib. 1. pag. 62. med. & in Tim. l. 2. pag. 108.*

CAP. VI.

De cælestibus, & mundanis Diis.

DEorum verò, hi [a] mundani, cœlestes alii. Mun-

ΚΕΦ. ϛʹ.

Περὶ τῶν [1] ὑπερκοσμίων, καὶ ἐγκοσμίων Θεῶν.

ΤΩν δὲ Θεῶν, οἱ μὲν εἰσιν Ἐγκόσμιοι, οἱ δὲ Ὑπερκόσμιοι.

a *Dii Mundani, & Cælites*] *Ita Proclus sæpe Deos in mundanos, & supramundanos distinguit: sed in Theologiâ Platonicâ quatuor genera ponit, νοητὰς, νοερὰς, ὑπερκοσμίους, ἐγκοσμίους. de quibus postremis quatuor libris prolixè agit. quòd ait, Cælites, mentes animosque fecisse, minores autem mundum visibilem, id ex Platonis Timæo desumptum; ubi opifex supremus Diis minoribus rerum inferiorum creationem permittit. vide Procl. in Tim. pag. 309. & seq.*

1 ὑπερκοσμίων & ἐγκοσμίων distinctionem agnoscit Jambl. Seg. 8. c. 8. Damascius passim.

b *Dii*

μιοι. Ἐγκοσμίους δὲ λέγω, αὐτοὺς τοὺς τὸν Κόσμον ποιοῦντας Θεούς. τῶν δὲ ὑπερκοσμίων, οἱ μὲν οὐσίας ποιοῦσι Θεῶν, οἱ δὲ Νοῦν, οἱ δὲ Ψυχάς. καὶ διὰ τοῦτο [2] τρεῖς ἔχουσι τάξεις, καὶ πάσας ἐν τοῖς περὶ τούτων λόγοις ἐστὶν εὑρεῖν. Τῶν δὲ Ἐγκοσμίων, οἱ μὲν εἶναι ποιοῦσι τὸν Κόσμον, οἱ δὲ αὐτὸν ψυχοῦσιν, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων ὄντα ἁρμόζουσιν, οἱ δὲ ἡρμοσμένον φρουροῦσι· Τούτων δὲ ὄντων τεσσάρων πραγμάτων, καὶ ἑκάστου πρῶτα ἔχοντος, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα, καὶ τοὺς διοικοῦντας δώδεκα εἶναι ἀνάγκη· οἱ μὲν οὖν ποιοῦντες τὸν Κόσμον, Ζεὺς, καὶ Ποσειδῶν ἐστι, καὶ Ἥφαιστος· οἱ δὲ ψυχοῦντες, Δημήτηρ, καὶ Ἥρα, καὶ [3] Ἄρτεμις· οἱ δὲ ἁρμόζοντες, Ἀπόλλων, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἑρμῆς· [4] οἱ δὲ φρουροῦντες, Ἑστία, καὶ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἄρης. Αἰνίγματα δὲ τούτων ἐν τοῖς ἀγάλμασιν ἐστὶν ἰδεῖν. ὁ μὲν γὰρ Ἀπόλ-

danos eos voco, qui mundum conficiunt. Cœlestium hi Deorum substantias, alii mentem, alii animos procreant; ideóque trino ordine discriminantur, omnésque in sermonibus de eis inventu faciles sunt. Mundanorum hi efficiunt, ut Mundus sit; alii eundem animant; alii ex variis diversisque compactum adaptant; alii adaptatum custodiunt. quæ cùm quatuor sint, & unumquodque ex primis, mediis, extremisque consistat; qui ea disponunt, necesse est ut [b] duodecim sint. Mundum itaque efficiunt [c] Jupiter, Neptunus, [d] Vulcanus: animant [e] Ceres, [f] Juno, [g] Diana: adaptant [h] Apollo, [i] Venus, Mercurius: custodiunt [k] Vesta, [l] Pallas, Mars. Horum indicia ac figuræ, quasi in ænigmate in statuis conspiciuntur. Etenim [m] Apollo ly-

b *Dii duodecim*] *de his copiosè Proclus Theol. Plat. l. 6. c. 22. planè ad Sallustii mentem.*

c *Jupiter, Nept.*] *De his Theol. Plat. l. 6. c. 9. & 10. in Tim. p. 44. in Cratyl. c. 150. & tribus sequent.*

d *Vulcanus*] *Proclus in Tim. p. 44.*

e *Ceres*] *Proclus Theol. Plat. l. 6. c. 11. in Cratyl. c. 167, 168, & 179.*

f *Juno*] *in Cratyl. c. 179.*

g *Diana*] *in Cratyl. cap. 171. & copiosè c. 180.*

h *Apollo*] *Theol. Plat. l. 6. c. 12. In Cratyl. c. 174. 176, & 177. quem vidisse haud pœnitebit.*

i *Venus*] *Ibid. c. 184. & in Tim. pag. 155. extrema.*

k *Vesta*] *In Cratyl. c. 138. Th. Plat. l. 6. c. 21.*

l *Minerva*] *in Crat. cap. 185. & in Tim. pag. 48. & 51.*

m *Apollo lyram adaptat*] *vide Plutarchum libro de generat. animæ in fine, & Proclum in Cratylum c. 174, & 176.*

2 idem docet Jambl. Segm. 2. c. 7. ἐν δὲ τούτοις τοῖς τρισὶν ὅροις τελειοτάτης τάξεως, ἀρχῆς καὶ μεσότητος καὶ τέλους, ὅλα τὰ γένη κατανέμεται.

3 Syrianus. ὥσπερ ὁ μουσικὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθηματικῶν ἀριθμῶν τὴν λύραν, οὕτως ἡ φύσις διὰ τῶν ἑαυτῆς φυσικῶν ἀριθμῶν τὰ ἑαυτῆς ἁρμόζει δημιουργήματα.

4 Vestam Διὸς φυλακὴν dixêre Pythagorici. Aristot. de cœlo. l. 2. c. 13. Philolaus apud Stob. Ecl. Phys.

m Con-

ram adaptat, Pallas armatur, nudáque Venus objicitur: quando [n] concentus pulcritudinem gignit, & [o] pulcritudo in illis, quæ oculis objiciuntur, non abditur. Hi cùm ante alios Mundum possideant, cæteros in his Deos esse existimemus: [p] Bacchum videlicet in Jove; [q] Æsculapium in Apolline. Gratias in Venere. Orbes quoque eorum intueamur, Vestæ terram, Neptuni aquam, Junonis aerem, Vulcani ignem. Sex autem superiores Diis illis, quibus id in usu est, attribuamus: quippe qui Apollinem ac Dianam pro Sole & Luna desumimus; at Saturni orbem Cereri vindicamus, Palladi ætherem: cœlum verò commune esse omnibus dicemus. Ordines igitur, & virtutes, ac duodecim Deorum orbes hâc ratione exponuntur, & veluti divinum quid cantibus ac hymnis celebrantur.

Ἀπόλλων λύραν ἁρμόζει, ὡπλισται δὲ ἡ Ἀθηνᾶ, γυμνὴ δὲ ἡ Ἀφροδίτη. ἐπειδὴ ἁρμονία μὲν τὸ κάλλος ποιεῖ· τὸ δὲ κάλλος ἐν τοῖς ὁρωμένοις οὐ κρύπτεται. τούτων δὲ πρώτως ἐχόντων τὸν Κόσμον, καὶ τοὺς ἄλλους ἐν τούτοις ἡγητέον εἶναι Θεούς· οἷον Διόνυσον μὲν ἐν Διΐ, [s] Ἀσκληπιὸν δὲ ἐν Ἀπόλλωνι, Χάριτας δὲ ἐν Ἀφροδίτῃ. Καὶ σφαίρας δὲ τούτων ἐστὶν ἰδεῖν, Ἑστίας μὲν Γῆν, Ποσειδῶνος δὲ ὕδωρ, Ἥρας δὲ Ἀέρα, Ἡφαίστου δὲ Πῦρ. ἓξ δὲ τὰς ἀνωτέρας, ὧν ἔθος νομίζειν Θεῶν. Ἀπόλλωνα γὰρ καὶ Ἄρτεμιν ἀνθ᾽ ἡλίου καὶ σελήνης ληπτέον· τὴν Κρόνου δὲ Δήμητρι δοτέον· Ἀθηνᾷ μὲν τὸν αἰθέρα· ὁ δὲ οὐρανὸς πάντων κοινός· Αἱ μὲν οὖν τάξεις, καὶ δυνάμεις, καὶ σφαῖραι τῶν δώδεκα Θεῶν, οὕτως εἴρηνταί τε, καὶ ὕμνηνται.

n *Concentus pulchritudinem*] *Proclus in Timaeum lib. 3. pag. 155. in fine.*

o *Pulchritudo non abditur*] *hinc Plato in Phædro pulchrum splendidissimum & evidentissimum vocat: vide insigniter hac de re philosophantem Proclum Theol. Plat. lib. 1. cap. 25. pag. 60.*

p *Bacchus in Jove*] *Proclus in Tim. l. 5. pag. 334. media: vide & in Cratylum c. 184.*

q *Æsculapius in Apolline*] *in Tim. l. 1. p. 49.*

s Damascius & Hesiodus ejusdem ἀρχῆς & σειρᾶς (ut ad Phurnutum dixi) faciunt Jovem & Apollinem. Παιὰν ὁ Σωτὴρ Ἀσκληπιὸς τὴν θείαν ἔχων ἰατρικὴν, δι᾽ ἧς θεοῖς τε καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασι, τοῖς μὲν ἀεὶ τὸ προσῆκον ἀπονέμει μέτρον, τοῖς δὲ ὅταν ᾖ δεκτά. Syrian. in Arist. Metaph.

CAP. VII.

De naturâ Mundi, & æternitate.

MUndum porrò ipsum incorruptibilem, atque in-

ΚΕΦ. ζ΄.

Περὶ τῆς Φύσεως τοῦ Κόσμου, καὶ ἀϊδιότητος.

ΑΥτὸν δὲ τὸν Κόσμον ἄφθαρτόν τε, καὶ ἀγέννητον εἶναι

εἶναι ἀνάγκη. Ἄφθαρτον μὲν, ὅτι δυκ ἔςι τούτου φθαρέντος, ἢ χείρονα, ἢ κρείττονα ποιῆσαι, ἢ τὸν αὐτὸν, ἢ ἀκοσμίαν. ἀλλ' εἰ μὲν χείρονα, κακὸς ὁ ἐκ κρείττονος χεῖρον ποιῶν· εἰ δὲ κρείττονα, ἀδύνατος, ὁ μὴ τὴν ἀρχὴν τὸ κρεῖττον ποιήσας· εἰ δὲ τὸν αὐτὸν, μάτην ποιήσει· εἰ δὲ ἀκοσμίαν, ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν τοῦτό γε θέμις. Ἀγέννητον δὲ, ἱκανὰ μὲν δεῖξαι ταῦτα. εἰ γὰρ μὴ φθείρεται, οὐδὲ γέγονεν· ἐπειδὴ πᾶν τὸ γινόμενον φθείρεται. καὶ ὅτι ἀνάγκη διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα ὄντος τοῦ Κόσμου, ἀεί τε τὸν Θεὸν ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τὸν Κόσμον ὑπάρχειν· ὥσπερ ἡλίῳ μὲν καὶ πυρὶ συνυφίσαται φῶς, σώματι δὲ σκιά. Τῶν δὲ ἐν τῷ Κόσμῳ σωμάτων, τὰ μὲν Νοῦν μιμεῖται, καὶ κύκλῳ κινεῖται· τὰ δὲ Ψυχὴν, καὶ ἐπ' εὐθείας. καὶ τῶν μὲν ἐπ' εὐθείας, Πῦρ μὲν καὶ Ἀὴρ ἄνω· Γῆ δὲ, καὶ Ὕδωρ κάτω. τῶν δὲ κύκλῳ, ἡ μὲν ἀπλανὴς ἀπ' ἀνατολῆς· αἱ δὲ ἑπτὰ ἐκ δύσεως φέρονται. Αἰ-

genitum esse necessum est. Incorruptibilem; eo namque corrupto, [a] aut meliorem, aut deteriorem, vel hunc eundem, vel sine ornatu confusionem efficiet. Si deteriorem, næ ille fuerit pravus, qui ex meliori deterius facit. Si meliorem, utique viribus non præstitit, qui ipso principio, quod melius est, non produxit. Si eundem, frustrà operam sumpserit. Si confusionem, at id aures propter nefas perhorrescunt. [b] Ingenitum illum satis abundè hæc probant. Etenim, si non corrumpitur, neque factus est; cùm omne quod factum est, corrumpatur. Ad hæc, cùm per Dei bonitatem Mundus sit, necesse est, semper [c] Deum bonum esse, & Mundum existere: quemadmodum cum Sole, & igne simul unà lumen subsistit, & cum corpore umbra. Corporum, quæ in Mundo sunt, alia [d] mentem imitantur, & circulatim moventur; alia animum, & rectà diriguntur. Ex iis quæ rectà moventur, ignis & aër sursum; terra & aqua deorsum aguntur: ex iis quæ circulatim, sphæra inerrans ab ortu,

τίαι

a *Aut meliorem, aut deteriorem*] hoc argumentum Philo quoque affert libro de mundi incorruptibilitate. pag. 735. f. idque maximè demonstrativum, & omninò irrefragabile à multis haberi asserit.

b *Ingenitus quia incorruptibilis*] sic Philo ibid. pag. 734. Vide & sextam Procli rationem pro mundi æternitate cum Philoponi responso.

c *Quia Deus semper bonus*] Procl. in Tim. l. 2. pag. 111. post medium. eadem quoque prima ipsius ratio fuerat mundi æternitati adstruendæ, ut ex Philoponi responsione apparet: ubi & duo hæc exempla lucis & umbræ ab eodem allata diluit.

d *Cœlum mentem imitatur*] hinc 13. Procli ratio ducta apud Philoponum. sed de hoc Platonis effato vide Proclum in Tim.

pag.

septem reliquæ ab occasu feruntur. Hujusce causæ multæ aliæ sunt, at illa non postrema; ne scilicet si velox orbium circumitio fiat, imperfecta generatio maneat. Sed cùm motus diversus sit, diversam quoque corporum naturam esse oportet; & corpus cœleste, neque comburere, neque frigefacere, neque aliud prætereà facere, quod quatuor elementorum proprium fuerit. Et cùm [c] Mundus sphæricus sit, cujus argumentum Zodiacus est; & cujuscumq; orbis pars inferior medium sit; ex omnibus namque partibus plurimùm distat; gravia deorsum, & in terram aguntur. Et hæc quidem omnia Dii conficiunt, mens ordinat, animus movet. Et de Diis hæc dicta sunto.

τίαι δὲ τούτου πολλαὶ μὲν καὶ ἄλλαι, καὶ τὸ μὴ ταχείας τῆς περιόδου τῶν σφαιρῶν γινομένης ἀτελῆ τὴν γένεσιν εἶναι. διαφόρου δὲ τῆς κινήσεως οὔσης, διαφέρειν καὶ τὴν φύσιν τῶν σωμάτων ἀνάγκη· καὶ μήτε καίειν, μήτε ψύχειν τὸ οὐράνιον σῶμα, μηδὲ ἄλλό τι ποιεῖν, ἃ τῶν τεσσάρων ϛοιχείων. Σφαίρας δὲ οὔσης τοῦ Κόσμου· ὁ γὰρ Ζωδιακὸς δείκνυσι τοῦτο· ἐπειδὴ σφαίρας πάσης τὸ κάτω μέσον ἐϛί· πανταχόθεν γὰρ πλεῖϛον ἀφέϛηκε· τά τε βαρέα φέρεται κάτω, φέρεται δὲ εἰς γῆν. Ταῦτα δὲ πάντα ποιοῦσι μὲν Θεοὶ, τάττει δὲ Νοῦς, κινεῖ δὲ Ψυχή. Καὶ περὶ μὲν Θεῶν ἤδη προείρηται.

pag. 167. & Chalcidium p. 213. Plotinum Enn. 2. l. 2. & ex Plotino Macrob. in Somn. Scip. l. 1. c. 17.

c *Mundus sphæricus*] *Procl. in Tim. p. 160. & seq. Chalcid. pag. 139. nam sphærici cuivis noti.*

CAP. VIII.
De mente, & Animâ: & Animam immortalem esse.

ΚΕΦ. ή.
Περὶ Νοῦ, καὶ ψυχῆς· καὶ ὅτι ἀθάνατος.

EST autem quædam vis essentiâ quidem inferior, sed nobilior animo: ab [a] essentiâ habens, quòd sit; animum verò ita perficiens, ut oculos

Ἔστι δέ τις δύναμις, οὐσίας μὲν δευτέρα, ψυχῆς δὲ πρώτη, ἔχουσα μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τὸ εἶναι, [1] τελειοῦσα δὲ τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἥλιος τὰς ὄψεις. τῶν δὲ [a] Ψυ-

a *Essentia, mens, anima*] *Proclus Elem. Theol. 20. & Theol. Plat. l. 1. c. 3. & l. 3. c. 6. hosce gradus ordinésque copiosè explicat.*

1 τελειοῦσα. Jambl. Segm. 5. c. 11. ψυχὴ ὑπὸ νοῦ τελειοῦται.

[a] Ψυχῶν αἱ μὲν εἰσὶ λογικαὶ, καὶ ἀθάνατοι· αἱ δὲ ἄλογοι, καὶ θνηταί. καὶ αἱ μὲν ἐκ τῶν πρώτων, αἱ δὲ ἐκ τῶν δευτέρων παράγονται Θεῶν. πρῶτον δὲ ὅ, τι πέρ ἐςι Ψυχὴ ζητητέον. ᾧ τοίνυν διαφέρει τὰ ἔμψυχα τῶν ἀψύχων, τοῦτό ἐςι Ψυχή. διαφέρει δὲ κινήσει, αἰσθήσει, φαντασίᾳ, νοήσει. Ἔςιν ἄρα Ψυχὴ, ἄλογος μὲν ζωὴ αἰσθητικὴ καὶ φανταςική· λογικὴ δὲ, αἰσθήσεως καὶ φαντασίας ἄρχουσα, καὶ λόγῳ χρωμένη. καὶ ἡ μὲν ἄλογος τοῖς σωματικοῖς ἕπεται πάθεσιν· ἐπιθυμεῖ γὰρ ἀλόγως, καὶ ὀργίζεται· ἡ δὲ λογικὴ τοῦ τε σώματος μετὰ λόγου καταφρονεῖ, καὶ πρὸς τὴν ἄλογον μαχομένη, κρατήσασα μὲν Ἀρετὴν, ἡττηθεῖσα δὲ, Κακίαν ποιεῖ. Ἀθάνατον δὲ αὐτὴν εἶναι ἀνάγκη, ὅτι τε γινώσκει Θεούς· θνητὸν δὲ οὐδὲν ἀθάνατον οἶδε· τῶν τε ἀνθρωπίνων πραγμάτων ὡς ἀλλοτρίων καταφρονεῖ, καὶ τοῖς σώμασιν, ὡς ἀσώματος ἀντιπέπονθε· καλῶν μὲν γὰρ καὶ νέων ὄντων ἁμαρτάνει, γηρώντων δὲ ἐκείνων ἀκμάζει. καὶ πᾶσα μὲν σπου-

[b] Sol. Animorum porrò alii sunt rationis compotes, & immortales; alii expertes, mortalésque: [c] primi ex primis, secundi ex secundis Diis producuntur. At primùm, quid sit animus, investigandum. Illud itaque animus erit, quo animata ab inanimatis differunt. Differunt autem motu, sensu, phantasiâ, intelligentiâ. Est ergò animus rationis expers vita, sensibus ac visis serviens: rationis compos, in sensus, ac phantasiam dominans, & ratione utens. Et ratione quidem vacuus animus corporis sequitur affectiones: desiderat enim absque ratione, & irascitur; at rationis compos corpus cum ratione aspernatur, & cum animo rationis experte decertans, [d] superior factus, virtutem; devictus, malitiam efficit. Hunc verò [e] immortalem esse necesse est, quòd Deos cognoscat; mortalium autem nullum novit immortale: & res humanas ac si alterius essent contemnit, & [f] corpora incorporeus ipse abhorret: quæ si pulcra ac recentia fuerint, delinquit; si senuerint illa, ipse virescit. Et quilibet industrius

b *Mens ut Sol*] *vide insignem Archytæ locum apud Jamblichum lib. 2 de sectâ Pythag. cap. 4. quo inter alia Solem, mentémque comparat, & Procl. in Tim. l. 3. p. 183. in fine.*

c *Animi rationales à primis Deis*] *Alcinous principio, c. 23. Chalcidius in Tim. p. 230. & 276.*

d *Animus superior virtutem*] *vide duo insignia loca Theagis Pythag. ex libro de virtutibus apud Stobæum serm. 1. & Plotinum Enn. l. 1. c. 8.*

e *Anima immortalis, quia Deum cognoscit*] *vide Plotin. Enn. 4. l. 7. cap. 10. Aristotelem, vel quisquis est auctor, de Sap. Ægypt. lib 12. c. 4 & 8.*

f *Quia adversatur corpori*] *Mars. Ficin. Theol. Plat. l. 9. c. 2. & 3.*

a Jambl. Seg. 8. c. 6.

g Quia

animus [g] mente utitur: mens verò à corpore non gignitur. Quanam enim ratione, quæ mente carent, mentem gignent? Et quamvis illi corpus tanquam instrumentum subserviat, [h] in corpore tamen non est. Simili modo machinarum opifex in ipsis machinis nullus est; & nihilominùs machinarum pleræque, quas nemo tangit, sede moventur. Quòd si per corpus sæpenumerò à recto abducitur, non est cur miremur: namque artes instrumentis læsis operatione frustrantur.

σπουδαία ψυχὴ κέχρηται νῷ· νοῦν δὲ οὐδὲν σῶμα γεννᾷ· πῶς γὰρ ἂν τὰ ἀνόητα νοῦν γεννήσοι; ὀργάνῳ δὲ χρωμένη τῷ σώματι, [3] οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ· ὥσπερ οὐδὲ ὁ μηχανοποιὸς ἐν τοῖς μηχανοποιήμασι· καίτοι πολλὰ τῶν μηχανημάτων οὐδενὸς ἁπτομένου κινεῖται. εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ σώματος παρατρέπεται [4] πολλάκις, θαυμάζειν οὐ δεῖ. καὶ γὰρ αἱ τέχναι τῶν ὀργάνων βλαβέντων, ἐνεργεῖν οὐκ ἂν δύναιντο.

g *Quia utitur mente*] *Arist. Theol. Ægypt. l. 2. c. 8, 9, & 10.*

h *Non inclusa corpori*] *ibid. c. 1, 2. & 7. & Plotin. Enn. 1. l. 1. c. 3. & 4.*

3 οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ. Methodius apud Photium hanc improbat Origenis opinionem, dicentis corpus esse ψυχῆς δεσμόν.

4 παρατρέπεται πολλ. de anima Jambl. Segm. 1. c. 7. ἐπεὶ καὶ χρόνοι καὶ ἰδέαι κρατοῦνται, ὁπόταν τι τοῦ χείρονος, καὶ οἰκειώσει τῷ δευτέρῳ κατέχηται. V. etiam Segm. 5. c 2. Idem apud Stobæum Ecl. Phys. l. 1. p. 115. ex aliena sententia — Σάρξ, ὡς ἔμψυχος οὖσα —

CAP. IX.

De Providentiâ, Fato, & Fortunâ.

DEorum insuper [a] Providentiam & ex his colligere licet. Unde enim Mundo ordo inditur, si nullum est, quod ordinat? Unde etiam illud erit, omnia alicujus causâ produci: animam scilicet rationis expertem, ut sensus sit; rationis compotem, ut terra cohonestetur? Ex ipsa quoque erga naturam providentiâ, id

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ Προνοίας, καὶ Εἱμαρμένης, καὶ Τύχης.

ΤΗν δὲ τῶν Θεῶν Πρόνοιαν ἔστι μὲν καὶ ἐκ τούτων ἰδεῖν. Πόθεν γὰρ ἡ τάξις τῷ Κόσμῳ, εἴπερ μηδὲν ἦν τὸ τάττον; πόθεν δὲ τὸ πάντα τινὸς ἕνεκα γίνεσθαι, οἷον ἄλογον μὲν Ψυχὴν, ἵνα αἴσθησις ᾖ· λογικὴν δὲ, ἵνα κοσμῆται ἡ γῆ; Ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῆς περὶ τὴν φύσιν Προνοίας ἰδεῖν. τὰ μὲν γὰρ

a *De Providentiâ*] *Procl. Theol. Plat. l. 1. c. 15. p. 39. instar omnium erit.*

γὰρ ὄμματα διαφανῆ πρὸς τὸ βλέπειν κατεσκευάσαι· ἡ δὲ ῥὶς ὑπὲρ τὸ στόμα, διὰ τὸ κρίνειν τὰ δυσώδη. τῶν δὲ ὀδόντων οἱ μέσοι μὲν ὀξεῖς, διὰ τὸ τέμνειν· οἱ δὲ ἔνδον πλατεῖς, διὰ τὸ τρίβειν τὰ σιτία. καὶ πάντα δὲ ἐν πᾶσιν οὕτω κατὰ λόγον ὁρῶμεν. Ἀδύνατον δὲ ἐν μὲν τοῖς ἐσχάτοις τοσαύτην εἶναι Πρόνοιαν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις μὴ εἶναι. αἵτε ἐν τῷ Κόσμῳ [1] μαντεῖαι, καὶ θεραπεῖαι σωμάτων γιγνόμεναι, τῆς ἀγαθῆς Προνοίας εἰσὶ τῶν Θεῶν. τὴν δὲ τοιαύτην περὶ τὸν κόσμον ἐπιμέλειαν οὐδὲν βουλομένους, οὐδὲ [2] ποιοῦντας τοὺς Θεοὺς ἡγητέον ποιεῖσθαι. ἀλλ᾽ ὥσπερ τῶν σωμάτων, τὴν δύναμιν ἐχόντων, αὐτῷ τῷ εἶναι ποιεῖ, ἃ ποιεῖ· οἷον ἥλιος φωτίζει, καὶ θάλπει αὐτῷ μόνῳ τῷ εἶναι· οὕτω πολὺ μᾶλλον ἡ τῶν Θεῶν Πρόνοια αὐτῇ τε ἀπόνως, καὶ τοῖς προνοουμένοις ἐπ᾽ ἀγαθῷ γίνεται. ὥστε καὶ αἱ τῶν Ἐπικουρείων λέλυνται ζητήσεις. τὸ γὰρ θεῖον, φασὶν, οὐδὲ αὐτὸ πράγματα ἔχειν, οὐδὲ ἄλλοις παρέχειν. καὶ ἡ μὲν ἀσώματος περί τε τὰ σώματα, καὶ τὰς ψυχὰς Πρόνοια τῶν Θεῶν ἐστὶ τοιαύτη· ἡ δὲ ἐκ τῶν σωμάτων, καὶ ἐν τοῖς σώμασιν, ἑτέρα τε ταύ-

deprehendere possumus. Oculi quippe pellucidi ad videndum; nares super os, ut malè olentia discernant; ex dentibus medii acuti constructi sunt ad secandum, interiores plani ad alimenta comminuenda. Et hâc ratione omnia in omnibus non absque ratione fieri conspicimus. Fieri verò nequit, cùm in extremis hisce tanta insit providentia, in primis eam deficere. In Mundo prætereà [b] vaticinationes, & sanationes corporum ex proba Deorum providentiâ succedunt. Similem autem erga Mundum curam, ac diligentiam à Diis neque aliquid inde sperantibus, neque operantibus provenire censendum est; sed ut corpora facultate prædita, quæcumque agunt ipsâ [c] substantiâ operantur: quemadmodum Sol, eo solùm quod est, illuminat, & calefacit: sic multò magìs Deorum providentia sibi ipsi [d] absque labore ac molestiâ, & rebus quæ providentiæ subsunt, bona suppeditat. His Epicureorum dissolvuntur quæstiones: Numen enim, inquiunt, neque sibi, neque aliis molestiæ est. Atqui incorporea circa corpora & animos Deorum providentia hæc est: sed quæ ex corporibus, & in corpori-

b *Vaticinia & sanationes*] *Proclus in Timæum l. 1. p. 49. utramque hanc scientiam Minervæ, hoc est, providentia divina munera esse docet.*

c *Dii ipsa substantiâ agant*] *Procl. El. Theol. 120, 121. & 122.*

d *Providentia absque labore*] *Proclus Theol. Plat. l. 1. c. 15. pag. 41.*

1 μαντεῖαι. Jambl. Segm. 3. c. 3.

2 ποιοῦντας. lego πονοῦντας.

bus, diversa ab eâ, [e] Fatum nuncupatur: quòd magis in corporibus illius series illuceat; propter quam & ars Mathematica adinventa est. Non tantùm itaque ex Diis, sed ex divinis quoque corporibus humana dirigi, & naturam potissimùm corpoream, rationi veritatique consonum est: ideóque sanitatem, & ægritudinem; prosperas, adversásque fortunas pro cujusque dignitate, inde provenire ratio dictat. At injustitias, & per lasciviam ac petulantiam commissa scelera ad Fatum referre, nos quidem probos, Deos verò nequam, ac scelestos efficiet. Nisi quis illud respondere velit, Mundo in universum, & iis, qui naturâ Mundo respondent, omnia in bonum produci, sed malè altum, educatúmque, vel naturam etiam imbecilliorem bona à Fato emanata in deterius mutare; quemadmodum Sol bonus sit licèt, lippientibus tamen, ac febrientibus noxius fit. Ad quid enim Massagetæ parentes vorant, Hebræi circumciduntur, Persæ nobilitatem conservant? Quomodo

ταύτης ἐστὶ, καὶ [3] Εἱμαρμένη καλεῖται, διὰ τὸ μᾶλλον τοῖς σώμασι φαίνεσθαι τὸν εἱρμόν· περὶ ἣν καὶ ἡ Μαθηματικὴ εὕρηται τέχνη. Τὸ μὲν οὖν μὴ μόνον ἐκ Θεῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν θείων σωμάτων διοικεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, καὶ μάλιστα τὴν σωματικὴν φύσιν, εὔλογόν τε ἐστὶ καὶ ἀληθές. καὶ διὰ τοῦτο ὑγίειάν τε καὶ νόσον, εὐτυχίας τε καὶ δυστυχίας κατ' ἀξίαν ἐκεῖθεν γίνεσθαι, ὁ λόγος εὑρίσκει. τὸ δὲ ἀδικίας τε καὶ ἀσελγείας ἐκ τῆς Εἱμαρμένης διδόναι, ἡμᾶς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ Θεοὺς ποιεῖν ἐστι κακούς. εἰ μὴ ἄρα ἐκεῖνο λέγειν ἐθέλοι τὶς, ὡς ὅλως μὲν τῷ Κόσμῳ, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν ἐπ' [4] ἀγαθῷ γίνεται πάντα· τὸ δὲ τραφῆναι κακῶς, ἢ τὴν φύσιν ἀσθενεστέρως ἔχειν τὰ παρὰ τῆς Εἱμαρμένης ἀγαθὰ εἰς τὸ χεῖρον μεταβάλλει. ὥσπερ τὸν [5] ἥλιον ἀγαθὸν ὄντα πᾶσι, τοῖς ὀφθαλμιῶσιν, ἢ πυρέσσουσι βλαβερὸν εἶναι συμβαίνει. διατί γὰρ Μασσαγέται μὲν τοὺς πατέρας ἐσθίουσιν, Ἑβραῖοι δὲ περιτέμνονται, Πέρσαι δὲ τὴν εὐγένειαν σώζουσι; πῶς δὲ Κρόνον

τὲ

e *Fatum in corporibus*] *Anima enim supra Fatum Platoni in Tim. vide Procl p. 321. qui pag. seq. prolixè Platonis de Fato sententiam explicat, & Chalcid. p. 235. cum sequentibus.*

3 εἱμαρμένη —— Jambl. apud Stobæum p. 204. Alexander Aphrod l. 2. de Anima ex Theophrasti Callisthene idem testatur egregia sunt quæ ex Origene adicit Eusebius Præp. 6. V. Lipsium Philos. Stoicâ. Menagium ad Laërtium p. 188.

4 hanc sententiam Jamblichus pluribus locis explicat ut Segm. 1. c. 18. Segm. 4. c 4, 5, 6, &c

5 apud Jambl. Segm. 1. c. 18.

τὲ καὶ Ἄρην [6] κακοποιοὺς λέγοντες, πάλιν ποιοῦσιν ἀγαθοὺς, φιλοσοφίαν τὲ καὶ βασιλείαν, στρατηγίας τὲ καὶ θησαυροὺς εἰς ἐκείνους ἀνάγοντες; Εἰ δὲ τρίγωνα καὶ τετράγωνα λέξουσιν, ἄτοπον τὴν μὲν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν πανταχοῦ τὴν αὐτὴν μένειν, τοὺς δὲ Θεοὺς ἐκ τῶν τόπων μεταβάλλεσθαι. τὸ δὲ καὶ πατέρων εὐγένειαν, ἢ δυσγένειαν προλέγειν, ὡς οὐ πάντα ποιούντων, τινὰ δὲ σημαινόντων μόνον τῶν ἀστέρων διδάσκειν. Πῶς γὰρ ἂν τὰ πρὸ τῆς γενέσεως ἐκ τῆς γενέσεως γένοιτο; ὥσπερ τοίνυν Πρόνοια, καὶ Εἱμαρμένη ἐστὶ, καὶ περὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, ἔστι δὲ καὶ περὶ ἕκαστον ἄνθρωπον· οὕτω καὶ Τύχη, περὶ ἧς καὶ λέγειν ἀκόλουθον. Ἡ τοίνυν τὰ διάφορα, καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα γινόμενα πρὸς ἀγαθὸν τάττουσα δύναμις τῶν Θεῶν, Τύχη νομίζεται. καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα κοινῇ τὰς πόλεις τὴν Θεὸν προσήκει τιμᾶν. πᾶσα γὰρ πόλις ἐκ διαφόρων πραγμάτων συνίσταται. ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην δὲ

verò Saturnum, atque Martem maleficos pronunciantes, rursus Philosophiam, Regnum, rei militaris imperia, ac Thesauros ad illos deferentes, beneficos prædicant? Si [f] triangula, & quadrata afferant; absurdum est, dum humana virtus ubicunque semper eadem perdurat, Deos ex locis immutari. At enim [g] parentum nobilitatem, aut ignobilitatem, prædicere, id stellas non omnia efficere, sed nonnulla tantùm significare docet. Quomodo enim quæ ante ortum sunt, ex ipso ortu fieri poterunt? Quemadmodum ergo Providentia, & Fatum circa nationes, & Urbes, tum etiam circa quemlibet hominem est; ita & [h] Fortuna, de quâ sermonem habere series orationis postulat. Igitur diversa, ac præter expectationem accidentia ad bonum vis Deorum disponens, Fortuna existimatur; ideóque potissimùm Urbes hanc Deam honoribus afficere generatim universéque addecet. Quælibet enim Urbs ex diversis rebus coalescit. Ea sub Lunâ potestatem exercet;

τὴν

f *Si triangula*] *Plotin. Enn. 2. l. 3. cap. 3. hanc Astrologorum opinionem confutat, ut & Enn. 3. l. 1. c. 6. cælestia ex situ, aut adspectuum diversitate haudquaquam variari docet.*

g *Parentum nobilitatem*] *sic Origenes apud Euseb. Præp. Evang. lib. 6. pag. 291. & apud Philopon. in Hexa. l. 4. c. 19. & Chalcid. in Tim. p. 218. Plotin. Enn. 2. l. 3. c. 14. & Enn. 3. l. 1. c. 5.*

h *Fortuna*] *Proclus in Timæum pag. 59. Chalcid. pag. 249.*

6 κακοποιοὺς —— hanc Genethlialogorum opinionem Jamblichus exagitat Segm. 1 cap. 18. Cæterum de providentia Hieroclis fragmenta extant. laudatur quoque in hoc argumento Alexander Aphrodisiensis à Cyrillo contra Julianum; penes me est fragmentum ejusdem Alex. eâ de re Græcè nondum editum.

i Si

quando super Lunam nihil omninò fortuitò accidit. At si [i] mali prospero Fortunæ flatu utantur, probi inopiâ rerum laborent, admirandum haud est: illi enim maximi, hi nihili divitias æstimant; & à malis quidem res prosperæ nihil unquam auferent de pravitate: probis sola virtus suffecerit.

τὴν δύναμιν ἔχει. ἐπειδὴ ὑπὲρ σελήνην οὐδὲ ἓν ἐκ Τύχης ἂν γένοιτο. Εἰ δὲ κακοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, ἀγαθοὶ δὲ πένονται, θαυμάζειν οὐ δεῖ. οἱ μὲν γὰρ πάντα, οἱ δὲ οὐδενὸς πλοῦτον ποιοῦσι. καὶ τῶν μὲν κακῶν ἡ εὐτυχία, οὐκ ἂν ἀφέλοι τὴν κακίαν, τοῖς δὲ ἀγαθοῖς ἡ ἀρετὴ μόνον ἀρέσκει.

i *Si malis prospera Fortuna*] *Plotin. Enn. 3. l. 2. cap. 6. 7. & 15.*

Cap. X.

De Virtute, & Vitio.

De [a] Virtute autem, & Vitio sermones, eos quos de animo habuimus, rursus exposcunt. Namque dum rationis vacuus animus in ipsis corporibus iram statim, ac cupidinem procreat, rationis particeps eorum præses, tripartitum animum ex ratione, irâ, atque cupidine facit. Virtus autem rationis est prudentia, iræ fortitudo, cupidinis temperantia, & totius animi justitia: oportet siquidem rationem ea, quæ addecent dijudicare; iram rationis audientem, quæ videntur horribilia contemnere; cupidinem non quod volupe apparet, sed quod cum ratione est, sequi. Hæc dum ita se habent, vivendi ratio justa evadit: etenim circa pe-

ΚΕΦ. ί.

Περὶ Ἀρετῆς, καὶ Κακίας.

Οἱ δὲ περὶ τῆς Ἀρετῆς καὶ Κακίας λόγοι πάλιν τῶν περὶ Ψυχῆς δέονται. Τῆς γὰρ ἀλόγου ἰούσης εἰς τὰ σώματα, καὶ θυμὸν εὐθὺς, καὶ ἐπιθυμίαν ποιούσης, ἡ λογικὴ τούτοις ἐφεστηκυῖα, τριμερῆ ποιεῖ τὴν ψυχὴν, ἐκ λόγου, καὶ θυμοῦ, καὶ ἐπιθυμίας. Ἀρετὴ δὲ, λόγου μὲν φρόνησις, θυμοῦ δὲ ἀνδρεία, ἐπιθυμίας δὲ σωφροσύνη, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνη. Δεῖ γὰρ τὸν λόγον κρίνειν τὰ δέοντα, τὸν δὲ θυμὸν λόγῳ πειθόμενον τῶν δοκούντων δεινῶν καταφρονεῖν, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν μὴ τὸ φαινόμενον ἡδὺ, ἀλλὰ τὸ μετὰ λόγου διώκειν. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ὁ βίος γίνεται δίκαιος· [1] ἡ γὰρ περὶ χρήματα

a *De virtutibus*] *Insignis dissertatio 32. Procli in R. P. Plat. p. 407. vide & ipsum Plat. de R. P. l. 4. Alcinoum c. 28. & Apuleium l. 1. de dogm. Plat.*

1 Jambl. apud Stobæum lib. Ethic. Ecl. c. ultimo.

ματα δικαιοσύνη, μικρόν τι μέρος ἐςὶν Ἀρετῆς. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν μὲν τοῖς πεπαιδευμένοις, πάσας ἐςὶν ἰδεῖν, ἐν δὲ τοῖς ἀπαιδεύτοις, ὁ μὲν ἐςιν ἀνδρεῖος, καὶ ἄδικος· ὁ δὲ σώφρων, καὶ ἀνόητος· ὁ δὲ φρόνιμος, καὶ ἀκόλαςος· ὥσπερ οὐδὲ ἀρετὰς προσήκει καλεῖν, λόγου τε ἐςερημένας, καὶ ἀτελεῖς οὔσας, καὶ τῶν ἀλόγων τισὶ παραγινομένας. Ἡ δὲ Κακία ἐκ τῶν ἐναντίων θεωρείσθω· λόγου μὲν ἄνοια, θυμοῦ δὲ δειλία, ἐπιθυμίας δὲ ἀκολασία, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἀδικία. Γίνονται δὲ αἱ μὲν Ἀρεταὶ ἐκ πολιτείας ὀρθῆς, καὶ τοῦ τραφῆναι καλῶς, καὶ παιδευθῆναι. αἱ δὲ Κακίαι ἐκ τῶν ἐναντίων.

cunias justitia, pars est pusilla virtutis; ideóque in catis, eruditisque hominibus omnes aspicies: in ignaris, atque incultis, hic fortis est, & injustus; alius temperans, & mente captus; ille prudens, & intemperans: quas quidem neque virtutes meritò dixeris, dum ratione destituuntur, nec partibus suis absolutæ sunt, & in animantibus etiam rationis expertibus illucescunt. Vitium ex oppositis consideratur; rationis insipientia, iræ pavor, cupidinis intemperantia, totius denique animi injustitia. [b] Nascuntur porrò Virtutes ex rectâ vivendi ratione, rectáque educatione, ac institutione: Vitia ex contrariis.

b *Nascuntur virtutes ex rectâ vivendi*] *ad virtutis acquisitionem plurimum conferre, ut in Rep. bonis legibus instructâ quis nascatur, cum Pythagora & Platonis schola censet Sallustius: quam in rem vide insignem Hippodami Pythagorei locum ex lib. de felicit. apud Stobaum serm. 101. ubi virtutem, & felicitatem ab hac Eunomiâ, ut vocat, pendere docet: hanc illi cornu Amalthea, unde bona omnia in vitam promanant. Timaum quoque hoc nomine laudat Plato, quòd in tali Civitate natus. vide Procl. in Tim. l. 1. p. 22.*

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ ὀρθῆς Πολιτείας, καὶ φαύλης.

Καὶ αἱ Πολιτεῖαι δὲ κατὰ τὴν τριμέρειαν γίνονται τῆς ψυχῆς. ἐοίκασι γὰρ οἱ μὲν ἄρχοντες τῷ λόγῳ, οἱ δὲ ςρατιῶται τῷ θυμῷ,

CAP. XI.

De probâ, improbáque Republicâ.

[a] Rerum autem publicarum formæ ex tripartito animo comparantur. Namque qui principatum obtinent, rationi assimilantur; milites iræ; ple-

a *Rerump. forma*] *Procl. in Tim. lib. 1. pag. 11. & Chalcid. p. 326. & ipse Plato lib. 4. de R. P. & principio lib. 8. vide & Plotinum. En. 4. l. 4. c. 17. p. 410. ubi egregiè ad animum transfert.*

a Unde

bes cupiditatibus. Ubi ergò ex ratione cuncta peraguntur, & omnium optimus imperat, Regnum oritur: ubi ex ratione & irâ uno plures dominantur, optimorum dominium est: ubi ex cupidine gubernantur, & honores commodorum intuitu deferuntur, hæc Respublica Timocratia vocatur. Contraria verò Regno Tyrannis; illa enim ex ratione omnia; hæc nihil ex ratione perficit. Optimatum dominio paucorum dominium; quòd non optimi quique sed pauci, iique pessimi gubernant. Timocratiæ Democratia; quòd non qui facultatibus præcellunt, sed multitudo omnia ad nutum moderatur.

θυμῷ, οἱ δὲ δῆμοι ταῖς ἐπιθυμίαις. Καὶ ὅπου μὲν κατὰ λόγον πράττεται πάντα, καὶ ὁ πάντων ἄριϛος ἄρχει, Βασιλεία γίνεται· ὅπου δὲ κατὰ λόγον τε καὶ θυμὸν πλείους ἑνὸς ἄρχουσιν, Ἀριϛοκρατίαν εἶναι συμβαίνει· ὅπου δὲ κατὰ ἐπιθυμίαν πολιτεύονται, καὶ αἱ τιμαὶ πρὸς τὰ χρήσιμα γίνονται, Τιμοκρατία ἡ τοιαύτη πολιτεία καλεῖται. ἐναντία δὲ, Βασιλείᾳ μὲν Τυραννίς· ἡ μὲν γὰρ μετὰ λόγου πάντως, ἡ δε οὐδὲν κατὰ λόγον ποιεῖ. Ἀριϛοκρατίᾳ δὲ Ὀλιγαρχία· ὅτι οὐχ οἱ ἄριϛοι, ἀλλ᾽ ὀλίγοι κάκιϛοι ἄρχουσιν. Τιμοκρατίᾳ δὲ Δημοκρατία, ὅτι οὐχ οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες, ἀλλ᾽ ὁ δῆμος κύριός ἐϛι πάντων.

CAP. XII.

a *Unde mala oriantur: & mali naturam nullam esse.*

SEd quanam ratione cùm Dii boni sint, omniaque ipsi operentur, mala sunt in Mundo? Aut primùm id dicere de-

ΚΕΦ. ιβ΄.

1 Πόθεν τὰ κακά· καὶ ὅτι κακοῦ φύσις οὐκ ἔϛιν.

Ἀλλὰ πῶς Θεῶν ἀγαθῶν ὄντων, καὶ πάντα ποιούντων, τὰ κακὰ ἐν τῷ Κόσμῳ; ἢ πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο ῥητέον, ὅτι

a *Unde mala*] *Procl. in Tim. pag.* 113. *Jambl. Theol. Æg. seg.* 4. *cap.* 6. 7. 8. 9. & 10. *Max. Tyr. diss.* 25. *Dionys. Areop. div. nom. c.* 4.

1 πόθεν τὰ κακά. De hac quæstione egêre Porphyrius, Jamblichus in l. de Mysteriis, Julianus, Theophrastus in *Metaph.* Simplicius in Epictetum. ex nostris Maximus, Origenes, Methodius, Theodoretus, *Æneas* Gaz. Nemesius, Augustinus, Lollinus Alloysius, Mericus Casaubonus, & quotquot περὶ ἀρχῶν & ὕλης scripsêre. Nota autem quod idem opus sit, quod Maximo, Origeni, & Methodio tribuitur. Ego verò Maximi esse puto, fretus Eusebii & Hieronymi testimonio; nam Dialogi de fide (in quibus bona

ὅτι Θεῶν ἀγαθῶν ὄντων, καὶ πάντα ποιούντων, κακοῦ φύσις οὐκ ἔστιν, ἀπουσίᾳ δὲ ἀγαθοῦ γίνεται. ὥσπερ καὶ σκότος αὐτὸ μὲν οὐκ ἔστιν, ἀπουσίᾳ δὲ φωτὸς γίνεται. ἀνάγκη δὲ εἴπερ ἐστὶν, ἢ ἐν Θεοῖς εἶναι, ἢ νοῖς, ἢ ψυχαῖς, ἢ σώμασιν. ἀλλ' ἐν μὲν Θεοῖς οὐκ ἔστιν· ἐπειδὴ πᾶς Θεὸς ἀγαθός. εἰ δὲ νοῦν τις φησὶ κακὸν, νοῦν ἀνόητον λέγει· εἰ δὲ ψυχὴν, χείρονα ποιήσει σώματος· πᾶν γὰρ σῶμα καθ' ἑαυτὸ κακίαν οὐκ ἔχει. εἰ δὲ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἄλογον, κεχωρισμένα μὲν μὴ εἶναι κακὰ, συνελθόντα δὲ κακίαν ποιεῖν. Εἰ δὲ Δαίμονάς τις λέγει [a] κακοὺς, εἰ μὲν ἐκ Θεῶν τὴν δύναμιν ἔχουσιν, οὐκ ἂν εἶεν κακοί· εἰ δὲ ἀλλαχόθεν, οὐ πάντα ποιοῦσιν οἱ Θεοί. Εἰ δὲ μὴ πάντα ποιοῦσιν, ἢ βουλόμενοι οὐ δύνανται, ἢ δυνάμενοι οὐ βούλονται·

bemus, cùm Dii boni ſint, & omnia perficiant, mali naturam haud eſſe, ſed boni abſentiâ adeſſe; quemadmodum tenebræ ex ſe ipſæ nullæ ſunt, ſed carentiâ luminis procreantur. Quòd ſi daretur, neceſſariò aut in Diis, aut in mentibus, aut in animis, aut corporibus eſſet. At in Diis non eſt; cùm Deus quilibet bonus ſit. Quod ſi quis mentem diceret malam, mentem abſque mente fateretur: ſi animum, corpore deteriorem animum affirmaret: nullum namque corpus in ſe malum habet: ſi ex corpore & animo aſſeverârit; abſonum erit, quæ ſeparata mala non ſunt, ipſa coitione mala fieri dicere. Porrò ſi quiſpiam [b] Dæmonas malos fateretur, illi, ſi à Diis vires ſumunt, mali non erunt; ſi aliunde, non omnia ergò Dii producunt. Quòd ſi non omnia producunt, aut volentibus vires non ſuppetunt; aut cùm

ὢν οὐ-

ejus pars continetur) non videntur eſſe Origenis; & quod ad Methodium ſpectat (cui id Photius tribuit) ait Valeſius multa in Photio, non eſſe Photii.

b *Dæmones mali*] *Ita non ſolùm Chriſtiani, ſed & Porphyrius apud Proclum in Timæum l. 1. p. 24. & 53. ſed in primis vide Euſebium Præp. Evang. l. 4. c. 15. &c. & 22. & 23. tum quoque Jamb. de Ægypt. Theol. ſeg 3. c. 32. & ſeg. 4. cap. 7. & Dionyſ. Areop. div. nom. c. 4. ſect. 18. & 23.*

2 Δαίμονας κακούς. quod ſint mali fatentur omnes; φύσει malos Chaldæi apud Plutarchum de Iſide, & Damaſcium; eorúmque principem Arimanium ſtatuunt: ex Chaldæorum mente Jamblichus Segm. 3. c. 31. Δαίμονας πονηροὺς ἀντὶ θεῶν εἰσκρίνοντα, ὡς δὴ καὶ καλοῦσιν ἀντιθέους, & alibi. V. Origenem περὶ ἀρχῶν. Eorum lapſum & pœnas videtur Empedocles agnoviſſe, apud Plutarchum,

> Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
> Πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐσαῦθις
> Ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις.
> Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.

Jambl. Segm 2. c. 7. inter malos dæmonas quoſdam τιμωροὺς ponit, dicitque in apparitionibus τὰ εἴδη τῶν τιμωρῶν ἐμφαίνειν; & animas ὑπὸ κολασθηρίων πύελον εἶναι τύπον.

c Circa

facultas adest, nolunt. Sed neutrum Deo convenit. Nihil itaque in mundo naturâ malum esse ex his facilè deprehendes. Verùm [c] circa hominum, eorúmque non omnium operationes, nec semper mala videntur. Quòd si propter ipsum malum homines delinquerent, ipsa utique natura mala esset; sed cùm adulterans, adulterium quidem malum, voluptatem bonam; homicida, cædem quidem malam, sed pecunias bonas existimat; & qui perniciem hostibus affert, perniciem quidem afferre malum, ulcisci verò inimicum bonum, & hâc ratione animus delinquit; [d] bonitatis ergò causâ mala subsequuntur, quemadmodum, dum lumen abest, tenebræ, quæ naturâ nullæ sunt, irrepunt. Delinquit ergò animus, quia bonum appetit, sed circa bonum aberrat, quòd prima essentia non est. Sed ne aberret, & si aberrârit, adhibitis remediis resipiscat, plurima Deos machinari deprehendes. Etenim artes, scientiæ, disciplinæ, virtutes, precationes, sacrificia, ceremoniæ, leges, rerum publicarum institutiones, judicia, & punitiones ad impediendos animos, ne delinquant, inventæ sunt; & corpore egressos Dii expiatores, ac Dæmones à sceleribus purgant.

ὧν οὐδέτερον πρέπει Θεῷ. Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἐν τῷ Κόσμῳ φύσει κακὸν, ἐκ τούτων ἐςὶν ἰδεῖν. Περὶ δὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐνεργείας, καὶ τούτων οὐ πάντων, οὐδὲ ἀεὶ φαίνεται τὰ κακά. Ταῦτα δὲ εἰ μὲν δι' αὐτὰ τὸ κακὸν ἡμάρτανον ἄνθρωποι, αὐτὴ ἂν ἦν ἡ φύσις κακή· εἰ δὲ ὁ μὲν μοιχεύων, τὴν μὲν μοιχείαν ἡγεῖται κακὸν, τὴν δὲ ἡδονὴν ἀγαθόν· ὁ δὲ φονεύων, τὸν μὲν φόνον ἡγεῖται κακὸν, τὰ δὲ χρήματα ἀγαθά· ὁ δὲ ἐχθρὸν κακῶς ποιῶν, τὸ μὲν κακῶς ποιῆσαι, κακὸν, τὸ δὲ τὸν ἐχθρὸν ἀμύνασθαι, ἀγαθόν. καὶ πάντα οὕτως ἁμαρτάνει ψυχὴ, καὶ δι' ἀγαθότητα γίνεται τὰ κακά· ὥσπερ διὰ τὸ φῶς μὴ εἶναι, γίνεται σκότος φύσει μὴ ὄν. ἁμαρτάνει μὲν οὖν ψυχὴ, ὅτι ἐφίεται ἀγαθοῦ· πλανᾶται δὲ περὶ τὸ ἀγαθὸν, ὅτι μὴ πρώτη ἐςὶν οὐσία. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ πλανᾶσθαι, καὶ πλανηθεῖσαν θεραπεύεσθαι, πολλὰ παρὰ Θεῶν γινόμενά ἐςιν ἰδεῖν. καὶ γὰρ Τέχναι, καὶ Ἐπιςῆμαι, καὶ Ἀρεταὶ, Εὐχαί τε, καὶ Θυσίαι, καὶ Τελεταὶ, Νόμοι τε, καὶ Πολιτεῖαι, Δίκαι τε, καὶ Κολάσεις, διὰ τὸ κωλύειν ψυχὰς ἁμαρτάνειν ἐγένοντο· καὶ τοῦ σώματος ἐξελθούσας Θεοὶ καθάρσιοι, καὶ Δαίμονες τῶν ἁμαρτημάτων καθαίρουσι.

ΚΕΦ.

c *Circa hominum operationes*] *Proclus in Timæum p. 116. Plotin. Enn. 3. l. 2. cap. ult. malos histrionibus homines comparat.*

d *Bonitatis causâ malum*] *Plotin. Enn. 3. l. 3. c. 4. pag. 258. Dionys. Areop. div. nom. c. 4.*

ΚΕΦ. ιγ΄.

Πῶς τὰ ἀΐδια λέγεται γίγνεσθαι.

ΠΕρὶ μὲν οὖν Θεῶν, καὶ Κόσμου, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τοῖς μήτε διὰ φιλοσοφίας ἀχθῆναι δυναμένοις, μηδὲ τὰς ψυχὰς ἀνιάτοις, ἀρκέσει ταῦτα. [1] Περὶ δὲ τοῦ μὴ γενέσθαι ταῦτα ποτὲ, μηδὲ ἀλλήλων χωρίζεσθαι, λείπεται λέγειν· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς λόγοις ὑπὸ τῶν πρώτων τὰ δεύτερα εἴπομεν γίνεσθαι. Πᾶν τὸ γινόμενον, ἢ τέχνῃ, ἢ φύσει, ἢ κατὰ δύναμιν γίνεται. τὰ μὲν οὖν κατὰ τέχνην, ἢ φύσιν ποιοῦντα, πρότερα εἶναι τῶν ποιουμένων ἀνάγκη· τὰ δὲ κατὰ δύναμιν μεθ' ἑαυτῶν συνίστησι τὰ γινόμενα· ἐπειδὴ καὶ τὴν δύναμιν ἀχώριστον ἔχει. ὥσπερ δὴ ἥλιος μὲν φῶς, πῦρ δὲ θερμότητα, χιὼν δὲ ψυχρότητα. εἰ μὲν οὖν τέχνῃ τὸν Κόσμον ποιοῦσι Θεοὶ, οὐ τὸ εἶναι, τὸ δὲ τοιόνδε εἶναι ποιοῦσι. πᾶσα γὰρ τέχνη τὸ εἶδος ποιεῖ. πόθεν οὖν τὸ εἶναι τῷ Κόσμῳ; εἰ δὲ φύσει, πῶς τὸ φύσει ποιοῦν, ἑαυτοῦ τι δίδωσι τῷ γινομένῳ; ἀσωμάτων δὲ τῶν Θεῶν ὄντων, ἐχρῆν καὶ τὸν Κόσμον ἀσώματον εἶναι. Εἰ δὲ τοὺς Θεοὺς σώματα λέγοι τὶς, πόθεν τῶν ἀσωμάτων ἡ δύναμις; εἰ δὲ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, φθειρομένου τοῦ Κόσμου τὸν ποιήσαντα

Cap. XIII.

Quonam modo sempiterna fieri dicantur.

DE Diis itaque, & Mundo, & rebus humanis iis, qui per Philosophiam sublevari non possunt, nec immedicabiles animis sunt, hæc sufficiant. Hæc autem nunquam fuisse facta, neque à seipsis separari, reliquum est ut dicamus: quandoquidem nos ipsi suprà diximus, à primis secunda procreari. Omne quod fit, aut arte, aut naturâ, aut facultate quadam fit. Quæ igitur arte, aut naturâ operantur, ea præcedere, quæ efficiuntur, necesse est; quæ facultate, res ipsas unâ secum producunt; quandoquidem facultatem, quæ separari nequit, secum habent; veluti sol lumen, ignis caliditatem, nix frigiditatem. Si itaque arte Mundum Dii producunt, non ut sit, sed ut talis sit, efficiunt. Nam quælibet ars speciem edit. Undénam ergo Mundo, ut sit? Quod si naturâ; quomodo quod naturâ agit, ex semetipso aliquid rei effectæ impartitur? & cùm Dii incorporei sint, oportebat & Mundum incorporeum esse. Quòd siquis Deos corporeos dixerit, undénam incorporeorum facultas? Et si id concederemus [a], corrupto Mun-

1 περὶ ℨ τῶν. l. τῶ —

do, ejusdem etiam opifex necessariò corrumperetur, si naturâ ille quidem agit. Si ergò neque arte, neque naturâ Mundum Dii producunt, sequitur facultate tantùm producere. Et omne quod facultate producitur, unà cum eo, quod facultatem habet, subsistit. Neque hâc ratione producta corrumpi unquam possunt, nisi quis facultate producentem privaverit. Quapropter qui Mundum corruptioni obnoxium tradunt, Deos esse planè negant: aut Deos esse asserentes, Deum imbecillem fatentur. Qui ergò facultate efficit universa, universa simul secum subsistere facit. Et cùm maxima facultas sit, non homines & animantia modò producenda erant, sed Dii, & homines, & Dæmones; & quantum nostram naturam primus Deus præcellit, tantò plures medias inter nos & ipsum facultates esse oportet. Quæcunque enim plurimùm inter se distant, plurima inter se media habent.

τα φθείρεσθαι ἀνάγκη, εἴπερ κατὰ φύσιν ποιεῖ. εἰ δὲ μὴ τέχνῃ, μηδὲ φύσει τὸν Κόσμον ποιοῦσι Θεοὶ, Δυνάμει λείπεται μόνον. πᾶν δὲ τὸ δυνάμει γινόμενον τῷ τὴν δύναμιν ἔχοντι συνυφίσαται. καὶ οὐδὲ ἀπολέσθαι ποτὲ τὰ οὕτως γινόμενα δύναται, εἰ μή τις τοῦ ποιοῦντος ἀφέλοι τὴν δύναμιν. ὥστε οἱ τὸν Κόσμον φθείροντες, Θεοὺς μὴ εἶναι λέγουσιν· ἢ Θεοὺς εἶναι λέγοντες, τὸν Θεὸν ποιοῦσιν ἀδύνατον. δυνάμει μὲν οὖν πάντα ποιῶν ἑαυτῷ συνυφίστησι πάντα. μεγίστης δὲ τῆς δυνάμεως οὔσης, οὐκ ἀνθρώπους ἔδει καὶ ζῶα μόνα ποιεῖν, ἀλλὰ Θεούς τε καὶ ἀνθρώπους, καὶ Δαίμονας. καὶ ὅσῳ τῆς ἡμετέρας φύσεως διαφέρει ὁ πρῶτος Θεὸς, τοσούτῳ πλείους εἶναι τὰς μεταξὺ ἡμῶν τε κἀκείνου δυνάμεις ἀνάγκη. πάντα γὰρ πλεῖστον ἀλλήλων κεχωρισμένα, πολλὰ ἔχει τὰ μέσα.

CAP. XIV.

Quanam ratione Dii, qui non immutantur, irasci, & mulceri dicuntur.

QUòd si quis Deos [a] immutabiles esse rationi verita-

ΚΕΦ. ιδ'.

[1] Πῶς οἱ Θεοὶ μὴ μεταβαλλόμενοι, ὀργίζεσθαι καὶ θεραπεύεσθαι λέγονται.

Εἰ δέ τις τὸ μὲν Θεοὺς μὴ μεταβάλλεσθαι εὔλογόν τε ἡ-

γεῖται

a *Dii immutabiles] Adde Jamblich. Theol. Ægypt. sect. 1. c. 12.*

1 Hujus capitis negotium pluribus exequitur Jambl. (unde fortè Sallustius) S. 1. c. 13. S. 8. c. 8. Heraclitus apud eundem S. 1. c. 11. ἄκεα vocat sacra,

aversari, & solem oculis privatis abscondi.

στρέφεσθαι, καὶ τὸν ἥλιον τοῖς ἐστερημένοις τῶν ὄψεων κρύπτεσθαι.

CAP. XV.

Quare Deos nullius indigentes honoramus.

EX his de [a] Sacrificiis, aliisque quæ in Deorum cultum conamur, dubitatio solvitur. Numen etenim ipsum nullius indiget; cultus verò atque honores, nostri commodi tantùm gratiâ deferuntur: & cùm providentia Deorum quaquaversum sit diffusa, habitudine solùm, ut recipi possit, opus est; Habitudo verò omnis imitatione & similitudine comparatur; quare Templa quidem Cœlum, Aræ Terram imitantur, Statuæ vitam, ideóque animantibus similes sunt; preces intellectuale *imitantur*; characteres, superiores potestates, quæ verbis exprimi nequeunt; herbæ, ac lapides materiam; animalia quæ sacrificantur, vitam in nobis, sed rationis expertem. Ex his omnibus, nihil ultrà Diis accedit: quid enim Deo ultrà accedere potest? Sed nobis cum illis conjunctio sequitur.

ΚΕΦ. ιέ.

[1] Διατί ἀνενδεεῖς ὄντας τοὺς Θεοὺς τιμῶμεν.

ἘΚ δὲ τούτων καὶ ἡ περὶ Θυσιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς Θεοὺς γινομένων λέλυται ζήτησις. Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ Θεῖον ἀνενδεές· αἱ δὲ τιμαὶ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ἕνεκα γίνονται. καὶ ἡ μὲν Πρόνοια τῶν Θεῶν διατείνει πανταχῆ, ἐπιτηδειότητος δὲ μόνον πρὸς ὑποδοχὴν δεῖται. πᾶσα δὲ ἐπιτηδειότης, μιμήσει, καὶ ὁμοιότητι γίνεται. διὸ οἱ μὲν ναοὶ τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ βωμοὶ μιμοῦνται τὴν γῆν., τὰ δὲ ἀγάλματα τὴν ζωὴν, καὶ διὰ τοῦτο ζώοις ἀπείκασται, αἱ δὲ εὐχαὶ τὸ νοερὸν, οἱ δὲ χαρακτῆρες τὰς ἀῤῥήτους ἄνω δυνάμεις, βοτάναι δὲ καὶ λίθοι τὴν ὕλην, τὰ δὲ θυόμενα ζῶα τὴν ἐν ἡμῖν ἄλογον ζωήν. Ἐκ δὲ τούτων ἁπάντων τοῖς μὲν Θεοῖς πλέον οὐδέν· τί γὰρ ἂν πλέον γένοιτο Θεῷ; ἡμῖν δὲ πρὸς ἐκείνους γίνεται συναφή.

ΚΕΦ.

[a] *De sacrificiis*] *de totâ sacrificiorum ratione vide Jamblich. seg. 5. sed ad posteriorem hujus capitis partem dicti seg. 6, 24. & 25. & Procl. in Tim. l. 1. p. 14. post medium.*

[1] In hoc capite, Jamblichi plura habes capp. contracta ex Segm. 5. de sacrificiorum usu Vid. Porphyrium 2. περὶ ἀποχ. S. 24. Simplicium ad Epict. c. 28. Vide autem *Athenag. Leg.* de fraudibus malorum dæmonum in sacrificiis ———

1 Hæc

ΚΕΦ. ις'.

¹ Περὶ Θυσιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν· ὅτι Θεοὺς μὲν οὐδὲν, ἀνθρώπους δὲ ὠφελοῦμεν.

Ἄξιον δὲ οἶμαι περὶ Θυσιῶν βραχέα προσθεῖναι. πρῶτον μὲν ἐπειδὴ πάντα παρὰ Θεῶν ἔχομεν, δίκαιον δὲ τοῖς διδοῦσι τῶν διδομένων ἀπάρχεσθαι, χρημάτων μὲν δι' ἀναθημάτων, σωμάτων δὲ διὰ κόσμου, ζωῆς δὲ διὰ θυσιῶν ἀπαρχόμεθα. ἔπειτα αἱ μὲν χωρὶς θυσιῶν εὐχαὶ, λόγοι μόνον εἰσὶν, αἱ δὲ μετὰ θυσιῶν ἔμψυχοι λόγοι· τοῦ μὲν λόγου τὴν ζωὴν δυναμοῦντος, τῆς δὲ ζωῆς τὸν λόγον ψυχούσης. Ἔτι παντὸς πράγματος εὐδαιμονία ἡ οἰκεία τελειότης ἐστίν· οἰκεία δὲ τελειότης ἑκάστῳ ἡ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν συναφή. καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς εὐχόμεθα συναφθῆναι Θεοῖς. Ἐπεὶ τοίνυν ζωὴ μὲν πρώτη ἡ τῶν Θεῶν ἐστι, ζωὴ δέ τις καὶ ἡ ἀνθρωπίνη· βούλεται δὲ αὕτη συναφθῆναι ἐκείνῃ, μεσότητος δεῖται. οὐδὲν γὰρ τῶν πλεῖστον διεστώτων ἀμέσως συνάπτεται. ἡ δὲ μεσότης ὁμοία εἶναι τοῖς συναπτομένοις ὀφείλει. ζωῆς οὖν μεσότητα, ζωὴν ἐχρῆν εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο ζῶα θύουσιν ἄν-

CAP. XVI.

De sacrificiis, aliisque honoribus, quibus, Diis nullo, hominibus commodo sumus nonnullo.

Non erit tamen abs re, pauca, & illa brevia de Sacrificiis hic adnectere; & primùm cùm à Diis omnia nobis suggerantur, æquúmque sit exhibentibus ex iis, quæ exhibentur, primitias offerre; de pecuniis per offerrumenta, de corporibus per ornamenta, de vitâ per sacrificia primitias damus. Prætereà sine sacrificiis preces, verba tantummodo; cum sacrificiis, verba sunt animata; verbo quidem vitam corroborante, vitâ verò verbum animante. Item cujuscumque rei beatitas, propria perfectio est; propria cuicumque perfectio ad suammet ipsius causam est conjunctio: ideóque nos, ut cum Diis copulemur, supplicamus. Quando igitur vita prima Deorum est, vita etiam quodammodò & hominum est, & hæc cum illa sociari appetit, medio indiget. Nihil enim ex iis, quæ plurimùm inter se distant, sine medio connectitur; medium verò iis, quæ conjunguntur, simile debet esse. Vitæ ergò medium, vitam esse oportuit: ideóque animantia homines, & illi qui

θρω-

1 Hæc ex Jamblicho, S. 5. c. 11. & 27.

a Mun-

nunc fortunati censentur, & veteres omnes sacrificant; eaque non temerè, & nullo habito delectu, sed uti cuilibet Deo conveniunt, cum aliis multis ceremoniis, ac religione. Et de his quidem satis.

θρωποι, οἵτε νῦν εὐδαίμονες, καὶ πάντες οἱ πάλαι· καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἑκάστῳ Θεῷ τὰ πρέποντα, μετὰ πολλῆς τῆς ἄλλης θρησκείας. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανά.

CAP. XVII.

Naturâ Mundum esse [a] *incorruptibilem.*

DEos porrò nunquam Mundum destructuros, dictum est. Ordo tamen postulat, ut eum naturam incorruptibilem habere dicamus. quodcumque enim destruitur, aut à seipso, aut ab alio destruitur. Si itaque à seipso Mundus destruitur, necessariò & Ignis seipsum combureret, & Aqua seipsam exsiccaret. si ab alio; aut à corpore, aut ab incorporeo. sed ab incorporeo id fieri nequit; incorporea enim, corpora conservant; veluti natura, & animus; nihilque ab eo, quod naturâ suâ conservat, destruitur. Si à corpore, aut ab iis, quæ sunt, aut ab aliis: si ab iis, quæ sunt, aut ab iis quæ circulatim moventur, destruentur quæ recto motu diriguntur; aut à rectâ se moventibus, quæ circulatim. Sed quæ circulatim feruntur, naturam corruptricem non habent; id-

ΚΕΦ. ιζ.

[1] Ὅτι φύσει ἄφθαρτος ὁ Κόσμος.

ΤΟν δὲ Κόσμον ὅτι μὲν ὀυκ ἂν Θεοὶ φθεροῦσιν εἴρηται. ὅτι δὲ καὶ τὴν φύσιν ἄφθαρτον ἔχει, λέγειν ἀκόλουθον. πᾶν γὰρ τὸ φθειρόμενον, ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ φθείρεται, ἢ ὑπὸ ἄλλου. εἰ μὲν οὖν ὑφ' ἑαυτοῦ ὁ Κόσμος φθείρεται, ἔδει καὶ τὸ πῦρ ἑαυτὸ καίειν, καὶ τὸ ὕδωρ ἑαυτὸ ξηραίνεν. εἰ δὲ ὑπὸ ἄλλου· ἢ σώματος, ἢ ἀσωμάτου. ἀλλ' ὑπὸ μὲν ἀσωμάτου, ἀδύνατον. τὰ γὰρ ἀσώματα σώζει τὰ σώματα· οἷον φύσις, καὶ ψυχή· οὐδὲν δὲ ὑπὸ τοῦ φύσει σώζοντος φθείρεται. εἰ δὲ ὑπὸ σώματος, ἢ ὑπὸ τῶν ὄντων, ἢ ὑπὸ ἑτέρων. καὶ εἰ μὲν ὑπὸ τῶν ὄντων, ἢ ὑπὸ τῶν κύκλῳ κινουμένων τὰ ἐπ' εὐθείας, ἢ ὑπὸ τῶν ἐπ' εὐθείας τὰ κύκλῳ. ἀλλ' οὐδὲ τὰ κύκλῳ φθαρτικὴν ἔχει φύσιν·

a *Mundum non interiturum*] *vide quos ad c. 7. citavi.*

1 Caput hoc videtur ex Ocello Lucano desumptum. Vid. Laërtium in Zenone, ubi Panætius hujus opinionis præcipuus auctor quomodo item ἄφθαρτος ὁ κόσμος, explicat Philo. Vid. Menag ad Laërtium, p. 185.

διατί γὰρ μηδὲν ὁρῶμεν ἐκεῖθεν φθειρόμενον; οὐδὲ τὰ ἐπ' εὐθείας ἐκείνων ἅψασθαι δύναται· διατί γὰρ ἄχρι νῦν οὐκ ἠδυνήθη; ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐπ' εὐθείας ὑπ' ἀλλήλων φθείρεσθαι δύναται. ἡ μὲν γὰρ ἄλλου φθορὰ, ἄλλου γένεσίς ἐστί· τοῦτο δὲ φθείρεσθαι μὲν οὐκ ἔστι, μεταβάλλεσθαι δέ. εἰ δὲ ὑπ' ἄλλων σωμάτων ὁ Κόσμος φθείρεται, πόθεν γενομένων, ἢ ποῦ νῦν ὄντων, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον, ἢ εἴδει, ἢ ὕλῃ φθείρεται. ἔστι δὲ εἶδος μὲν τὸ σχῆμα, ὕλη δὲ τὸ σῶμα. καὶ τῶν μὲν εἰδῶν φθειρομένων, τῆς δὲ ὕλης μενούσης, ἕτερα ὁρῶμεν γινόμενα. εἰ δὲ ὕλη φθείρεται, πῶς ἐν τοσούτοις ἔτεσιν οὐκ ἐπέλιπεν; εἰ δὲ ἀντὶ τῆς φθειρομένης ἑτέρα γίνεται, ἢ ἐκ τῶν ὄντων, ἢ ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεται. ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ τῶν ὄντων, τῶν ὄντων μενόντων ἀεὶ, καὶ ἡ ὕλη ἐστὶν ἀεί. εἰ δὲ καὶ τὰ ὄντα φθείρεται, οὐ τὸν Κόσμον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πάντα λέγουσι φθείρεσθαι. εἰ δὲ ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἡ ὕλη, πρῶτον μὲν ἀδύνατον ἐκ τῶν μὴ ὄντων εἶναί τι· εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, καὶ δυνατὸν ἐκ τῶν μὴ ὄντων εἶναι τὴν ὕλην, ἕως ἂν ᾖ τὰ μὴ ὄντα, ἔσται καὶ ἡ ὕλη. οὐ γὰρ δήποτε καὶ τὰ μὴ ὄντα ἀπόλλυται. εἰ δὲ ἀνείδεον λέγουσι μὲν τὴν ὕ-

eóque nihil inde corruptum videmus: & quæ rectà procedunt, illa attingere nequeunt: quanam enim ratione ad hanc uſque diem non potuerunt? Sed neque quæ recto motu moventur, à ſemetipſis deſtrui poſſunt: alterius enim corruptio alterius generatio eſt; at hoc deſtrui utique non eſt, ſed immutari. Si verò ab aliis corporibus Mundus corrumpitur, undenam illa facta, aut ubi nunc ſunt, certè non ſuppetit quid dicamus. Præterea quidquid corrumpitur, aut formâ, aut materiâ corrumpitur: eſt autem forma figura; materia corpus. & cùm formæ corrumpuntur, & materia remanet, aliam gigni videmus: quod ſi materia corrumpitur, quomodò tot annorum ſpatio non defecit? Si pro eâ, quæ corrumpitur, alia naſcitur; aut ex his, quæ ſunt, aut ex iis, quæ non ſunt, ortum habet. Si ex iis quæ ſunt, cùm ea quæ ſunt, ſemper maneant, & materia ſemper eſt. Quòd ſi ea, quæ ſunt corrumpuntur, non Mundum modo, ſed & reliqua omnia corrumpi affirmant. Si ex iis quæ non ſunt, materia; primùm quidem ex iis, quæ non ſunt, aliquid eſſe non poteſt. Quod ſi id fiet, & poterit ex iis quæ non ſunt, materia eſſe; quouſque ea quæ non ſunt, erunt, erit & materia. neque enim unquam ea, quæ non ſunt, intereunt. Et ſi informem dicunt materiam

λην,

primùm quidem propter quid, non per partes, sed universo id Mundo contingit? Prætereà, non corpora ipsa, sed eorum pulchritudinem tantùm destruunt. Item, quidquid corrumpitur, aut ex quibus coaluit, in ea dissolvitur, aut in id, quod non est, disperditur. Sed si, ex quibus coaluit, in ea dissolutum fuerit, rursus alia nascuntur: ad quid enim principio factum est? Quod si in id, quod non est, ea quæ sunt, abeunt, quid impedit, ne Deus hæc eadem subeat? Si potestas impedit, non est potentis se ipsum tantummodò servare: & pari ratione fieri nequit, ut ex iis quæ non sunt, ea quæ sunt, procreentur: & ea quæ sunt, in id quod non est, evanescant. Item necesse est, Mundum si corrumpitur, aut secundum naturam, aut præter naturam corrumpi; neque id, quod est præter naturam priùs ipsâ naturâ possidet. Si præter naturam; aliam esse naturam oportet, quæ Mundi naturam, quod non videtur, immutet. Item quidquid naturâ corrumpitur, id nos quoque corrumpere possumus: sed Mundi circulare corpus neque corrupit quis unquam, neque immutavit: at elementare immutare quis potest, corrumpere nequit. Prætereà, quodcunque corrumpitur, à tempore immutatur, & senescit: sed Mundus tot annorum curriculo immutabilis per-

λῃ, πρῶτον μὲν, διατί οὐ κατὰ μέρη, ἀλλ' ὅλῳ γίνεται τοῦτο τῷ Κόσμῳ; ἔπειτα οὐ τὸ εἶναι τῶν σωμάτων, τὸ δὲ κάλλος φθείρουσι μόνον. Ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον, ἢ ἀφ' ὧν ἐγένετο εἰς ἐκεῖνα λύεται, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεται. ἀλλ' εἰ μὲν ἀφ' ὧν ἐγένετο, εἰς ἐκεῖνα λυθείη, πάλιν γίνεται ἕτερα. διατί γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐγένετο; εἰ δὲ εἰς τὸ μὴ ὂν ἄπεισι τὰ ὄντα, τί κωλύει καὶ τὸν Θεὸν τοῦτο παθεῖν; εἰ δὲ ἡ δύναμις κωλύει, οὐκ ἔστι δυνατοῦ ἑαυτὸν μόνον σώζειν. καὶ ὁμοίως δὲ ἀδύνατον, ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεσθαι τὰ ὄντα, καὶ τὰ ὄντα εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεσθαι. Ἔτι, ἀνάγκη τὸν Κόσμον, εἰ φθείρεται, ἢ κατὰ φύσιν φθείρεσθαι, ἢ παρὰ φύσιν. οὐδὲ τὸ παρὰ φύσιν πρότερον ἔχει τῆς φύσεως. εἰ δὲ παρὰ φύσιν, δεῖ ἑτέραν εἶναι τὴν μεταβάλλουσαν τοῦ Κόσμου τὴν φύσιν· ὅπερ οὐ φαίνεται. Ἔτι, πᾶν τὸ φύσει φθειρόμενον, καὶ ἡμεῖς φθείρειν δυνάμεθα· τοῦ δὲ Κόσμου τὸ μὲν κυκλικὸν σῶμα, οὔτε ἔφθειρέ τις ποτὲ, οὔτε μετέβαλλε. τῶν δὲ στοιχείων μεταβάλλειν μὲν δυνατὸν, φθείρειν δὲ ἀδύνατον. Ἔτι, πᾶν τὸ φθειρόμενον ὑπὸ χρόνου μεταβάλλεται, καὶ γηρᾷ· ὁ δὲ Κόσμος ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ἀμετάβλητος

 μένει.

μένει. Τοσαῦτα καὶ πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρων ἀποδείξεων δεομένους εἰπόντες, αὐτὸν ἡμῖν εὐχόμεθα ἵλεων τὸν Κόσμον γενέσθαι.

manet. His ad eos, quibus validiores demonstrationes opus sunt, dictis, nobis ipsi eundem Mundum exoremus, ut propitius sit.

ΚΕΦ. ιή.

Διατί ἀθεΐαι γίγνονται· καὶ ὅτι Θεὸς οὐ βλάπτεται.

ΚΑὶ μὴν οὐδὲ τὸ Ἀθεΐας περί τινας τόπους τῆς γῆς γενέσθαι, [1] πολλάκις δὲ ὕστερον ἔσεσθαι, ἄξιον ταράττειν τοὺς ἔμφρονας. ὅτι τε οὐκ εἰς Θεοὺς γίνεται ταῦτα. ὥσπερ οὐδὲ αἱ τιμαὶ ἐκείνους ὠφελοῦσαι ἐφάνησαν. καὶ διὰ τὸ ἀδυνατεῖν, μέσης οὐσίας οὖσαν τὴν ψυχὴν, ἀεὶ κατορθοῦν. καὶ τὸ μὴ δύνασθαι πάντα τὸν Κόσμον τῆς τῶν Θεῶν προνοίας ἀπολαύειν ὁμοίως· ἀλλὰ τὰ μὲν, αἰωνίως, τὰ δὲ, κατὰ χρόνον. καὶ τὰ μὲν, πρώτως· τὰ δὲ, δευτέρως μετέχειν ἐκείνης. ὥσπερ καὶ τῶν αἰσθήσεων πασῶν μὲν ἡ κεφαλὴ, μιᾶς δὲ ὅλον τὸ σῶμα αἰσθάνεται. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, οἱ τὰς Ἑορτὰς καταστησάμενοι, καὶ [2] Ἀποφράδας ἐποίησαν, ἐν αἷς τὰ μὲν ἤργει τῶν ἱερῶν, τὰ δὲ ἐκλείετο. τῶν

CAP. XVIII.

Quare impietates fiunt: & Deum non lædi.

INsuper Impietas, quæ nonnulla Oibis loca invasit, & sæpiùs in posterum futura est, non videtur tanti esse, ut prudentes perturbet: quòd non in Deos illa aguntur, quemadmodum nec honores illis unquam emolumento fuisse comperti sunt: & quòd animus, qui mediæ naturæ est, non valet semper rectè & absque errore susceptum opus conficere. Nec potest Mundus universus Deorum providentiam æquè participare: sed hæc quidem sempiternè, alia in tempore: & hæc primo, alia secundo loco illam possidere. quemadmodum & sensus omnes caput, unum corpus totum persentiscit. ideóque ut autumo, qui dies festos instituerunt, dies etiam nefastos determinârunt; quibus pleraque sacrorum intermittebantur, templa obserabantur; nonnullorum etiam

δὲ

1 πολλάκις, ex Ocello, pag. 31. S. 23.

2 Ἀποφράδες. Vid. Marinum *Vit.* Procli.

3 [illegible]

ornatus à nostræ naturæ imbecillitatem expiantibus convellebatur. Punitionis quoque speciem impietatem esse, non inconveniens fuerit. etenim qui Deos agnoverunt, & aspernati sunt, eos in aliâ vitâ eorum cognitione privari, non absque ratione est. Et qui proprios reges ut Deos coluerunt & observarunt, non aliâ pœnâ quàm Deorum amissione multandi erant.

δὲ καὶ τὸν κόσμον ἀφῄρουν, [3] πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἡμετέρας [4] ἀφοσιούμενοι φύσεως. Καὶ κολάσεως δὲ εἶδος εἶναι Ἀθεΐαν οὐκ ἀπεικός. τοὺς γὰρ γνόντας Θεοὺς, καὶ καταφρονήσαντας, εὔλογον ἐν ἑτέρῳ βίῳ καὶ τῆς γνώσεως στέρεσθαι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν Βασιλέας ὡς Θεοὺς τιμήσαντας, ἔδει τὴν δίκην αὐτῶν ποιῆσαι τῶν Θεῶν ἐκπεσεῖν.

3 πρὸς τὴν ἀσθένειαν. habes apud Jambl. Segm. 1. c. 11. hâc in re στέρησιν, αἰσχημοσύνην, ἀφαίρεσιν ὕλης.

4 ἀφοσιούμενοι. similis planè est Phurnuti locus. p. 65. n. 16. Confer. Jambl. Segm. 1. c. 11.

CAP. XIX.

[a] *Quare delinquentes non statim puniuntur.*

NEque debemus admirari, si eos aberrantes non tantùm pro his, sed pro aliis etiam sceleribus pœnæ statim non consequantur. quòd non Dæmones tantùm sunt, qui puniunt animos, sed ipsi semetipsos pœnis etiam subigunt. & qui toto tempore perseverant, iis non erat operæ pretium momento modico omnia consequi. Oportebat prætereà, & humanam virtutem adesse: nam si delinquentes subitò pœnæ committerentur, timore

ΚΕΦ. ιθ΄.

Διατί οἱ ἁμαρτάνοντες οὐκ εὐθέως κολάζονται.

Εἰ δὲ μηδὲ τούτων, μηδὲ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων εὐθὺς αἱ δίκαι ἁμαρτήσασιν ἕπονται, θαυμάζειν οὐ δεῖ. ὅτι οὐ Δαίμονές εἰσι μόνον οἱ κολάζοντες τὰς ψυχὰς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ὑπάγει τῇ δίκῃ. καὶ ὅτι μένουσι τὸν ἅπαντα χρόνον, οὐκ ἐχρῆν ἐν ὀλίγῳ πάντων τυχεῖν. καὶ διὰ τὸ δεῖν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν εἶναι. εἰ γὰρ τοῖς ἁμαρτήσασιν εὐθὺς ἠκολούθουν αἱ δίκαι, φόβῳ δικαιοπραγοῦντες ἄνθρωποι

a *De serâ numinis vindictâ]* *Plutarchus peculiari libro, præsertim p. 564. de Adrastiâ & triplici suppliciorum genere.*

πει ἀρετὴν οὐκ ἂν εἶχον. κολάζονται δὲ τοῦ σώματος ἐξελθοῦσαι· αἱ μὲν ἐνταῦθα πλανώμεναι, αἱ δὲ εἴς τινας τόπους τῆς γῆς θερμοὺς, ἢ ψυχροὺς, αἱ δὲ ὑπὸ Δαιμόνων ταραττόμεναι. πάντως δὲ μετὰ τῆς ἀλόγου ὑπομένουσι, μεθ' ἧςπερ καὶ ἥμαρτον· δι' ἣν καὶ τὸ σκιοειδὲς σῶμα ὑφίσαται, ὃ περὶ τοὺς [1] τάφους, καὶ μάλιςα τῶν κακῶς ζησάντων ὁρᾶται.

homines justa exequentes, virtutem non haberent. Puniuntur autem corpore egressi: siquidem alii hic oberrant; alii in locis quibusdam terræ calidis, aut frigidis; alii à Dæmonibus divexantur: omninò verò cum animo rationis vacuo pœnas sustinent, cum quo deliquerunt; & propter quem tenebricosum corpus subsistit, quod circa sepulcra, & potissimùm eorum, qui malè vitam traduxerunt, conspicitur.

1 τάφυς. Porphyr. de Abst. l. 2. S. 47.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Μετεμψυχώσεως· καὶ πῶς εἰς ἄλογα λέγονται φέρεσθαι.

CAP. XX.

[a] *De Animorum transmigratione: & quomodo in ea, quæ ratione carent, ferri dicuntur.*

Αἱ δὲ Μετεμψυχώσεις, εἰ μὲν εἰς λογικὰ γένοιντο, αὐτὸ τοῦτο ψυχαὶ γίνονται τῶν σωμάτων· εἰ δὲ εἰς ἄλογα, ἔξωθεν ἕπονται, ὥσπερ καὶ ἡμῖν οἱ εἰληχότες ἡμᾶς [1] Δαίμονες. [2] οὐ γὰρ μή ποτε λογικὴ ἀλόγου ψυ-

Animorum autem transmigrationes, si ad ea, quæ ratione utuntur, venerint, animi corporum evadunt: si in vacua ratione, deforis subsequuntur, quemadmodum nobis Dæmones, qui nos obtinent, assistunt. nunquam enim rationis compos, ratio-

χὴ

a *De animorum transmigr.*] *Proclus in Tim l. 5. pag. 329. vide quæ congessit I. B. Crispus distrib. 3. lib. 1. quod autem mala ab ortu ingenerata ad priorū vitæ culpam refert, eâ de re vide Plotinum Enn. 3. l. 2. c. 13. & Enn. 4. l. 3. c. 16. Jambl. de Ægypt. Theol. seg. 4. c. 4. & Hieroclis excerpta de Provid. apud Photium cod. 251.*

1 δαίμονες. Jambl. Segm. 9 c. 1.

2 οὐ γὰρ μή ποτε λογικὴ ἀλόγου ψ. De migratione animarum, variis philosophorum rejectis opinionibus, conquiescit tandem in Jamblichi sententiâ Nemesius,

nis expertis animus fiet. Verùm animorum transmigrationem ex defectibus, qui ab ortu ingenerantur, dignoscere possumus. Propter quid enim alii cæci, alii luxatis membris, alii etiam animo ipso laborantes nascuntur? &, cùm naturâ suâ animi id habeant, ut in corpore muneribus suis fungantur, haud decet semel egressos per omne ævum otiosos considere. Etenim, si non denuò animi in corpus recurrunt, infinitos esse necesse est; aut Deum continuò alios atque alios procreare. Sed nullum infinitum in mundo; in finito enim nullum infinitum unquam existet. Sed nec alios edi fieri potest, quodcumque enim, in quo novum aliquid fit, imperfectum necessario erit; verùm Mundum à perfecto productum perfectum esse oportet.

χεὶ γένοιτο. Τὴν δὲ Μετεμψύχωσιν ἐκ τῶν ἐκ γενετῆς παθῶν ἐστιν ἰδεῖν. διατί γὰρ οἱ μὲν τυφλοί, οἱ δὲ παρειμένοι, οἱ δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν κακῶς ἔχοντες τίκτονται; καὶ ἐκ τῆς φύσεως ἐχούσας ἐν σώματι πολιτεύεσθαι τὰς ψυχὰς, μὴ δεῖν ἀπεξελθούσας τὸν ἅπαντα αἰῶνα μένειν ἐν ἀργείᾳ. Εἰ γὰρ μὴ πάλιν αἱ ψυχαὶ εἰς σώματα φέροιντο, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι, ἢ τὸν Θεὸν ἀεὶ ἑτέρας ποιεῖν. ἀλλ' οὐδὲ ἄπειρόν τι ἐν τῷ Κόσμῳ· ἐν γὰρ πεπερασμένῳ ἄπειρόν τι οὐκ ἂν γένοιτο. οὐδὲ ἄλλας γίνεσθαι δυνατόν· πᾶν γὰρ ἐν ᾧ τι γίνεται καινὸν, καὶ ἀτελὲς εἶναι ἀνάγκη. τὸν δὲ Κόσμον ἐκ τελείου γενόμενον τέλειον εἶναι προσήκει.

mesius, c. 2. ὅτι ἐκ ἀπ' ἀνθρώπων εἰς ἄλογα —— αἱ μετενσωματώσεις γίνονται. Damascius περὶ ἀρχῶν fortè hunc locum habuit ob oculos. ait enim οἱ εἰληχότες ἡμᾶς δαίμονες ἀκώλυτον ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς ἐξουσίαν. ὡς καὶ οἱ νομεῖς πρὸς τὰ ποίμνια. ——

CAP. XXI.

In hac vitâ, & postquam ex eâ excesserint, probos esse beatos ac fortunatos.

a Animi verò qui secundum virtutem vixerunt, in a-

ΚΕΦ. κά.

1 Ὅτι καὶ ζῶντες καὶ τελευτήσαντες εὐδαίμονες οἱ ἀγαθοί.

Αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν ζήσασαι Ψυχαὶ, τάτε ἄλλα εὐδαι-

a *Animi qui secundum virtutem*] *Hæc præclarè illustrat Hierocles ad duos postremos versus Pythag. carm. p. 310. &* *Jamblich. lib. 2. de sectâ Pythag. cap. 11. & 12.*

1 duabus partibus constat hoc caput,

εὐδαιμονοῦσαι, καὶ τῆς ἀλόγου χωρισθεῖσαι, καὶ καθαραὶ παντὸς γενόμεναι σώματος, Θεοῖς τε συνάπτονται, καὶ τὸν ὅλον Κόσμον συνδιοικοῦσιν ἐκείνοις. Καί τοι καὶ εἰ μηδὲν αὐταῖς τούτων ἐγίνετο, αὐτή γε ἡ Ἀρετὴ, καὶ ἡ ἐκ τῆς Ἀρετῆς ἡδονή τε καὶ δόξα, ὅ, τε ἄλυπος καὶ ἀδέσποτος βίος εὐδαίμονας ἤρκει ποιεῖν τοὺς κατ' ἀρετὴν ζῆν προελομένους, καὶ δυνηθέντας.

liis fortunati ac beati, ab eo etiam, qui rationis expers est, separati, & ab omni corpore expurgati, Diis ipsis copulantur, & Mundum universum unà cum illis administrant. Et quidem, licèt illis nihil ex istis succederet, Virtus ipsa, & ex Virtute voluptas, & gloria, & absque mœrore, ac dominorum oppressione vita immunis, ad eos, qui vitam secundum Virtutem vivere elegerunt, idque præstare potuerunt, beatos efficiendos satis fuerit.

put, quarum primam tractat Jamblichus cap. ultimo de Mysteriis, alteram in Epist. ad Macedonium, Eclog. Eth. Stob. τὸν κατὰ νοῦν ἄρα βίον, καὶ τὸν ἐχόμενον τῶν θεῶν διαζῆν μελετητέον. οὗτος γὰρ ἡμῖν μόνος ἀποδίδωσι τὴν ἀδέσποτον τῆς ψυχῆς ἐξουσίαν, ἀπολύει τε ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων, καὶ ποιεῖ ζῆν οὐκ ἀνθρώπινόν τινα βίον, ἀλλὰ τὸν θεῖον, καὶ τῇ βουλήσει τῶν θείων (θεῶν) ἀγαθῶν ἀποπληρούμενον.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ΟΜΗ-

ὉΜΉΡΟΥ
ΤΟΥ͂ ΠΟΙΗΤΟΥ͂ ΒΊΟΣ.

HOMERI
POETÆ VITA.

HOMERI POETÆ VITA.

Homerum Poëtam meritò primum legimus; eò quòd temporis quidem diuturnitate quàm plurimos, ingenii autem viribus, omneis excellat. Etenim maximam ex eo utilitatem capere possumus, sive dicendi artificium, sive sententiarum pondus, sive multiplicem rerum scientiam spectes. Dicamus itaque de ipsius poësi, ubi genus ipsius paucis repetiverimus.

Homerum Pindarus & Chium, & Smyrnæum fuisse tradit. Simonides Chium; Antimachus & Nicander, Colophonium. Aristoteles autem philosophus, Iensem. Ephorus historicus, Cumanum. Nec quosdam piguit eum Salaminium, à Cypro oppido, appellare. Quidam vero Argivum fuisse asserunt. Aristarchus autem, & Dionysius ille Thrax, Athiensem. Cæterum ab aliis filius Mæonis & Critheidis nuncupatur; ab aliis verò Melétis fluvii.

Porrò quemadmodum de genere ipsius, sic & de tempore quo viguit ambigitur. Siquidem Aristarchus refert, cum circiter Ionicam emigratio-

ΟΜΗΡΟΥ ΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΒΙΟΣ.

Ὅμηρον τὸν ποιητὴν, χρόνῳ μὲν, τῶν πλείςων, δυνάμει δὲ, πάντων πρῶτον γενόμενον, εἰκότως ἀναγινώσκομεν πρῶτον, ὠφελούμενοι τὰ μέγιςα, εἴς τε τὴν φωνὴν, καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων πολυπειρίαν. λέγωμεν δὲ περὶ τῆς τούτου ποιήσεως, πρότερον μνησθέντες διὰ βραχέων τοῦ γένους αὐτοῦ.

Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖόν τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι· Σιμωνίδης δὲ, Χῖον· Ἀντίμαχος δὲ καὶ Νίκανδρος, Κολοφώνιον· Ἀριςοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος, Ἰήτην· Ἔφορος δὲ ὁ ἱςορικὸς, Κυμαῖον. οὐκ ὤκνησαν δέ τινες Σαλαμίνιον αὐτὸν εἰπεῖν, ἀπὸ Κύπρου· τινὲς δὲ, Ἀργεῖον· Ἀρίςαρχος δὲ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, Ἀθηναῖον. υἱὸς δὲ ὑπ' ἐνίων λέγεται Μαίονος καὶ Κριθηΐδος· ὑπὸ δέ τινων, Μέλητος τοῦ ποταμοῦ.

Ὥσπερ δὲ τὰ τοῦ γένους αὐτῷ διαπορεῖται, οὕτω καὶ τὰ περὶ τῶν χρόνων, καθ' οὓς ἐγένετο. καὶ οἱ μὲν περὶ Ἀρίςαρχόν φασιν αὐτὸν γενέσθαι κατὰ τὴν Ἰώνων ἀποι-

ἀποικίαν· (ἥτις ὑστερεῖ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου ἔτεσιν ἑξήκοντα· τὰ δὲ περὶ τοὺς Ἡρακλείδας λείπεται τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν ὀγδοήκοντα) οἱ δὲ περὶ Κράτητα, καὶ πρὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου λέγουσιν αὐτὸν γενέσθαι, ὡς οὐδὲ ὅλα ἔτη ὀγδοήκοντα ἀπέχειν τῶν Τρωϊκῶν. ἀλλὰ παρὰ τοῖς πλείστοις πεπίστευται μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῶν Τρωϊκῶν γεγονέναι, οὐ πολὺ πρὸ τῆς θέσεως τῶν Ὀλυμπίων, ἀφ' ἧς ὁ κατὰ Ὀλυμπιάδα χρόνος ἀριθμεῖται.

Εἰσὶ δὲ αὐτῷ ποιήσεις δύο, Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια· διῃρημένη ἑκατέρα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων, οὐχ' ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τῶν γραμματικῶν τῶν περὶ Ἀρίσταρχον. ὧν ἡ μὲν Ἰλιὰς ἔχει τὰς ἐν Ἰλίῳ πράξεις ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, διὰ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν, καὶ μάλιστα τὴν Ἀχιλλέως ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ διαδειχθεῖσαν ἀλκήν· ἡ δὲ Ὀδύσσεια, τὴν Ὀδυσσέως ἀνακομιδὴν ἐς τὴν πατρίδα ἀπὸ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου, καὶ ὅσα πλανώμενος ἐν τῷ νόστῳ ὑπέμεινε. καὶ ὅπως τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐτιμωρήσατο. ἐξ ὧν δῆλός ἐστι παριστὰς, διὰ μὲν τῆς Ἰλιάδος, ἀνδρίαν σώματος· διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας, ψυχῆς γενναιότητα.

Εἰ δὲ μὴ μόνον ἀρετὰς, ἀλλὰ

nem (quæ poſt Heraclidarum deſcenſum annis ſexaginta contigit) floruiſſe. Heraclidarum autem res geſtæ octoginta annis poſt Troiæ excidium extiterunt. Crates vero ante Heraclidarum deſcenſum, illum fuiſſe tradit, ita ut non ſolidis octoginta annis Homeri ſeculum à Troiano excidio abfuerit. Quin & à pleriſque creditus eſt, centum annis poſt Troianas res eſſe natus, non multò ante Olympicorum certaminum inſtitutionem, ex qua & tempus ſecundum Olympiades ſupputatur.

Sunt autem illius poëmata duo, Ilias & Odyſſea, quorum utrumque juxta numerum elementorum alphabeti, in viginti quatuor libros digeſtum eſt, non quidem ab ipſo poeta, ſed ab Ariſtarcho Grammatico. Cæterum in Iliade hæc duo continentur, primum & Græcorum & Barbarorum geſta ad Ilium, idque propter Helenæ raptum, & præcipuè Achillis ſtrenua opera, in hoc bello navata. In Odyſſea autem Ulyſſis reditus in patriam ex Troiano bello, & quæcunque per errores in redeundo perpeſſus eſt, deſcribuntur. Ad hæc quomodo de procis domui ipſius inſidiantibus pœnas expetiverit. Unde conſtat Homerum nobis in Iliade quidem corporis robur expreſſiſſe; in Odyſſea vero animi generoſitatem.

Quod vero non ſolum vir-

καὶ

tutes, ſed & animi vitia (ut ſunt triſtitia, gaudium, metus, & concupiſcentia) in hiſce poëmatibus proſequitur, poëta non eſt accuſandus, imo vero & commodi mores, & incommodi excerpendi ſunt, eò quòd ſine his admiranda facta non conſtent, quæ dum quis audit, optima quæque inde eligenda ſunt. Nam quòd Deos cum hominibus commercium habenteis introducit, non ſolum delectationis & admirationis cauſa ab illo factum eſt, ſed etiam ut per hoc innueret, quòd Dii homines adjuvent, & illorum minime negligentes ſint.

καὶ κακίας ψυχῆς ἐν ταῖς ποιήσεσι παρίστησι, λύπας τε καὶ χαρὰς, καὶ φόβους καὶ ἐπιθυμίας, οὐ χρὴ αἰτιᾶσθαι τὸν ποιητὴν, παρόντα δὲ μιμεῖσθαι οὐ μόνον τὰ χρηστὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ τὰ φαῦλα. ἄνευ γὰρ τούτων παράδοξοι πράξεις οὐ συνίστανται, ὧν ἀκούοντα ἔνεστιν αἱρεῖσθαι τὰ βελτίω. πεποίηκε δὲ τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλοῦντας, οὐ μόνον ψυχαγωγίας καὶ ἐκπλήξεως χάριν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν τούτῳ παραστήσῃ, ὅτι κήδονται, καὶ οὐκ ἀμελοῦσι τῶν ἀνθρώπων οἱ θεοί.

Et ut ſummatim dicam, admirabili & fabuloſa rerum narratione ideò utitur, quò ſedulitatem, & admirationem lectoribus incutiat, & auditorem ſuſpenſum reddat. Quo fit, ut quædam præter decorum dixiſſe videatur. Etenim probabilitas ſemper ex admirandis, ac eximiis rebus propoſitis, ſequitur. Quapropter non ſolum res, ſed etiam verba extollit, & à communi conſuetudine transfert. Quod vero nova, & non omnibus obvia identidem ſuſcipiat, & auditoris benevolentiam captet, nemini obſcurum eſt. Præterea ex fabuloſis iſtis orationibus (ſi quis non oſcitanter, ſed accurate ſingula dicta perpendat) patebit, quantus in omni ſcientiarum &

Καὶ τὸ μὲν ὅλον, παρ' αὐτῷ διήγησις τῶν πραγμάτων παράδοξος, καὶ μυθώδης κατεσκεύασται, ὑπὲρ τοῦ πληροῦν ἀγωνίας, καὶ θαύματος τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ ἐκπληκτικὴν τὴν ἀκρόασιν καθιστάναι. ὅθεν δοκεῖ τινα παρὰ τὸ εἰκὸς εἰρηκέναι. καὶ γὰρ ἀεὶ τὸ πιθανὸν ἕπεται, ἐν ᾧ τὸ παράδοξον καὶ ἐπηρμένον πρόκειται. διὸ καὶ οὐ μόνον τὰ πράγματα μετεωρίζει, καὶ ἐκτρέπει τῆς συνηθείας, ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους. ὅτι δὲ ἀεὶ τὰ καινὰ, καὶ ἔξω τοῦ προχείρου θαυμάζεται, καὶ τὸν ἀκροατὴν ἐπάγεται, παντὶ δῆλον. πλὴν καὶ ἐν τοῖς μυθώδεσι τούτοις λόγοις. εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, φανεῖται πάσης λογικῆς ἐπιστή-

ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ οἱονεὶ σπέρματα καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μετ' αὐτὸν παρεχόμενος· καὶ οὐ τοῖς ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πεζῶν λόγων συνθέταις, ἱστορικῶν τε καὶ θεωρηματικῶν. ἴδωμεν γὰρ πρότερον τὴν τῆς λέξεως αὐτοῦ πολυφωνίαν, ἔπειτα καὶ τὴν ἐν τῇ πραγματείᾳ πολυμάθειαν. πᾶσα μὲν οὖν ποίησις, τάξει τινὶ τῶν λέξεων συντιθεμένων, ῥυθμῷ καὶ μέτρῳ περαίνεται. ἐπεὶ τὸ λεῖον καὶ εὐεπὲς, σεμνὸν ἅμα καὶ ἡδὺ γενόμενον, διὰ τοῦ τέρπειν εἰς τὸ προσέχειν ἐπάγεται. ὅθεν συμβαίνει κατὰ τὸ αὐτὸ, μὴ μόνον τοῖς ἐκπλήττουσι, καὶ θέλγουσι τέρπεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ὠφελοῦσι πείθεσθαι ῥᾳδίως.

artium genere Homerus fuerit, quamque multas occasiones, & tanquam semina quædam tum verborum, tum rerum omnigenarum, posteris suppeditaverit, idque non solum ligata, sed & soluta oratione utentibus scriptoribus; ut sunt historici, oratores, & philosophi. Videamus igitur in eo primum multiplicem dictionis usum, deinde multijugam quoque rerum cognitionem. Omnis itaque poesis quadam dictionum serie inter se conjunctarum, rythmo videlicet ac metro conficitur. Quandoquidem si id, quod planum & blandum est, gravitate & suavitate simul condiatur, lectores delectando attentos reddit. Quo fit, ut ob eandem causam animi illorum non solum extra se rapiantur, & aures demulceantur, verum etiam facilius persuadeantur iis rebus, quæ ad virtutem parandam faciunt.

Τὰ δὲ ὁμήρου ἔπη τὸ τελειότατον ἔχει μέτρον, τουτέστι τὸ ἑξάμετρον, ὃ καὶ ἡρῷον καλεῖται. ἑξάμετρον μὲν, ὅτι εἷς ἕκαστος στίχος ἔχει πόδας ἕξ. (ὧν ὁ μὲν ἐστιν ἐκ δύο συλλαβῶν μακρῶν, σπονδεῖος καλούμενος· ὁ δὲ, ἐκ τριῶν, μιᾶς μὲν μακρᾶς, δύο δὲ βραχειῶν, ὃς λέγεται δάκτυλος. καὶ εἰσὶν ἀλλήλοις ἰσόχρονοι. αἱ γὰρ δύο βραχεῖαι μιᾶς μακρᾶς χρόνον ἐπέχουσιν. οὗτοι δὲ, παρ' ἀλλήλοις συντι-

Cæterum Homerici versus perfectissimo metro constant, hoc est, hexametro, quod & Heroicum appellatur. Et hexametrum quidem dicitur, quod unusquisque versus sex pedes complectitur, quorum unus ex duabus longis syllabis, nomine spondeus, constat. Alter vero ex tribus, priore quidem longa, posterioribus vero duabus brevibus, qui dactylus vocatur. Paribus autem inter se temporibus uterque est. Duæ namque breves syllabæ uni longæ æquipollent. Atque hi duo

pedes invicem positi, hexametrum versum constituunt. Heroicum autem ideo appellatur, quod hoc carminis genere Heroum facta celebrantur.

θέμενοι, πληροῦσι τὸ ἑξάμετρον ἔπος) ἡρῶον δὲ λέγεται ὅτι διὰ τούτου τὰς τῶν ἡρώων πράξεις διηγεῖται.

Varia autem dictione idcirco usus est, quod ex omni Græcorum dialecto loquendi formas suis poëmatis interseruit. Unde & constat, quod totam Græciam, & cunctas illius nationes peragraverit.

Λέξει δὲ ποικίλῃ κεχρημένος, τοὺς ἀπὸ πάσης διαλέκτου τῶν ἑλλήνων χαρακτῆρας ἐγκατέμιξεν. ἐξ ὧν δῆλός ἐστι πᾶσαν μὲν ἑλλάδα ἐπελθὼν, καὶ πᾶν ἔθνος.

Nam Doriensium defectu (qui perquam familiaris est brevitati studentibus) usus est, pro dictione δῶμα, id est, domus, dicens, δῶ. ut, Statim autem ei domus magnifica obtingit. Et pro ὅτι, id est, quod, ὃ, ut, Quod aquila mihi anseres interfecit. Et pro ὀπίσω, id est, retro, ἄψ. ο quidem in α, π vero & σ, in cognatam ipsis literam, nempe ψ, mutando. Denique pro ἄλλοτε, id est, alibi, ἄλλο, ut,

Jamque alibi præcepta tua
hæc fecere modestum.

Et hujusmodi. Ad eundem modum & medias concidendo dictiones, ait pro ὁμότριχας, id est, ejusdem capilli, ὄτριχας. Et pro ὁμοετεῖς, id est, eorundem annorum, οἰετέας. Et pro ὁμοπάτριον, id est, ejusdem patris, ὀπάτριον, pro τρέμειν, id est, tremere, τρεῖν. pro τιμῶ, id est, persolvo, τίω. Eorundem Doriensium est, & literas transponere, ut quum dicunt pro κράτιστοι, id est, optimi, κάρτιστοι.

Καὶ δωριέων μὲν τῇ συνηθείᾳ τῆς βραχυλογίας ἐλλείψει κέχρηται, τὸ δῶμα λέγων δῶ, — αἶψα δέ οἱ δῶ ἀφνειὸν πέλεται. καὶ τὸ ὅτι, ὃ, — ὅ μοι αἰετὸς ἔκτανε χῆνας. καὶ τὸ ὀπίσω, ἄψ, μεταβαλὼν τὸ μὲν ο εἰς τὸ α, τὸ δὲ π καὶ τὸ σ εἰς τὸ συγγενὲς αὐτοῖς. καὶ τὸ ἄλλοτε, ἄλλο, Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή. καὶ τὰ τοιαῦτα. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μέσα συντεμὼν, λέγει, τοὺς ὁμότριχας, καὶ ὁμοετεῖς, ὄτριχας, καὶ οἰετέας, καὶ τὸν ὁμοπάτριον, ὀπάτριον, καὶ τὸ τρέμειν, τρεῖν· καὶ τὸ τιμῶ, τίω. τῶν αὐτῶν δέ ἐστι καὶ τὸ ὑπερβιβάζειν τὰ στοιχεῖα· ὡς ἐν τῷ κάρτιστοι, ἀντὶ τοῦ κράτιστοι.

Αἰολέων δὲ χρῆται ἐν τοῖς συνθέτοις τῇ συγκοπῇ. καδδραθέτην λέγων, ἀντὶ τοῦ κατεδραθέτην·

Æolum verò syncopa in compositis dictionibus utitur, καδδραθέτην dicens, pro κατεδραθέτην, id est, dormivi. Et οὔ-

καὶ

καὶ ὑββάλλειν ἀντὶ τοῦ ὑποβάλλειν. καὶ ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ χρόνου, τὰ τρίτα πρόσωπα λήγοντα παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰς τὴν ει δίφθογγον, διὰ τοῦ η παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἐκφέρεται, ὡς ἐν τῷ ἐφίλη, ἰνόη. οὕτω δὲ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν, — δίδη μόσχοισι λύγοισιν, ἀντὶ τοῦ ἔδει, ὅ ἐστιν, ἐδέσμει. καὶ, Τοὺς μὲν ἄρ οὔτ' ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων. καὶ τὸ ἐναλλάσσειν τὸ σ εἰς τὸ δ, ὡς ἐν τῷ λέγειν ὀδμὴ, καὶ ἴδμεν. καὶ τὸ πλεονάζειν ἔν τισιν, ὡς τὸ εὔκηλος ἀντὶ τοῦ ἕκηλος. καὶ αὐτὰρ ἀντὶ τοῦ ἀτὰρ, καὶ κεκλήγοντες ἀντὶ τοῦ κεκληγότες. καὶ τὸ προστιθέναι τῷ δευτέρῳ προσώπῳ τῶν ῥημάτων τὸ θα, ὡς τὸ ἔφησθα, καὶ εἴπησθα. τὸν δὲ διπλασιασμὸν τῶν συμφώνων οἱ μὲν Δωριεῦσιν, οἱ δὲ Αἰολεῦσι προσνέμουσιν· οἷόν ἐστιν, ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος. καὶ, ὀππότερος τάδε ἔργα.

Ἰώνων δὲ ἴδιον ἔχει τὸ ἀφαιρέσει χρῆσθαι ἐν τοῖς παρῳχηκόσι χρόνοις τῶν ῥημάτων, ὡς τὸ βῆ, καὶ τὸ δῶκεν· (ἔθος γὰρ ἔχουσι καὶ ἐπὶ τῶν παρῳχημένων χρόνων ἀπὸ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἄρχεσθαι, ἀφ' ὧν ἐστι καὶ ὁ ἐνεστώς.) καὶ τὸ ὑφαιρεῖν τὸ ε ἐν τῷ ἱρεὺς, καὶ ἴρηξ· καὶ τὸ προστιθέναι τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν

βάλλειν, pro ὑποβάλλειν, id est, subjicere. Deinde tertias imperfecti personas apud alios in ει diphthongum desinentes, Æoles per η efferunt, ut quum pro ἐφίλει, id est, amabat, ἐφίλη, & pro ἰνόει, id est, cogitabat, ἰνόη dicunt. Quem morem & Homerus secutus, ait, Teneris virgultis vinciebat, pro ἔδει, id est, ligabat. Et,

Humida quos neque permeat
ulla potentia venti.

Ad hæc quum mutant σ in δ, ac dicunt ὀδμὴ, pro ὀσμὴ, id est, odor, & ἴδμεν, pro ἴσμεν, id est, novimus. Præterea pleonasmo in quibusdam dictionibus utentes, ut quum pro ἕκηλος, id est, tranquillus, εὔκηλος. & pro ἀτὰρ, id est, sed, αὐτὰρ dicunt. Et quum secundæ verborum personæ θα particulam adjiciunt, pro ἔφης, id est, fatus es, ἔφησθα. & pro εἴπῃς, id est, dixeris, εἴπησθα dicentes. Porrò consonantium duplicationem alii Doriensibus, alii Æolibus, tribuunt. Cujusmodi illud est, Corripuit mors atra. Uter ista opera, supple, edidit.

Ionum autem proprietatem observat, dum aphæresi in præteritis verborum temporibus utitur, velut quum βῆ dicit, pro ἔβη, hoc est, ivit. & δῶκεν, id est, dedit. Siquidem in more habent, præterita tempora ab iisdem literis inchoare, quibus & præsens, & auferre ε in voce ἱρεὺς, id est, sacerdos, & ἴρηξ, id est, accipiter. Præterea tertiis subjunctivi modi

ὑπο-

personis σι addunt; ut quum pro ἔλθῃ, id est, venerit, ἔλθῃσι: & pro λάβῃ, id est, acceperit, λάβῃσι dicunt. Quam particulam & dativis adjiciunt, θύρῃσι, ὕλῃσι, id est, januis, silvis, dicentes. Ad hæc quum οὔνομα, id est, nomen, pro τὸ ὄνομα, & νοῦσον, pro τὴν νόσον, id est, morbum: & κεινὸν pro κενὸν, id est, vacuum; & μεῖλαν, pro μέλαν, hoc est, nigrum, efferunt. Denique & α cum productum fuerit, in η mutant; pro ἥρα, id est, Juno, ἥρη, & pro ἀθηνᾶ, id est, Minerva, ἀθήνη, efferentes. Et accidit, ut contrà η in α mutantes, dicant pro λελησμένος, id est, oblitus, λελασμένος. Insuper & circumflexa ita per diæresim efferunt, pro φρονῶν, id est intelligens, φρονέων, & pro νοῶν, id est cogitans, νοέων dicentes. Eodem modo & genitivos singulares in ους desinentes proferunt, ut διομήδεος, σαπφόος, id est Diomedis, & Sapphonis. Et circumflexos genitivos plurales, ut πυλέων, περσέων. Denique & plurativos nominum neutri generis rectos, in η desinenteis, ut στήθεα, μέλεα, id est, pectora, membra. Atque idem de ejusdem numeri genitivis judicium. Cæterum hoc eis præ aliis Græcis familiare est, ut pro τετραμμέναι εἰσὶ, id est, versi sunt, τετράφαται, & similia dicant.

ὑποτακτικῶν τὸ σι· οἷόν ἐστι τὸ ἔλθῃσι, καὶ τὸ λάβῃσι· καὶ ταῖς δοτικαῖς, θύρῃσιν, ὕλῃσι· καὶ τὸ λέγειν οὔνομα καὶ νοῦσον, τὸ ὄνομα καὶ τὴν νόσον. καὶ κεινὸν καὶ μεῖλαν, ἀντὶ τοῦ κενὸν καὶ μέλαν. τὸ μεταβάλλειν τὸ α, ἐπειδὰν ἐκτείνηται, εἰς τὸ η, ὡς τοῦ ἥρη, ἀθήνη. ἔστι δ' ὅτε ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ η εἰς τὸ α, ὡς τὸ λελασμένος, ἀντὶ τοῦ λελησμένος. καὶ τὸ διαιρεῖν τὰ περισπώμενα ῥήματα, φρονέων καὶ νοέων· καὶ τὰς γενικὰς τὰς εἰς ους ληγούσας, ὡς τὸ διομήδεος, σαπφόος. καὶ τὰς περισπωμένας γενικὰς τῶν πληθυντικῶν, ὡς τὸ πυλέων, περσέων· καὶ τῶν οὐδετέρων τὰς πληθυντικὰς εὐθείας, τὰς εἰς τὸ η ληγούσας, ὡς τὸ στήθεα, μέλεα· καὶ τὰς γενικὰς αὐτῶν ὁμοίως. ἰδίως δὲ λέγουσι καὶ τὸ τετράφαται, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Μάλιστα δὲ τῇ ἀτθίδι διαλέκτῳ κέχρηται· καὶ γὰρ ἐπίμικτος ἦν. καὶ ἐπεὶ λέγεται παρὰ τοῖς ἀττικοῖς λεὼς ὁ λαὸς, κατὰ ταύτην τὴν συνήθειαν ἐστι παρ' αὐτῷ ὁ πηνέλεως, καὶ τὸ χρέως. ἔστι δ' αὐτοῖς σύνηθες καὶ τὸ συνα-

Maximè vero Attica dialecto usus est, quod & cùm aliis mista esset. nam quemadmodum Attici pro λαὸς, id est, populus, λεὼς dicunt, sic & ipse πηνέλεως, & χρέως, id est, debitum. Est autem eis familiare, contractionibus non-

λείφειν ἐνίοτε, καὶ ἀντὶ δύο ποιεῖν μίαν συλλαβὴν, τὸ ἔπος τοὖπος, τὸ ἱμάτιον θοἰμάτιον. οἷς ἐστὶν ὅμοιον, τρῶες δὲ προὔκυψαν ἀολλέες. καὶ, πεδία λωτεῦντα, ἀντὶ τοῦ λωτεύοντα· καὶ τὸ ὑφαιρεῖν τὸ η τῶν εὐκτικῶν τῶν τοιούτων, δοκοίης, δοκοῖς· τιμώης, τιμῷς, ἐστὶν ἀττικόν. ᾧ ἀκολούθως εἴρηται, — ἄλλοι δὲ διακριθῆτε τάχιστα. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦτο ἀττικὸν, — οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους· ὃ λέγομεν κακίονες καὶ ἀρείονες. καὶ τὰς αἰτιατικὰς τῶν τοιούτων μὴ διαιρεῖν, τοὺς βοῦς, τοὺς ἰχθῦς, βοῦς περισπωμένους. καὶ ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε. κἀκεῖνο δὲ εἴρηται ἀττικῶς, οὐδέ τι μιν σθένεϊ ῥήγνυσι ῥέοντες, ὡς ζεύγνυσι, ὄμνυσι. καὶ τὸ ἐξαιρεῖν τὰ βραχέα, τῶν ἀττικῶν, λούεται λοῦται· οἴομαι. οἶμαι· οὕτως οὖν καὶ τὸ λῦτο ἀντὶ τοῦ ἐλύετο. τῶν αὐτῶν ἐστὶ καὶ τὸ ἑώρων, καὶ ἐωνησάμην, ἐκ περισσοῦ προστιθέντων τὸ ε. ὅθεν ἐστὶ καὶ τὸ ἐωνοχόει· καὶ τὸ συναιρεῖν τὸ ι, ἐπὶ τῶν τοιούτων, ἠϊόνες, νηρηΐδες· οὕτω καὶ τὸ, σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον. καὶ ἐπὶ τῆς εἰς ι καθαρὸν ληγούσης δοτικῆς παρατελευτῶντος τοῦ α, κέραϊ γέραϊ, σέλαϊ. ἐστὶ δὲ καὶ

nunquam uti. & pro duabus unam syllabam facere, ut pro τὸ ἔπος, id est, verbum, τοὖπος, & pro τὸ ἱμάτιον, id est, vestimentum, θοἰμάτιον. Quibus illud Homericum affine est, Troiani autem inclinaverunt frequentes. Et illud, Campos lotum ferenteis. Adhæc η ex hujusmodi optativis tollunt, δοκοίης, id est, utinam videretur tibi, δοκοῖς. τιμώης, utinam honorares, τιμῷς. Est quoque Atticismus, quando per evocationem dicitur. Alii verò dijudicaveritis celerrimè. Et quum dicunt, Plures deteriores, pauci verò patre meliores. Quandoquidem in communi lingua dicimus, κακίονες & ἀρείονες. Solent quoque hujusmodi accusativos non per diæresim efferre, boves, pisces, βοῦς videlicet pro βόας circumflectentes, ut quum Homerus dicit, Pisces avesque. Et illud Atticè dictum est. Neque ipsum robore rumpit fluentes. Sicut jungit, jurat. Præterea & breves vocales Attici ex verbis abjiciunt, ut lavatur, existimo. Ad quem modum & pro ἐλύετο, id est, solvebatur, λῦτο dicunt. Eorúmdem est dicere, videbam, & profui, ita ut ε præter necessitatem addant. Unde est etiam, Vinum infundebat. I quoque in hujusmodi dictionibus contrahunt, ut pro ἠϊόνες, id est, littora, ἠόνες. & pro Νηρηΐδες Nereides, Νηρῇδες dicant. Sic & illud habet, Vos autem duo admodum volebatis. Denique in dativis in ι purum desinentibus quorum penultima α obtinet, idem fit, ut cornu, senectuti,

jubari. Eſt & hoc Atticum ubi dicitur ἴσαν, ſint, &, ἐπίσθαν, ſequantur, pro ἴσωσαν & ἐπίσθωσαν. Ejuſdem conſuetudinis eſt, quod optativos pro præteritis indicativis uſurpant, qua & Homerus identidem utitur. Præterea quum nominibus fœmininis articulos, participia, & adjectiva maſculina conjungunt; ut, manus, mulieres. Id quod & Platoni familiare eſt, ut quum dicit, agentes, & ferentes, ſapiens, ac juſtus mulier. Sic igitur & Homerus de Junone ac Minerva loquens, ait, Nequaquam in noſtris curribus perculſi fuerint. Et, Sanè Minerva invitus erat. Et, Inclytus Hippodaméa.

Porrò quum Dialecti multam quoque in conſtructionibus proprietatem habeant, quando Poëta dicit, Aſt age divini jaculis pete tu Menelai. Atticam conſtructionem refert. Et quando ait, Accepit ſibi ſceptrum, & Themidi pulchrigenæ acceperat pateram. In hoc vero oſtendit, quod omnium Græcorum voces congerendo variam orationem efficiat; dum utitur nonnunquam peregrinis, ut ſunt prædictæ; aliquando verò priſcis, ut quum dicit, enſis, ſcutum; nonnunquam verò communibus & aſſuetis, ut quando ait, gladius, clypeus. In confeſſo etiam, & admiratione dignum eſt, quod vulgares voces apud eum orationis gravitatem retinent.

τοῦτο ἀττικὸν, τὸ λέγειν ἴσαν, καὶ ἐπίσθαν, ἀντὶ τοῦ ἴσωσαν, καὶ ἐπίσθωσαν. ἔςι δὲ καὶ ἡ τῶν εὐκτικῶν χρῆσις ἀντὶ τῶν παρεληλυθότων τῶν ὁριςικῶν, τῆς αὐτῆς συνηθείας, ᾗ καὶ ὅμηρος χρῆται συνεχῶς. καὶ τοῖς θηλυκοῖς ἀρσενικὰ ἄρθρα, ἢ μετοχὰς, ἢ ἐπίθετα συντάσσειν, ὡς τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε. καὶ παρὰ πλάτωνι δὲ, ἄγοντε καὶ φέροντε· καὶ, ὁ σοφὸς γυνὴ, καὶ, ὁ δίκαιος· οὕτως οὖν καὶ ὅμηρος ἐπὶ ἥρας, καὶ ἀθηνᾶς ἔφη. Οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ. καὶ, Ἤτοι ἀθηναίη ἀκέων ἦν. καὶ, κλυτὸς ἱπποδάμεια.

Καὶ περὶ τὴν σύνταξιν δὲ πολλὰ ἰδιώματα ἐχουσῶν τῶν διαλέκτων, ὅταν εἴπῃ ὁ ποιητὴς, Ἀλλ' ἄγ' ὀΐςευσον μενελάου κυδαλίμοιο, ἀττικὴν δείκνυσι τὴν συνήθειαν. ὅταν δὲ εἴπῃ, Δέξατο οἱ σκῆπτρον· καὶ, θέμιςι δὲ καλλιπαρήῳ δέκτο δέπας, ἐν τούτοις διορίζει. ὅπως μὲν οὖν τὰς πάντων ἑλλήνων φωνὰς ἀθροίζων, ποικίλον ἀπεργάζεται τὸν λόγον, καὶ χρῆται ποτὲ μὲν ταῖς ξέναις, ὥσπερ εἰσὶν αἱ προειρημέναι· ποτὲ δὲ ταῖς ἀρχαίαις, ὡς ὅταν λέγῃ ἄορ, καὶ σάκος· ποτὲ δὲ ταῖς κοιναῖς καὶ συνήθεσιν, ὡς ὅταν λέγῃ, ξίφος καὶ ἀσπίδα, δῆλον. καὶ θαυμάσειέ τις, ὅτι καὶ κοινὰ λέξεις παρ' αὐτῷ σώζουσι τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου.

Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐγκατάσκευος λόγος φιλεῖ τὴν τοῦ συνήθους ἐξαλλαγὴν, ὑφ' ἧς ἐναργέστερος, ἢ σεμνότερος, ἢ πάντα τερπνότερος γίνεται. καὶ ἡ μὲν τῶν λέξεων ἐκτροπὴ, καλεῖται τρόπος· ἡ δὲ τῆς συνθέσεως, σχῆμα· καὶ ἔστι τὰ εἴδη τούτων ἐν τῇ τεχνολογίᾳ ἀναγεγραμμένα, θεασώμεθα τί τούτων ὁμήρῳ παραλέλειπται, ἢ τί ἕτερον ὑπὸ τῶν μετ' αὐτὸν εὕρηται, ὃ ἐκεῖνος οὐκ εἶπε πρῶτος.

Cæterum quoniam ornata oratio à communi consuetudine discedit, unde & evidentior, gravior, ac modis omnibus jucundior fit, atque verborum immutatio, tropus; constructionis autem, schema vocatur, horum denique species in arte dicendi perscriptæ sunt, videamus num horum aliquid ab Homero prætermissum sit, numve aliud quiddam à posteris inventum sit, quod ille non prius dixerit.

Τῶν τοίνυν τρόπων ὀνοματοποιΐα, καὶ πάνυ σύνηθές ἐστι αὐτῷ. εἶδε γὰρ καὶ τὴν παλαιὰν ἀρχὴν τῶν ὀνομάτων, ὅτι οἱ πρῶτοι τὰ πράγματα ὀνομάσαντες, πολλὰ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος προσηγόρευσαν, καὶ τὰς ἀνάρθρους φωνὰς τοῖς ἐγγραμμάτοις ἐξετύπωσαν· ὡς τὸ φυσᾶν, καὶ τὸ πρίζειν, καὶ τὸ μυκᾶσθαι, καὶ τὸ βροντᾶν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. ὅθεν καὶ αὐτὸς ἐποίησέ τινα ὀνόματα οὐκ ὄντα πρότερον, πρὸς τὰ σημαινόμενα τυπώσας, οἷον τὸν δοῦπον, καὶ τὸν ἄραβον, καὶ τὸν βόμβον, καὶ τὸ ῥόχθει, καὶ τὸ ἀνέβρυχε, καὶ τὸ σίζε, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν οὐκ ἂν εὕροι τις εὐσημότερα. καὶ πάλιν ἄλλας τινὰς λέξεις ἐπ' ἄλλων πραγμάτων κειμένας ἐπ' ἄλλα μετατέθεικεν, οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο,

φλέγμα κακὸν φορέουσα· ὃ σημαίνει τὴν κατὰ τὸ φλέγειν ἐνέργειαν.

Inter tropos itaque Onomatopœia admodum illi familiaris est. Noverat enim priscam nominum originem, quod hi, qui primitus nomina rebus indiderant, pleraque ab eventu appellassent, & inarticulatas voces in scripta retulissent, ut quum dicerent φυσᾶν, inflare. πρίζειν, secare. μυκᾶσθαι, mugire. βροντᾶν tonare, & his similia. Unde & ipse quædam nomina prius non existentia, ita finxit, ut conformia essent rebus per ipsa significatis, cujusmodi est, δοῦπος, id est, sonitus: ἄραβος, strepitus: βόμβος bombus, & Crepa, &, resonabat, &, bulli, aliaque istiusmodi, quibus nemo magis significantia invenerit. Et rursus ubi alias voces ad alias res pertinentes, aliis tribuit, ut quum dicit, Malum incendium ferens, efficaciam in conflagrando significans. Et dum febrem pro igne ponit. Qui-

bus & hoc affine est, Vulnera ferro percussa; ferro namque inflicta significare vult. Denique ut summatim omnia complectar, multa verborum novitate, multa cum licentia usus est, alia quidem præter consuetudinem immutans, alia vero eam ob causam significantia magis reddens, ut orationi decus & magnificentiam adderet.

ἐργείαν. καὶ τὸν πυρετὸν, ἀντὶ τοῦ πυρός. οἷς ὅμοιόν ἐςι καὶ τὸ χαλκοτύπους ὠτειλάς· βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας. καὶ ὅλως πολλῇ τῇ καινότητι κέχρηται, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας, τὰ μὲν ἐξαλλάσσων παρὰ τὴν συνήθειαν, τὰ δὲ, ἐυσημότερα καθιςὰς, ἕνεκα τοῦ κάλλος καὶ μέγεθος ἐμποιεῖν τοῖς λόγοις.

Præterea epithetorum copia illi est, quæ propriè, & rei naturæ convenienter subjectis accommodata, vim propriis nominibus æquipollentem habent, ut quum singulis Diis, singulas appellationes attribuit, Jovem consultum, altitonantem; & Solem ὑπερίονα, id est, super nos gradientem; & Apollinem splendidum vocans. Cæterum post Onomatopœiam alios quoque tropos videamus.

Πολλὴ δέ ἐςιν αὐτῷ καὶ ἡ τῶν ἐπιθέτων εὐπορία, ἅπερ οἰκείως, καὶ προσφυῶς τοῖς ὑποκειμένοις ἡρμοσμένα, δύναμιν ἴσην ἔχει τοῖς κυρίοις ὀνόμασιν. ὥσπερ τῶν θεῶν ἑκάςῳ ἰδίαν τινὰ προσηγορίαν προστίθησι· τὸν δία, μητιέτην, καὶ ὑψιβρεμέτην· καὶ τὸν ἥλιον, ὑπερίονα· καὶ τὸν ἀπόλλωνα, φοῖβον καλῶν. μετὰ δὲ τὴν ὀνοματοποιίαν ἴδωμεν καὶ τοὺς ἄλλους τρόπους.

Abusio quidem (quæ usum ex eo, in quo aliquid propriè significatur, in aliud, proprium nomen non habens, transfert) apud poëtam est, ubi ait, catenam auream. σειρὰ namque funiculum propriè denotat. Et ubi dicit, caprinam galeam, siquidem galea ideo apud eum κυνέη appellatur, quod ea olim ex canina pelle conficeretur. Ibi verò & eam galeam caprinam vocat, quæ ex caprina pelle facta erat.

Κατάχρησις μὲν δὴ (ἥπερ ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου μεταφέρει τὴν χρῆσιν, καὶ ἐφ᾽ ἕτερον οὐκ ἔχον ὄνομα κύριον) ἔςι παρὰ τῷ ποιητῇ, ὅταν λέγῃ σειρὴν χρυσείην. σειρὰ γὰρ κυρίως ἐπὶ τοῦ σχοινίου τάσσεται. καὶ ὅταν εἴπῃ αἰγείην κυνέην. ἡ μὲν γὰρ περικεφαλαία κέκληται κυνέη παρ᾽ αὐτῷ, ἐπεὶ ἐκ δέρματος κυνὸς γενέσθαι αὐτὴν ἔθος ἦν. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν ἐξ αἰγὸς δέρματος γινομένην κυνέην καλεῖ.

Μεταφορὰ δὲ (ἥπερ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου πράγματος ἐφ' ἕτερον μετενηνεγμένη, μετὰ τῆς ἀμφοῖν ἀναλόγου ὁμοιότητος) καὶ πολλή ἐστι, καὶ ποικίλη παρ' αὐτῷ· οἷόν ἐστιν, Ἧκεν ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο. καὶ, Νῆσος τὴν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται· ὃν γὰρ λόγον ἔχει κορυφὴ πρὸς ἄνθρωπον, τοῦτον καὶ ἡ ἀκρώρεια πρὸς τὸ ὄρος· καὶ ὃν ὁ στέφανος πρὸς τοῦτον ὃν περίκειται, τὸν αὐτὸν θάλασσα πρὸς νῆσον. ἀλλὰ τὸ χρήσασθαι τοῖς ὁμοίοις ἀντὶ τῶν κυρίων ὀνόμασιν, εὐειδέστερον, καὶ ἐναργέστερον ποιεῖ τὸν λόγον.

Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτῷ μεταφοραὶ ποικίλαι, αἱ μὲν, ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἔμψυχα. οἷον, Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο, ἀντὶ τοῦ ναύτης. καὶ, Βῆ δὲ μετ' ἀτρείδην ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν· ἀντὶ τοῦ βασιλέα. αἱ δὲ, ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἄψυχα, οἷον, — ὑπαὶ πόδα νείατον ἴδης, τὴν ὑπώρειαν. καὶ, οὖθαρ ἀρούρης, τὸ γόνιμον. ἀπὸ δὲ ἀψύχων ἐπὶ ἔμψυχα, οἷον, — σιδήρειον νύ τοι ἦτορ, ἀντὶ τοῦ σκληρόν. ἀπὸ δὲ ἀψύχων ἐπὶ ἄψυχα, οἷον, Σπέρμα πυρὸς σώζων, ἀντὶ τοῦ γόνιμον ἀρχήν. ὥσπερ δὲ ὀνομάτων, οὕτω καὶ ῥημάτων εἰσὶ παρ' αὐτῷ μεταφοραί· οἷον, ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω, ἀντὶ τοῦ ἠχοῦσιν.

Translatio autem (quæ inde nomen sortita est, quod rem à propria significatione in aliam, cum conveniente utriusque rei similitudine transferat) & multa, & varia apud illum est, ut illud,

Contulit huc fracto se magni vertice montis. Et,

Insula, quam pontus circumluit, atque coronat.

Quam enim rationem vertex habet ad hominem, eam & cacumen ad montem: & quam corona ad eum cui imponitur, eandem & mare ad insulam habet. Porrò affinibus pro propriis nominibus utens, orationem non solùm speciosiorem, verumetiam evidentiorem facit.

Sunt autem variæ apud eum metaphoræ, quædam ab animatis ad animata; ut, Cæruleæ navis sic est auriga locutus, pro eo quod est, navita. Item, Ivit ad Atriden pastorem mox populorum. pro eo quod est, regem. Aliæ autem ab animatis ad inanimata; ut, Sub extremum Idæ pedem, hoc est, radices. Item, ubertas agri, id est, fertilitas. Aliæ contrà ab inanimatis ad animata; veluti, ferreum profecto pectus, id est, durum. Postremò ab inanimatis ad inanimata, ut semen ignis servans, hoc est, generationi idoneam originem. Porrò sicuti nominum, ita & verborum translationes apud eum sunt, ut, Littora namque boant, feriente salo, atque procellis. Pro sonant.

ἕτερος

Alius deinde tropus (quæ transumptio vocatur) fit, quando per cognominationem res diversa significatur; ut, Inde velocibus insulis immisit abunde. Insulas enim, quæ propriè appellantur magnificæ, significare vult. Ejusdem namque significantiæ utraque vox Græcis est. Acutum namque illis non solùm velocitatem motus significat, sed etiam figuratè id, quod subtiliter factum est. Istiusmodi & hoc est, Ego autem festinans astiti.

Alius tropus Intellectio vocatur, quando ex eo, quod propriè significatur, aliud quiddam ejusdem generis intelligitur. estque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus; ut, ad murum bene structum boves torridos. Boum namque appellatione, corium, ex quo scuta fieri solent, innuere vult. Aut ex parte totum; ut, hujusmodi autem caput desidero. Siquidem voce capitis, totum hominem significat. Et quando pro pulchra, candidis ulnis præditam, & pro bene armatis, bene ocreatos dicit. Aut ab uno multa; ut quando ita de solo Ulysse dicit, Postquàm sacram Troiæ oppidum devastavit. Neque enim ille solus, sed unà cum aliis Græcis Troiam evertit. Contrà ex multis unum; ut pectora jucunda, pro pectus. Præterea ex specie genus; ut, marmore aspero jacto. Marmor

tum, formidine mortis, Dentes atque crepant, ſtriduntque timore, metuque. Porrò boni color eſt idem, nec protinus ira Afficitur validè. Perſpicuum namque eſt, quod, quum vehementiorem iram bono viro adimat, mediocrem ei relinquat. Idem & de ſimilibus affectibus, dolore videlicet ac ira, ſentiendum, cujuſmodi illud eſt, Membra Phrygum ſubiit vehemens tremor, Hectoris atque Magnanimum quamvis crepitat cor, pectore læto. Alii namque vel videndo contremiſcebant, hic vero quamvis in periculo conſtitutus, tamen fortis erat, & pugnæ duntaxat initium extimeſcebat. Unde aliter quidem Dolonem ac Lycaonem ſibi timentes fingit, aliter verò Ajacem & Menelaum terga dare, ac ſe pedetentim ſubducere, perinde ut leones, qui à ſtabulo repulſi ſunt. Eodem modo & dolentium diſcrimina commonſtrat, & delectantium ſimiliter. Sic Ulyſſes commemorans, quo pacto Cyclopibus impoſuerit, ait, Corde, ſinuque meo riſi, dum talia dicunt. Proci vero conſpecto mendico humi proſtrato, Applaudunt manibus, riſuque ferè emoriuntur. Porrò & in inferioribus rebus mediocritatis differentia apparet, ut dum Ulyſſes, tametſi uxorem ſuam diligeret, atque eam propter ipſum plorantem videret, nihilominus tamen ſe continet, Lumina conſtiterant ceu cornea, ferrea ſive hæc. Pro-

μεγάλα ςέρνοισι πατάσσει Κῆρας ὀϊομένῳ· πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων· Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτέ τι λίην Ταρβεῖ. ἔυδηλον γὰρ ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ λίαν φοβεῖσθαι ὑφελὼν, τὸ μέτριον κατέλιπε. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων, λύπης τε καὶ ὀργῆς, χρὴ νοεῖν. τοιοῦτόν ἐςι κἀκεῖνο, Τρῶας μὲν τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαςον, Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ ςήθεσσι πάτασσεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καὶ ὁρῶντες ἔτρεμον· ὁ δ' ἐν τῷ κινδύνῳ καθεςὼς ἀνδρεῖος ὢν, μόνον ἠγωνία. ὅθεν ἄλλως μὲν ποιεῖ τὸν δόλωνα, καὶ τὸν λυκάονα φοβουμένους, ἄλλως δὲ τὸν αἴαντα καὶ τὸν μενέλαον, ἐντροπαλιζομένους, καὶ βάδην ὑποχωροῦντας, ὥςπερ ἀπωσαμένους ςαθμοῦ λέοντας. ὡσαύτως δὲ καὶ λυπουμένων διαφορὰς ἐπιδείκνυσι, καὶ ἡδομένων ὁμοίως. ὥς περ ὁ μὲν ὀδυσσεὺς, διηγούμενος ὃν τρόπον τοὺς κύκλωπας ἐξηπάτησεν, ἔφη, — ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ. οἱ δὲ μνηςῆρες, πεσόντα τὸν πτωχὸν ἰδόντες, Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον. φαίνεται δὲ ἐν κατωτέροις ἡ τοῦ μετρίου διαφορά. καὶ ὁ μὲν ὀδυσσεὺς τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐρῶν, καὶ κλαίουσαν ἐπ' αὐτῷ ὁρῶν, φέρει, Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕςασαν, ἠὲ σίδηρος. τῶν δὲ μνηςήρων τῆς αὐ-

τῆς

τῆς ἐρώντων, τῶν θεασαμένων αὐτὴν — λύτο γούνατ', ἔρῳ δ' ἄρα θυμὸν ἔθελχθεν, Πάντες δ' ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι. τοιαῦτα μέν ἐςι τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ περὶ ψυχῆς δυνάμεων, καὶ παθῶν.

Περὶ δὲ ἀγαθῶν καὶ εὐδαιμονίας πολλῶν εἰρημένων παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ μὲν τὴν ἀρετὴν τῆς ψυχῆς, μέγιςον εἶναι τῶν ἀγαθῶν, κατὰ πάντα συνέςηκεν. ἀλλ' οἱ μὲν ςωϊκοὶ τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη ἡγοῦνται πρὸς εὐδαιμονίαν, λαβόντες τὸ ἐνδόσιμον ἐκ τῶν ὁμηρικῶν τούτων, ἐν οἷς τὸν σοφώτατον καὶ φρονιμώτατον πεποίηκεν, ὑπὲρ εὐκλείας πόνου καταφρονοῦντα, καὶ ἡδονῆς ὑπερορῶντα· τὸ μὲν πρότερον, οὕτως, Ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε, καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ. Αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας, Σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, οἰκῆϊ ἐοικὼς, Ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πτόλιν. τὸ δεύτερον δὲ οὕτως, Ἦ μέν μ' αὐτόθ' ἔρυκε καλυψὼ δῖα θεάων, Ὡς δ' αὔτως κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι· Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ ςήθεσσιν ἔπειθεν. μάλιςα δὲ ἐν τούτοις τὴν τῆς ἀρετῆς δόξαν συνίςησιν, ἐν οἷς τὸν μὲν ἀχιλλέα ποιεῖ οὐ μόνον ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ κάλλιςον τὸ εἶδος, καὶ ποδωκέςατον, καὶ εὐγενέςατον, καὶ πατρίδος

corum autem, qui eandem amabant, & suspiciebant, Genua labascunt, mulcenturque cupidine cæco. Conjuge Penelope cupit atque potirier omnis. Hujusmodi quidem apud poëtam sunt de animæ viribus, & affectibus.

Cæterum quamvis multa à philosophis de bonorum finibus, & felicitate sint dicta; Tamen de hoc inter illos per omnia convenit, quod animæ virtus bonorum sit maximum. At Stoici virtutem per sese ad felicitatem sufficere putant, ansa nimirum ex Homericis illis sumpta, in quibus sapientissimum, & prudentissimum quemque, gloriæ causa laboris patientem, ac voluptatis continentem finxit. Ac de priori quidem sic, Quàm bene se gessit fortis vir, sustinuitque, Ipsum verberibus domuit, plagisque cruentis. Inque humeros vili injecta quum fortè lacerna, Urbem inimicorum ingreditur, servo assimulatus. De posteriori autem ad hunc modum, Sic itidem Circæ retinebar in ædibus altis, Conjugii tædas cuperet dum, meque maritum. Ast animum potuit nequaquam flectere nostrum. Quid autem de virtute sentiat, ex his intelligere possumus, in quibus Achillem non solum fortem facit, verumetiam pulcherrima forma, pedibus perniciosissimis, generosissimum, ex illustri patria oriun-

ἐπι-

dum, denique cui deorum maximus opem ferret: Ulyssem verò prudentem, ac animo tolerantem, at in reliquis non admodum fortunatum, propterea quod ipsius statura & vultus, reliquis dotibus non responderet, & quod haud ex illustribus parentibus, & patria obscura ortus esset, denique quod Deum post Jovem secundum, infensum haberet. Quæ tamen omnia eum nihil prohibebant, quo minus propter animi virtutem, nominis celebritatem assequeretur.

Cæterum Peripatetici animæ bonis (ut sunt prudentia, fortitudo, temperantia, justitia) primas tribuunt. Corporis autem bonis (ut est salubritas, robur, pulchritudo, celeritas) secundas. Externis autem (ut est bona existimatio, nobilitas, & opulentia) tertias. Laude namque & admiratione dignum existimant, si quis virtutis præsidio munitus, doloribus, morbis, egestati, perplexis calamitatibus, aliisque malis resistat; at nec optabile, neque beatum. Si quis autem bonis sapienter fruatur, eum revera beatum existimant. Neque enim solam virtutis possessionem, verumetiam usum, & efficaciam esse bonum quiddam. Quæ sanè & Homerus perspicuè ostendit. Subinde namque deos bonorum datores fingit, quæ & homines sibi à diis præstari (utpote ipsis haud inutilia, neque indifferentia,

ἐπιφανοῦς, καὶ ὑπὸ τοῦ μεγίστου τῶν θεῶν βοηθούμενον· τὸν δὲ ὀδυσσέα, συνετὸν μὲν καὶ καρτερὸν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ ἄλλα οὐχ ὁμοίᾳ τύχῃ κεχρημένον· ἡλικίας τε καὶ ὄψεως οὐκ ἴσης, καὶ γονέων οὐ πάντη ὀνομαστῶν, καὶ πατρίδος ἀδόξου, καὶ ἀπεχθόμενον ἑτέρῳ θεῷ· ὧν οὐδὲν ἐκώλυεν αὐτὸν εἶναι εὐκλεᾶ, τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν κεκτημένον.

Οἱ δ' ἐκ τοῦ περιπάτου πρωτεύειν μὲν τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ νομίζουσιν, οἷον φρόνησιν, ἀνδρείαν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην· δεύτερα δὲ εἶναι τὰ τοῦ σώματος, οἷον, ὑγίειαν, ἰσχὺν, κάλλος, τάχος· τρίτα δὲ, τὰ ἐκτὸς, οἷον εὐδοξίαν, εὐγένειαν, πλοῦτον. ἐπαινετὸν μὲν γὰρ εἶναι καὶ θαυμαστὸν τὸ ἐν ἀλγηδόσι, καὶ νόσῳ, καὶ ἀπορίᾳ, καὶ συμφοραῖς ἀβουλήτοις, χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ τῆς ψυχῆς ἀντεχούσης τοῖς κακοῖς, οὐ μέντοι αἱρετὸν, οὐδὲ μακάριον. τὸ δ' ἐν ἀγαθοῖς νοῦν ἔχειν, τῷ ὄντι εὐδαιμον. οὐδὲ γὰρ τὴν κτῆσιν μόνην τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν εἶναι καλόν. ταῦτα δὴ καὶ ὅμηρος δείκνυσιν ἄντικρυς. τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς ἀεὶ ποιεῖ δοτῆρας ἐάων, τουτέσι τῶν ἀγαθῶν, ἃ καὶ εὔχονται οἱ ἄνθρωποι παρέχειν αὐτοῖς τοὺς θεούς· οὐκ ἀνωφελῆ δηλονότι ὄντα αὐτοῖς, οὐδὲ ἀδιά-

φορὰ, ἀλλὰ πρὸς εὐδαιμονίαν χρήσιμα.

Τίνα οὖν ἐςὶ τὰ ἀγαθὰ ὧν ἐφίενται οἱ ἄνθρωποι, καὶ δι᾽ ἃ μακαρίζονται, ἐν πολλοῖς διασαφεῖ, ἅμα μὲν πάντα ἐπὶ τοῦ ἑρμοῦ, — οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸς, Πέπνυσαι δὲ νόῳ, μακάρων δ᾽ ἔξεσσι τοκήων. μαρτυρεῖ γὰρ αὐτῷ κάλλος σώματος, καὶ φρόνησιν, καὶ εὐγένειαν. τὰ δὲ κατὰ μέρος, Τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν Ὤπασσαν, καὶ θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων. δῶρον γάρ ἐςι καὶ τοῦτο τοῦ θεοῦ. Ζεὺς δ᾽ αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι.

Ποτὲ δὲ καὶ τὴν τιμὴν ἡγεῖται καλὸν, Τιοίμην δ᾽ ὡς τίετ᾽ ἀθηναίη καὶ ἀπόλλων. πῶς δὲ τὴν εὐπαιδίαν, Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι. πῶς δὲ τὴν τῶν οἰκείων ἀπόλαυσιν, Πέμπετέ με σπείσαντες ἀπήμονα· χαίρετε δ᾽ αὐτοί. Ἤδη γὰρ τετέλεσαι ἅ μοι φίλος ἤθελε θυμὸς, Πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, τά μοι θεοὶ οὐρανίωνες Ὄλβια ποιήσειαν· ἀμύμονα δ᾽ οἴκοι ἄκοιτιν Νοςήσας εὕροιμι σὺν αρτεμέεσσι φίλοισιν. Ὑμεῖς δ᾽ αὖθι μένοντες εὐφραίνοιτε γυναῖκας Κουριδίας καὶ τέκνα· θεοὶ δ᾽ ἀρετὴν ὀπάσειαν Παντοίην, καὶ μή τι κακὸν μεταδήμιον εἴη.

Ὅτι δὲ ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συγ-

sed ad felicitatem utilia) exoptant.

Quænam ergò bona ab hominibus expetantur, & ob quæ beati vocentur, in multis declarat; ac in Mercurio quidem simul universa fuisse, Corporis admiranda tua est species, sapis atque Mente simul, satus es majorum stemmate claro. Testimonium namque ei de corporis pulchritudine, prudentia, & generositate perhibet. Singulatim verò ea memorat, Huic superi formam dederant, & fortis ut esset. Et, Magnificas & opes dederat Saturnius almus. Donum enim & hoc dei est, Jupiter ast ipsus tribuit mortalibus illud.

Nonnunquam verò & honorem inter bona recenset, O utinam colerer, colitur ceu Pallas, Apollo. Nonnunquam vero prolis felicitatem, Estque bonum pueros moriendo relinquere justos. Aliquando autem, si quis familiaribus suis fruatur, Vos libate diis, genio indulgete frequenter, Hospitem abire sinatis, ob id quod cuncta supersunt Quæ mens nostra cupit, deductio, charaque dona, Quæ mihi fortunent superi precor, obsecro cuncti. Utque domi inveniam salvos cum conjuge amicos. Vos itidem teneras uxores, atque puellos Delectate domi, precor autem dii superi ut dent Vobis cuncta bona, ut mala nec vos publica vexent.

Quod vero in bonorum com-

paratione, vires divitiis præstent, in his declarat, Dives erat, sed enim bellator ceu timibunda Virgo fuit, stultè his fidens, quæ causa necis sunt. Et, Gaudia nulla ferunt mi quamvis prædia lata. Denique quod prudentia, egregiæ formæ antecellat, Inferior forma est alius vir, sed Deus istam Eloquio suavi decorat.

Ex prædictis ergo apparet, quod Homerus & corporis & fortunæ dotes, inter bona recenset. Quod autem absque his virtus ipsa per se ad felicitatem non sufficiat, in illis declarat, in quibus duos viros ad virtutis summum contendentes ponens, Nestorem & Ulyssem, ab aliis quidem hominibus differentes finxit, inter sese autem (quantum ad prudentiam, fortitudinem, & dicendi facultatem attinet) similes, in fortunæ autem dotibus non itidem, propterea quod dii Nestorem abunde felicem reddiderant, sive dum nasceretur, sive in conjugio versaretur, quodque illi dederant summa cum opulentia magnificis in ædibus senescere, denique, Quod juvenes illi sapidos, belloque feroces. Ulyssem vero (quanquam consultus, solers, ac prudens esset) infelicem sæpenumero appellat. Et hoc ideo, quod ille celeri & tuta navigatione, hic verò diuturnis erroribus, laboribus, & periculis innumeris exantlatis, in patriam redierit. Adeò optabile

χρήσει, τοῦ πλούτου κρεῖσσόν ἐστιν αὐτὸ τὸ δύνασθαι, δηλοῖ διὰ τούτων, Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων, πόλεμονδ' ἴεν ἠΰτε κούρη, Νήπιος, οὐδέ τι οἱ τόδ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. καὶ, Ὥς οὔ τοι χαίρων, τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω. καὶ ὅτι τὸ φρονεῖν, τοῦ καλοῦ εἴδους ἄμεινον. Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ· Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει.

Δῆλον μὲν οὖν ὅτι καὶ τὰ περὶ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς εὐτυχούμενα, ἀγαθὸν νομίζει· ὅτι δὲ ἄνευ τούτων οὐκ ἔστιν αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ μόνη πρὸς εὐδαιμονίαν, ἐν ἐκείνοις παρίστησι· δύο γὰρ ἄνδρας εἰς τέλος ἀρετῆς ἥκοντας ὑποθέμενος, τὸν νέστορα καὶ τὸν ὀδυσσέα, καὶ τῶν μὲν ἄλλων διαφέροντας, ἀλλήλοις δὲ ὁμοίους φρονήσει καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ λόγων δυνάμει, οὐκέτι ὁμοίους ἐν ταῖς τύχαις πεποίηκεν, ἀλλὰ τῷ μὲν νέστορι τοὺς θεοὺς ὄλβον ἐπικλῶσαι, γαμέοντί τε, γεινομένῳ τε· αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηρασκέμεν ἐν μεγάροισιν, υἱέας αὖ πινυτούς τε καὶ ἔγχεσιν εἶναι ἀρίστους. τὸν δὲ ὀδυσσέα, καίπερ πολύμητιν ὄντα, καὶ ἀγχίνοον, καὶ ἐχέφρονα, ἀποκαλεῖ δύστηνον πολλάκις. καὶ γὰρ τὸν μὲν, ἐς τὴν ἀνακομιδὴν πλεῦσαι ταχέως καὶ ἀσφαλῶς· τὸν δὲ πλανηθῆναι χρόνῳ πολλῷ, καὶ πόνους, καὶ κινδύνους ὑπομένειν ἀεὶ μυρίους. οὕτως αἱρετὸν καὶ μα-

χάριέν ἐστιν, ὅταν τῇ ἀρετῇ συναιρομένη, καὶ μὴ ἀντιπράττουσα ἡ τύχη παρῇ.

ac beatum est, si quando fortuna virtuti auxilio, non obstaculo fuerit.

Πῶς δὲ ἡ κτῆσις τῆς ἀρετῆς οὐδέν ἐστ' ὄφελος ἂν μὴ καὶ ἐνεργῇ, φανερὸν ἐκ τούτων, ὅπου ὁ μὲν πάτροκλος ἐπιπλήσσων τῷ ἀχιλλεῖ, λέγει, Αἰναρέτη, τίς σευ ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ, Αἴκε μὴ ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς. οὕτω γὰρ προσεῖπε τὸν τῇ ἀπραξίᾳ ἀνωφελῆ ποιοῦντα τὴν ἀρετήν. ὁ δὲ ἀχιλλεὺς, τὴν ἀπραξίαν· ταύτην ὀδυρόμενος, φησὶν, Ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, Τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων. ἄχθεται γὰρ ὅτι τὴν ἀρετὴν κεκτημένος, οὐ κέχρηται αὐτῇ, ἀλλὰ μηνίων τοῖς ἀχαιοῖς, Οὔτέ ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν, Οὔτέ ποτ' ἐς πόλεμόν γ', ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ, Αὖθι μένων· ποθέεσκε δ' αὐτήν τε πτόλεμόν τε. καὶ γὰρ οὕτως ὁ Φοῖνιξ ἐπαίδευε, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων· ὅθεν καὶ τεθνεὼς ἄχθεται τῇ ἀπραξίᾳ, λέγων, Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. καὶ ἐπιφέρει τὴν αἰτίαν, Οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγὸς ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, Τοῖος ἐὼν οἷος ποτ' ἐνὶ τροίῃ εὐρείῃ.

Cæterum quo pacto virtutis possessio nihil prosit, nisi & agendo efficax sit, ex his patet, in quibus Patroclus Achillem objurgando, ait, eum virtute sua aliis perniciem accersere, Quem fructum ex virtute tua cœpisse minores Dicent, quum Danais non tanta pericula pulses? Sic enim eum alloquitur, qui virtutem inertia sua inutilem reddebat. Ipse quoque Achilles hanc inertiam deplorans ait, Sed sedeo ad naves, telluris inutile pondus, Militibus præstem Danais quanquam, ducibusque. Dolet enim quod virtute præditus, ea non esset usus, sed Græcis indignando, Concilium clarum nunquam decoraret Achivûm, Atque manens inibi, cor dilectum maceraret, Prælia iniqua precans Danais, sævumque tumultum. Phœnix namque ad hunc modum illum erudierat, Ut bene dicendi gnarus fieret, bene agendi. Unde & vita functus inertia illa offenditur, dicens, Maluerim quamvis nihili servire colono, Cui tenuis victus, quàm manibus hisce præesse. Et causam subjungit, Sole carens etenim nunc, non sum talis, ut olim, Mœnia dum Phœbi vastaret Achiva juventus.

Ἔτι

Præterea Stoici dicentes, bonos viros diis amicos esse, ab Homero id mutuati sunt, qui super Amphiarao inquit, Jupiter ex animo hunc dilexit, Apolloque Phœbus. Et de Ulysse, Gaudebatque Minerva viro justo, sapienti. Est autem eorundem philosophorum & hoc placitum, virtutem esse docibilem, quippe quæ pro initio generositatem habeat (quod & Homerus sensit, dum inquit, Est talis genitor tibi, nam prudentia dicis) & per disciplinas ad summum deducatur.

Ἔτι τοίνυν οἱ ςωϊκοὶ φίλους θεῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀποφαίνοντες, παρ᾽ ὁμήρου καὶ τοῦτο ἔλαβον, λέγοντος ἐπὶ τοῦ ἀμφιαράου, Ὃν περὶ κῆρι φίλει ζεὺς αἰγίοχος καὶ ἀπόλλων. καὶ ἐπὶ τοῦ ὀδυσσέως, Χαῖρε δ᾽ ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ. ἔςι δὲ τῶν αὐτῶν φιλοσόφων δόγμα, καὶ τὸ διδακτὴν εἶναι τὴν ἀρετὴν, ἔχουσαν μὲν ἀρχὴν τὴν εὐγένειαν· (ὃ καὶ ὅμηρός φησι, Τοίου γὰρ καὶ πατρὸς, ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις) ὑπὸ δὲ παιδείας εἰς τὸ τέλειον προαγομένην.

Recta namque vita virtutis scientia est, hoc est, ea facere quæ rectè victuros decent. Hæc igitur apud Homerum quoque sunt; dicit enim, Dum puer ignarus linguæ, bellique cruenti. Et in aliis, Non animus jussit, quia fortis, strenuus atque. Et Phœnix de Achille inquit, Idcirco præmissus eram, hæc ut cuncta docerem, Ut bene dicendi gnarus fieres, bene agendi. Nam quum vita & ex dictis, & factis constet, ideo se præceptorem adolescentis in illis fuisse ait. Atque ita ex jam dictis nimirum patet, quod quamlibet virtutem doceri posse ostendat. Ad hunc igitur modum Homerus cum in moralibus, tum naturalibus, philosophatur.

Ἔςι γὰρ ἀρετῆς ἐπιςήμη τὸ ὀρθῶς βιοῦν· τουτέςιν, ὧν τοὺς εὖ βιωσομένους πράσσειν προσήκει. καὶ ταῦτα οὖν ἐςι παρ᾽ ὁμήρῳ. λέγει γὰρ, Νήπιον, οὔπω εἰδόθ᾽ ὁμοιΐου πολέμοιο, Οὐδ᾽ ἀγορέων. καὶ ἐν ἄλλοις, Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλός· καὶ ὁ φοῖνιξ φησὶν ἐπὶ τοῦ ἀχιλλέως, Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα, Μύθων τε ῥητῆρ᾽ ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. ἐπεὶ γὰρ ὁ βίος ἐκ πράξεων καὶ λόγων συνέςηκε, τούτων φησὶ διδάσκαλον ἑαυτὸν τοῦ νεανίσκου γεγονέναι. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων δῆλον ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν ἀποφαίνει διδακτήν. οὕτω μὲν οὖν πρῶτος ὅμηρος ἔν τε ἠθικοῖς καὶ φυσικοῖς φιλοσοφεῖ.

Cæterum eidem contempla-

Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς θεωρίας

καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ μουσικὴ, ἃς καὶ πυθαγόρας διαφερόντως ἐτίμησεν. ἴδωμεν οὖν εἰ καὶ τούτων ἐςὶ παρὰ τῷ ποιητῇ λόγος. ἀλλὰ μὴν πλεῖςος· ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν παρατεθέντα ἐξαρκέσει. ὁ γὰρ πυθαγόρας τοὺς ἀριθμοὺς μεγίςην δύναμιν ἔχειν ἡγούμενος, καὶ πάντα εἰς ἀριθμοὺς ἀναφέρων, τῶν τε ἄςρων τὰς περιόδους, καὶ τῶν ζώων τὰς γενέσεις, δύο τὰς ἀνωτάτω ἀρχὰς ἐλάμβανε, τὴν μὲν ὡρισμένην, μονάδα, τὴν δὲ ἀόριςον, δυάδα καλῶν· τὴν μὲν, ἀγαθῶν, τὴν δὲ, κακῶν οὖσαν ἀρχήν. ἡ μὲν γὰρ τῆς μονάδος φύσις ἐγγενομένη, τῷ μὲν περιέχοντι εὐκρασίαν, ψυχαῖς δὲ ἀρετὴν, σώματι δὲ ὑγείαν, πόλεσι δὲ καὶ οἴκοις, εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν παρέσχε. πᾶν γὰρ ἀγαθὸν, συμφωνίας οἰκεῖόν ἐςιν. ἡ δὲ τῆς δυάδος, πᾶν τοὐναντίον, ἀέρι χειμῶνα, ψυχαῖς κακίαν, σώμασι νόσους, πόλεσι δὲ καὶ οἰκίαις ςάσεις καὶ ἔχθρας ἐγέννησε. πᾶν γὰρ κακὸν ἐκ διαςάσεως καὶ διαφορᾶς γίνεται. ὅθεν καὶ τῶν ἐφεξῆς ἀριθμῶν τὸν μὲν ἄρτιον, ἐνδεᾶ καὶ ἀτελῆ· τὸν δὲ περισσὸν, πλήρη τε καὶ τέλειον ἀπέφηνεν, ὅτι μιγνύμενός τε πρὸς τὸν ἄρτιον, ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν διασώζει, τοῦ περισσοῦ καὶ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦντος. ἑαυτῷ τε συντιθέμενος γεν-

tioni proximæ ſunt Arithmetica & Muſica, quas & Pythagoras præ aliis coluit. Videamus ergò num & harum mentio apud poëtam ſit; imò vero plurima eſt. Pauca autem ex multis exemplis adducta ſufficient. Quum itaque Pythagoras exiſtimaret, numeros maximam vim obtinere, omniaque ad numeros referret, cum ſiderum meatus, tum animantium generationes; duo ſuprema principia ponebat, unum finitum, quod unitatem, alterum infinitum, quod dualitatem appellabat, ita ut illa bonorum, hæc autem malorum initium eſſet. Unitatis enim natura cœlo (quod omnia complectitur) inſita, temperiem, animis virtutem, corpori ſanitatem, urbibus & ædibus pacem & concordiam ſuppeditat. Quicquid enim bonum eſt, cum concordia familiaritatem habet. Dualitatis omnia contraria ſunt. Aëri namque tempeſtatem, animabus vitioſitatem, corporibus morbos, urbibus & domibus ſeditiones ac inimicitias procreat. Omne namque malum ex diſcordia & diſſidio naſcitur. Unde & quemvis parium numerorum inopem ac imperfectum, imparem verò & plenum & abſolutum demonſtrat, propterea quod dum pari miſcetur, ſubindè vim ſuam obtinet. Neque in hac ſolum parte ſuperior eſt impar, verumetiam ſibi additus, parem nu-

νᾷ τὸν

merum generat. Fœcundus namque eſt, originis ſuæ vim retinet, ac diviſionem non recipit, unitate ſemper in ipſo excellente. Par autem ſibi additus, imparem nec producit, nec indiviſibilis eſt. Ergo & Homerus unitatis naturam in boni conditione, ac dualitatis in mali, ponere videtur, quando ſæpe bonum virum *ἐνηέα*, *manſuetum*, & manſuetudinem ita ab unitate appellat, afflictionem verò à dualitate, cum inquit, Convenit haud multos regnare, ſed unus erit rex. Et, Bifariam bello, nec pace loquantur Achivi, Una ſed his ſit mens, ac conſultent ſapienter. Subinde autem impari numero, tanquam præſtantiore utitur. Etenim totum mundum quinque partibus conſtare fingens, tres harum in medio exiſtentes dividit, Tripliciter ſunt ſecta, data & ſua portio cuique. Eam ob cauſam Ariſtoteles quinque elementa poſuit, utpote impari ac perfecto numero ubique dominante. Præterea & Diis cœleſtibus imparia diſtribuit. Neſtor enim Neptuno novies novem tauros ſacrificat. Et Tireſias Ulyſſem immolare jubet arietem, porcorum cuſtodem. At Achilles in Patrocli exequiis non niſi paria immolabat, nempe quatuor equos, duodecim ſtrenuos magnanimorum Trojanorum filios, ac novem ca-

νᾷ τὸν ἄρτιον. γόνιμος γάρ ἐςι, καὶ ἔχει δύναμιν ἀρχῆς, καὶ διαίρεσιν ὀυκ ἐπιδέχεται, ἀεὶ τῆς μονάδος ἐν αὐτῷ περιούσης. ὁ δὲ ἄρτιος οὔτε γεννᾷ ποτε τὸν περισσὸν, συντιθέμενος ἑαυτῷ, οὔτέ ἐςιν ἀδιαίρετος. καὶ ὅμηρος τοίνυν τήν τε τοῦ ἑνὸς φύσιν ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ, καὶ τὴν τῆς δυάδος ἐν τῇ τοῦ κακοῦ τιθεὶς φαίνεται πολλάκις, ἐνηέα τὸν ἀγαθὸν λέγων πολλάκις, καὶ ἐνηείην τὴν τοιαύτην διάθεσιν· δύην δὲ, τὴν κάκωσιν. καὶ ὅτι, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔςω. καὶ, Μήτε ἐν πολέμοις δίχα βάζειν, μηδ' ἐνὶ βουλῇ. Ἀλλ' ἕνα ἔχοντες νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν. ἀεὶ δὲ τῷ περισσῷ ἀριθμῷ χρῆται ὡς κρείσσονι. καὶ γὰρ τὸν σύμπαντα κόσμον πέντε μοίρας ἔχοντα ποιῶν, τὰς τρεῖς τούτων οὔσας μέσας διαιρεῖ, Τριχθὰ δὲ πάντα δέδαςαι, ἕκαςος δ' ἔμμορε τιμῆς. διὸ καὶ ἀριςοτέλης, πέντε εἶναι τὰ ςοιχεῖα ἐνόμισεν, ὡς τοῦ περισσοῦ καὶ τελείου ἐν παντὶ τὸ κράτος ἔχοντος. καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις δαίμοσι τὰ περισσὰ ἀπονέμει. Ὅ,τε γὰρ νέςωρ ποσειδῶνι θύει ἐννεάκις ἐννέα ταύρους. καὶ τὸν ὀδυσσέα θύειν κελεύει ὁ τειρεσίας Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον. ὁ δὲ ἀχιλλεὺς τῷ πατρόκλῳ ἐναγίζει πάντα ἄρτια, ἵππους μὲν τέσσαρας, δώδεκα δὲ τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλούς· καὶ ἐννέα κυ-

νῶν ὄντων, τοὺς δύο ἐμβάλλει τῇ πυρᾷ, ἵνα τοὺς ἑπτὰ ἑαυτῷ ἀπολίπηται. καὶ ἐν πολλοῖς, τῷ τῶν τριῶν, καὶ πέντε, καὶ ἑπτὰ ἀριθμῷ χρῆται. μάλιστα δὲ τῷ τῶν ἐννέα, Ὣς νείκεσσ' ὁ γέρων· τοὶ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν. καὶ, Ἐννέωροι γάρ τοί γε, καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν Εὖρος· ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι. καὶ, Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο. καὶ, Ἐννῆμαρ ξείνισσε, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσε. τί δή ποτ' οὖν ἐστιν ὁ τῶν ἐννέα ἀριθμὸς τελειότατος; ὅτι ἐστιν ἀπὸ τοῦ πρώτου περισσοῦ τετράγωνος, καὶ περισσάκις περισσὸς, εἰς τρεῖς διαιρούμενος τριάδας· ὧν ἑκάστη πάλιν εἰς τρεῖς μονάδας διαιρεῖται.

nes, quorum duos in pyram injicit, ut septem sibi relinqueret. Ad hæc in multis ternario, quinario, & septenario utitur, præcipue autem novenario, Sic jurgans senior, surguntque viri inde noveni. Et, Novenales enim hi. Et, Novem cubitorum latitudo erat, longitudoque novem ulnarum. Et, Perque novem soles grassatur pestis iniqua. Et, Novem diebus hospitaliter tractavit, novemque boves sacrificavit. Cur nam igitur novenarius numerus perfectissimus est? quia à primo impari quadratus est, & impariter impar, dum in tres terniones dividitur, quorum singuli rursus in tres unitates secantur.

Οὐ μόνον δὲ τὴν δύναμιν τῶν ἀριθμῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν λογιστικὴν μέθοδον ὑπέδειξεν, ἐν μὲν τῷ καταλόγῳ ποιήσας, Τῶν μὲν πεντήκοντα νέες κίον· ἐν δὲ ἑκάστῃ Κοῦροι Βοιωτῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι βαῖνον. καὶ πάλιν, Πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες. ἐξ ὧν λογίζεσθαι πάρεστιν, ὅτι τῶν νεῶν πασῶν οὐσῶν ἐγγὺς χιλίων διακοσίων, καὶ ἐχουσῶν ἐξ ἑκατὸν ἀνδρῶν, ὁ σύμπας ἀριθμὸς, δώδεκά που μυριάδων γίνεται· πάλιν δὲ ἐπὶ τῶν τρώων φήσας, Χίλι' ἄρ' ἐν πεδίῳ πυρὰ καίετο· πὰρ δὲ ἑκάστῳ Εἵατο πεντήκοντα, παρέχει λογίζεσθαι, ὅτι ἦσαν πεντα-

Non solum autem numerorum vim, sed & compendiariam computandi viam demonstravit. Ut quum in navium catalogo inquit, Harum quidem urbium quinquaginta naves ibant, in quarum singulis, singuli centeni & vigeni Bœotii erant. Et rursus, quinquaginta erant viri. Unde ratiocinandi occasionem præbet, quod cum omnes naves fermè mille ducentæ forent, ac centeni singuli singulis præessent, universus numerus centum viginti millium surgat. Rursus autem dum de Trojanis locutus, inquit, Mille autem pyræ in campo ardebant, ac juxta singulas quinquageni erant viri, calculandi occasionem dat,

quod quinquies decem millia absque sociis fuerint.

κις μύριοι, ἄνευ τῶν συμμάχων.

Cæterum Musicam animæ familiarissimam (eo quod harmonia ex diversis initiis temperata est) & quod cantibus ac rhythmis animos ipsorum dissolutos intenderet, eorundemque vehementiam remitteret, Pythagorici studiosè coluerunt, ac Homerus ante ipsos. Laudibus namque eam (ubi de Sirenibus agit) prosequitur, quibus & hoc epilogi vice addit, Delectatus abit, multa atque celebria noscens. Alibi vero in conviviis citharam recipit, ut apud Procos, Nam superi cœnis citharam fecere sodalem. Et apud Alcinoum citharœdus egregium carmen meditabatur. Præterea in nuptiis tibiæ, citharæque sonabant. Ac inter vindemiæ operas puer sonora cithara, jucundum quiddam citharizabat, & ad chordam suaviter succinebat. Insuper in bello, tibiarum, fistularumque sonum audiri narrat. Nihilo tamen secius & ad luctus Musicam recipit, ubi lamentationum præludentes cantores fingit, utpote quod modorum facilitate, animi difficultatem provocet.

Τὴν δὲ μουσικὴν, οἰκειοτάτην οὖσαν τῇ ψυχῇ, καθότι ἐστὶν ἁρμονία κεκραμένη ἐκ διαφόρων ἀρχῶν, καὶ τοῖς μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς, τό, τε ἐκλελυμένον αὐτῆς ἐπιτείνουσαν, καὶ τὸ σφοδρὸν ἀνιεῖσαν, οἵ τε πυθαγορικοὶ διὰ σπουδῆς εἶχον, καὶ πρὸ αὐτῶν ὅμηρος. καὶ ἐγκώμιον μὲν αὐτῆς ἐπὶ τῶν σειρήνων διεξέρχεται, ὧν καὶ ἐπιλέγει, Ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδώς. ἄλλοτε δ' ἐν ταῖς εὐωχίαις τὴν κιθάραν παραλαμβάνει, ὡς καὶ παρὰ τοῖς μνηστῆρσι Φόρμιγξ, — ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην. καὶ παρ' ἀλκινόῳ ὁ κιθαρῳδὸς — ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. καὶ ἐν γάμοις, Αὐλοὶ, φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον. καὶ ἐν ἔργοις, ὅπου τρυγωμένης ὀπώρας — παῖς φόρμιγγι λιγείῃ ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν Λεπταλέῃ φωνῇ. καὶ ἐν πολέμῳ, αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ἀκούεσθαι λέγει. οὐδὲν δὲ ἧσσον καὶ εἰς πένθη παραλαμβάνει τὴν μουσικὴν, θρήνων ἐξάρχους ἀοιδοὺς ποιῶν, ὡς τῇ λειότητι τῶν μελῶν τὴν τραχύτητα τῆς ψυχῆς καταγγέλλοντα.

Porrò nec obscurum quod duplex melodia est, una quidem in voce, altera verò in instrumentis consistens, quæ partim inflantur, partim inten-

Οὐκ ἄδηλον δὲ ὅτι διττή ἐστιν ἡ μελῳδία· ἡ μὲν, ἐν τῇ φωνῇ, ἡ δὲ, ἐν ὀργάνοις, τοῖς τε ἐμπνευστοῖς, τοῖς τε ἐντατοῖς. τῶν δὲ ἐν

αὐτῇ φθόγγων, ὁ μὲν, ἐςὶ βαρὺς, ὁ δὲ, ὀξύς. καὶ τούτων δὲ τὰς διαφορὰς ὅμηρος ἔγνω, ὃς γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας, καὶ γέροντας, ὀξυφώνους ποιεῖ, διὰ τὸ λεπτὸν τοῦ πνεύματος· τοὺς δὲ ἄνδρας, βαρυφώνους, ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις, Τῷ δὲ βαρυςενάχοντι παρίςατο πότνια μήτηρ· Ὀξὺ δὲ κωκύσασα, κάρη λάβε παιδὸς ἑοῖο. καὶ πάλιν, Ὣς ὁ βαρυςενάχων ἐπ' ἀργείοισι μετηύδα. οἱ δὲ γέροντες, τέττιξιν ἐοικότες, ζώοις ὀξυφώνοις ἰσάζονται. καὶ ἐν τοῖς ὀργάνοις δὲ αἱ χορδαὶ ὅσαι λεπταί εἰσι, καὶ συντόνως κινούμεναι, ῥαδίως τέμνουσι τὸν ἀέρα, ὅθεν τὸν ὀξὺν φθόγγον ἀποτελοῦσιν. αἱ δὲ παχεῖαι, βραδεῖαν ἔχουσαι τὴν κίνησιν, ἠχοῦσι βαρύν. καθ' ὃν λόγον καὶ ὅμηρος τὴν μάςιγα, λιγυρὴν προσηγόρευσεν, ἐπεὶ λεπτὴ οὖσα ὀξὺν ἦχον ἀποδίδωσι, ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς παρ' ὁμήρῳ μουσικῆς.

Ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις καὶ πυθαγόρου ἐμνημονεύσαμεν, ᾧ μάλιςα ἤρεσκεν ἡ ἐχεμυθία, καὶ τὸ σιγᾷν ἃ μὴ χρὴ λέγειν, θεασώμεθα εἰ καὶ ὅμηρος ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην. ἐπί τε γὰρ τῶν παροινούντων ἔφη, Καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον. καὶ τῷ θερσίτῃ ἐπιπλήττει, Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητὴς, Ἴσχεο. καὶ τοῦ ἰδομενέως καθαπτόμενος ὁ αἴας, λέγει,

duntur. Sonorum autem in ea, unus gravis, alter acutus est, Quorum differentias & Homerus calluit, dum mulieres, pueros, & senes, acuta voce, propter spiritus tenuitatem, fingit, viros autem gravi voce cum in aliis, tum in his, Astitit afflicto graviter, genitrix veneranda, Filioloque caput prendens, ululabat acute. Et rursus, Sicque gemens graviter, cunctos affatur Achivos. Senes autem cicádis similes, animantibus acuta voce prædi-tis comparantur. Cæterùm quæcunque chordæ in instrumentis tenues sunt, & celeriter moventur, aerem facilius secant, unde & acutum sonum efficiunt. Crassæ verò lentum habentes motum, gravius sonant, Quamobrem etiam Homerus flagellum acutum appellavit, quod tenue existens acutum ederet sonum. Hactenus de Musica Homeri.

Porrò quum in his & Pythagoræ mentionem fecerimus (cui taciturnitas, & ea silere, quæ dicere nefas est, maximè placuit) videamus num & Homerus ita senserit. Nam de vinolentis ait, Sermo quis excidit? hunc etenim tacuisse juvaret. Et Thersitam objurgat Ulysses, Contineas linguam, quamvis videare disertus Orator, sine judicio quum cuncta loquaris. Et Ajax Idomeneum taxando dicit, Subinde proca-

— Ἀλλ'

citer loqueris, neque procacem concionatorem te esse convenit. Ad hæc inter exercitus pugnam indipiscentes, Troes clangore ac clamore avium instar ibant. Achivi verò cum silentio, animi robur spirantes. Clamor autem Barbarorum silentium autem Græcorum est. Quapropter & prudentissimos quosque lingua continentissima finxit, ut dum Ulysses filium adhortatur, Si meus es verè, peperitque mihi tua mater, Nesciat hocce pater Laërtes, atque subulcus. Ac reliqui vernæ, nec conjunx Penelopéa. Et dum rursus eum admonet, Sile, atque in animo tuo contine, nec quære. Atque hujusmodi quidem placita illustrium philosophorum sunt, quæ ab Homero originem habent.

Sin verò etiam horum meminisse oportet, qui proprias quasdam sectas sibi elegerunt, invenerimus & illos occasionem ab Homero accepisse. Democritum quidem, qui idóla rerum principia fecit, ex illis; Æneæ at vacuum posuit Phœbus simulacrum. Alios verò errantes, quos, non quod morem probaret, sed quod præsenti tempori se accommodaret, inducit. Dum enim Ulysses apud Alcinoum, voluptate ac deliciis diffluentem, detineretur, in illius gratiam disserens ait, Gratius esse nihil duco, quàm cunctus abundè

— Ἀλλ' αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι. οὐδέ τι σε χρὴ Λαβραγόρην ἔμεναι. καὶ τῶν στρατευμάτων εἰς μάχην συνιόντων, Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς· Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοί. βαρβαρικὸν γὰρ ἡ κραυγὴ, ἑλληνικὸν δὲ ἡ σιωπή. διὸ καὶ τοὺς φρονιμωτάτους, ἐγκρατεστάτους γλώσσης πεποίηκε· καὶ τὸν ὀδυσσέα τῷ υἱῷ διακελευόμενον, Εἰ ἐτέον γ' ἐμός ἐσσὶ, ἐμοὶ δέ σε γείνατο μήτηρ, Μήτέ τι λαέρτης ἴστω τόδε, μήτε συβώτης, Μήτέ τις οἰκείων, μήτ' αὐτὴ πηνελόπεια. καὶ πάλιν αὐτῷ παραινεῖ, Σίγα καὶ κατὰ σὸν νόον ἴσχανε, μήδ' ἐρέεινε. τοιαῦτα μὲν δὴ τῶν ἐνδόξων φιλοσόφων τὰ ἐξ ὁμήρου τὴν ἀρχὴν ἔχει δόγματα.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ τῶν ἰδίας τινὰς αἱρέσεις ἑλομένων μνημονεῦσαι, εὕροιμεν ἂν κἀκείνους παρ' ὁμήρου τὰς ἀφορμὰς λαβόντας. Δημόκριτον μὲν, τὰ εἴδωλα ποιήσαντα ἐξ ἐκείνων, Αὐτὰρ ὁ εἴδωλον τεῦξ' ἀργυρότοξος ἀπόλλων. ἄλλους δὲ πλανηθέντας, οἷς ἐκεῖνος οὐχ ἑπόμενος, ἀλλὰ πρὸς τὸν παραπίπτοντα καιρὸν ἁρμοζόμενος, περιέθηκεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ ὀδυσσεὺς παρ' ἀλκινόῳ κατεχόμενος ἡδυπαθείᾳ, καὶ τρυφῇ κεχρημένῳ, πρὸς χάριν αὐτῷ διαλεγόμενος ἔφη. Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,

Ἢ ὅταν

Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα, Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ, Ἥμενοι ἑξείης· παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι Σίτου καὶ κρειῶν. μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι. Τοῦτό τι μοὶ κάλλιςον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι. τούτοις παραχθεὶς καὶ ἐπίκουρος, τὴν ἡδονὴν τέλος εὐδαιμονίας ἐνόμισε. καὶ ἐπεὶ αὐτὸς οὗτος ὁ ὀδυσσεὺς ποτὲ μὲν οὔλῃ καὶ ἁπαλῇ χλανίδι ἠμπίσχετο, ποτὲ δὲ ῥακίοις, καὶ πήραις, καὶ νῦν μὲν τῇ καλυψοῖ συνανεπαύετο, νῦν δὲ ὑπὸ ἴρου, καὶ μελανθίου περιυβρίζετο, ταύτην εἰκόνα τοῦ βίου παραλαβὼν ἀρίςιππος, καὶ πενίᾳ, καὶ πόνοις συνηνέχθη ἐῤῥωμένως, καὶ ἡδονῇ ἀφειδῶς ἐχρήσατο.

Dum populus lætatur, in ædibus atque canorus Auditur fidicen, mensæ dapibusque struuntur, Vinaque dum pateris fundit pincerna fidelis, Hoc mihi nec quicquam melius potiusque videtur. His & Epicurus adductus est, ut summum bonum in voluptate poneret. Ad hæc ille ipse Ulysses nonnunquam pretiosa & tenera veste induebatur, nonnunquam verò pannis & pera. Et nunc apud Calypsonem ocium agebat, nunc ab Iro & Melanthio contumeliis afficiebatur. Hac vitæ imagine assumpta, Aristippus non solum cum paupertate & laboribus valide conflictatus est, sed etiam voluptatibus affatim studuit.

Τῆς δὲ ὁμήρου σοφίας κἀκεῖνα καταμαθεῖν ἐςι δείγματα, ὅτι καλὰ, καὶ πολλὰ σοφῶν ἀνδρῶν ἀποφθέγματα προανεφώνησεν. οἷον τὸ, ἕπου θεῷ. Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. καὶ, μηδὲν ἄγαν. Καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσῶ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν, Ἔξοχα δὲ ἐχθαίρῃσιν. ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα. καὶ, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι. καὶ τὸ τοῦ πυθαγόρου πρὸς τὸν πυθόμενον, τίς ἐςι φίλος, ῥηθὲν, Ἄλλος ἐγὼ, Ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ.

Cæterum has quoque sapientiæ Homericæ notas deprehendere licet, quod multa & egregia sapientum virorum apophthegmata primus enunciavit, ut, Sectabere numen; Dii veros soliti sunt exaudire clientes. Et, Ne quid nimis. Et, Alium quidem odi, qui vel nimium amaverit, vel oderit. Et, Meliora autem sunt mediocria cuncta. Et, Sponsioni noxa adest. Pro misero miserum est quicquam spondere sodali. Denique illud Pythagoræ ad eum, qui interrogabat, quis est amicus? Alter ego; perinde ut meum caput.

Ἔςι

Ad eandem apophthegmatum ſpeciem & gnome (quæ ſic vocatur) pertinet. Eſtque univerſalis & ſuccincta de rebus humanæ vitæ enunciatio. Porrò quum poëtæ, philoſophi, & oratores omnes iſta ſint uſi, atque in edendis quibuſdam ſententioſis ſe exercuerint; Homerus primus multas & bonas ſententias per totam poëſin protulit, nonnunquam demonſtrando, cujuſmodi hoc eſſet, quod oſtendere vellet, ut quando dicit, Rex etenim ſuperat ſuccenſens inferiori. Nonnunquam verò quid facto opus ſit, ut, Principis eſt totam nequaquam ſtertere noctem.

Ἔϛι δὲ τῆς αὐτῆς ἰδέας τῶν ἀποφθεγμάτων καὶ ἡ καλουμένη γνώμη, ἥπερ ἐϛὶν ἀπόφασις καθολικὴ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον λόγῳ συντόμῳ. καὶ τούτῳ δὴ χρησαμένων πάντων ποιητῶν καὶ φιλοσόφων, καὶ λογογράφων, καὶ γνωμικῶς τινα ἀποφαίνεσθαι ἐπιτηδευσάντων, πρῶτος ὅμηρος πολλὰς καὶ ἀγαθὰς γνώμας ἐξήνεγκε δι' ὅλης τῆς ποιήσεως· τοῦτο μὲν ἀποφαινόμενος, οἷόν ἐϛιν ὃ βούλεται παραϛῆσαι, ὡς ὅταν εἴπῃ, Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ· τοῦτο δὲ, ὡς δέον πράσσειν τι, οἷον, Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Cæterum haud parum multi ex poſteris, multas ſententias ac bonas admonitiones, quas Homerus edidit, aliis verbis expreſſerunt. Quorum quædam exempla adducere, haud intempeſtivum fuerit, veluti eſt illud Homeri, Stultum eſt, inſipidumque Jovi contendere ſummo. Numquid adhuc illum compeſcere quimus, euntes In cœlum propius, jurgantes, vique tenentes? Aſt ſedet excelſus, conamina talia ridens, Namque putat præſtare diis ſe robore cunctis. Omnia ab hoc pendent, mala ſuntque immiſſa cuique. Cui illud Pythagoricum affine eſt, Si mala te vexent hominum conſueta, feres tu Æquo animo ſortem, non

Πολλὰς δὲ γνώμας καὶ παραινέσεις ἀγαθὰς ὁμήρου ἐξενεγκόντος, παρέφρασαν οὐκ ὀλίγοι τῶν μετ' αὐτόν. ὧν τινα παραδείγματα οὐκ ἄκαιρόν ἐϛι παραθέσθαι. οἷόν ἐϛι τὸ ὁμήρου, Νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες, Ἦ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἆσσον ἰόντες, Ἢ ἔπει, ἠὲ βίῃ. ὃ δ' ἀφήμενος οὐκ ἀλεγίζει, Οὐδ' ὄθεται. φησὶν γὰρ ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι Κάρτεΐ τε σθένεΐ τε διακριδὸν εἶναι ἄριϛος. Τῷ ἔχεθ' ὅ,ττι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάϛῳ. παρὰ τοῦτο δὲ ἐϛὶ τὸ πυθαγορικὸν, Ὅσσα τε δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν, Ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκ-

τει. καὶ ἐπὶ τούτοις, τὸ εὐριπίδου,

Τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν, ἀλλ' ὁ λαγχάνων
Τὰ πράγματ', ὀρθῶς ἂν τιθῇ, πράσσει καλῶς.

Πάλιν ὅμηρος μέν φησι, Τέκνον ἐμὸν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων, Σὴν ἔδεαι κραδίην; ὁ δὲ πυθαγόρας. Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

Ἔτι ὁμήρου εἰπόντος, Τοῖος γὰρ νόος ἐςὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Ἀρχίλοχος τά τε ἄλλα αὐτοῦ μιμούμενος, καὶ τοῦτο μὲν παρέφρασεν, εἰπὼν,

Τοῖος ἀνθρώποισι θυμὸς γλαῦκε λεπτίνεω παῖ,
Γίνεται θνητοῖς, ὁποῖον ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει.

Καὶ ἐν ἄλλοις ὁμήρου εἰπόντος, Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα· Ἄλλῳ δ' ἐν ςήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα ζεὺς Ἐσθλὸν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι, Καί τε πόλεις ἐσάωσε· μάλιςα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω. Εὐριπίδης παρὰ τοῦτο ἐποίησε,

Γνώμαις γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ δ' οἶκος· εἰς δ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.

indignabere cuiquam. Præterea illud Euripidis,

Rebus malis decet nec indignarier,
Prodest enim parum; sed infortunia
Æquo ferens animo, beatam vitam agit.

Atque Homerus quidem rursus ait, Quur lachrymas fundis mi quàm charissime nate, Atque tuum maceras animum? Pythagoras verò, Ne maceres animum, vitæ quo parcere possis.

Ad hæc Homero dicente, Talis mens hominum est, lucem Saturnius almus Qualem illis dederit, nutu qui quassat olympum. Archilochus cum alia illius imitans, tum hoc paraphrasticè dixit,

Ejusmodi mens est hominis, qualem diem
Glauci, dedit Jovis voluntas maximi.

Et in aliis Homero dicente, Namque alii Deus, ut curæ sint Martia facta, Ast alii dedit, ut sapiat, sit providus atque Cum sibi, tumque aliis, ac oppida servet ab hoste. Atque hæc ipse tenes imprimis optime ductor. Euripides ad hujus imitationem finxit,

Urbs, & domus viris viget sagacibus,
Res bellicasque vir peritus ordinat,

Σοφὸν

Multas manus consilium unum sagax vincit
Sed plebis inscitia ingens malum trahit.

In quibus autem Idomeneus fingitur amicum adhortari, Quod si vitantes hæc prælia, nulla senectus Immineat nobis, nec mors incumberet atra, Non ego prima acie pugnarim, nec quoque pugnam Ut caperes, unquam suasurus sim tibi amice. Clotho sed ex æquo volvat quum stamina cuique, Atropos atque ea rescindat nullo prohibente, Quæso alios superemus euntes, aut superemur. Æschylus post eum dicens, sic ait,

Nec mortem obit, quicunque vulnus accipit
Letale, vitæ ni sit hujus terminus.
Nec in domo sedens, necem vitaverit
Unquam magis; certum est enim fatum omnium.

In soluta autem oratione Demosthenes sic ait, „Mors cunctis mortalibus vitæ terminus „est, etiam si quis se in cellula „occlusum servet. Bonos autem viros decet, semper egregia quæque conari, ac generoso animo ferre, quicquid „deus dederit.

Rursus autem illud Homeri, Splendida dona Deus quæcun-

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας
Νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν.

Ἃ δὲ παρακελευόμενον τῷ ἑταίρῳ τὸν ἰδομενέα πεποίηκεν, Ὦ πέπον, εἰ μὲν δὴ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντες, Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε Ἔσσεσθ', οὔτέ κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην, Οὔτε κέ σε στέλλοιμι μάχην ἐς κυδιάνειραν. Νῦν δ' (ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι) Ἴομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν. Αἰσχύλος μὲν δεύτερος λέγων, οὕτως ἔφη,

Ἀλλ' οὔτε πολλὰ τραύματ' ἐν στέρνοις λαβὼν
Θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντρέχοι βίου·
Οὔτ' ἐν στέγῃ τὶς ἥμενος παρ' ἑστίᾳ,
Φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον.

Ἐν δὲ πεζῇ λέγει δημοσθένης οὕτως, Πέρας μὲν γὰρ ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τὶς αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως.

Πάλιν δὲ τὸ ὁμήρου, Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,

ρα, σοφοκλῆς παρέφρασεν, εἰπὼν,

Θεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο· χρὴ δ' ὅτ' ἂν θεοὶ
Διδῶσι, φεύγειν μηδέν' ὦ τέκνον ποτέ.

que dedit, retinenda. Sophocles aliis verbis extulit,

Donum dei est, proinde nec contempseris,
Quicquid deus donarit, hoc nec respuas.

Παρ' ἐκείνου δὲ, Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδὴ, θεόκριτος εἶπεν, Οὕνεκά οἱ γλυκὺ μοῦσα κατὰ σόματος χέε νέκταρ.

Secundum illud vero, Hujus ab ore fluens vox vicerit Attica mella. Theocritus dixit, Musa ideo dedit huic dulcem sermone liquorem.

Πῶς δὲ καὶ ἄρατος παρέφρασε, τὸ μὲν, Οἴη δ' ἄμμορός ἐςι λοετρῶν ὠκεανοῖο, εἰπὼν, Ἄρκτου κυανέου πεφυλαγμένος ὠκεανοῖο. τὸ δὲ, —θυμὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται, εἰπὼν, —ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει. καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

Quo modo autem & Aratus hoc quidem paraphrasticè expressit, Sola autem Oceani non tingitur illa lavacro. dicens, Ursæ cæruleo vitantes æquore tingi. Illud autem, Animumque à morte lucrantur. dicens, Parvus namque gradus mortem prohibebat acerbam. Atque de his qudem satis.

Ὁ ΔΕ πολιτικὸς λόγος, ἐςὶν ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, ἧς ἐντὸς ὅμηρος πρῶτος γέγονεν, ὡς φαίνεται. εἰ γάρ ἐςιν ἡ ῥητορικὴ δύναμις τοῦ πιθανῶς λέγειν, τίς μᾶλλον ὁμήρου ἐν τῇ δυνάμει ταύτῃ καθέστηκεν; ὃς τῇ τε μεγαλοφωνίᾳ πάντας ὑπεραίρει, ἔν τε τοῖς διανοήμασι τὴν ἴσην τοῖς λόγοις ἰσχὺν ἐπιδείκνυται.

Cæterum civilis oratio in Rhetorica arte consistit, quam Homerus primus tenuisse videtur. Si namque Rhetorica vis est probabiliter dicendi, quis majorem quàm Homerus, in hac facultate operam posuit? Quippe qui non solum magniloquentia omneis excellat, verum etiam sententiis æquale verborum pondus adhibeat.

Καὶ πρῶτόν ἐςι τῆς τέχνης ἡ οἰκονομία, ἣν δι' ὅλης τῆς ποιήσεως παρίςησι, καὶ μάλιςα ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν πραγμάτων. οὐ γὰρ πόῤῥωθεν ἐμβαλὼν, τὴν ἀρχὴν τῆς ἰλιάδος ἐποιήσατο, ἀλλὰ καὶ καθ' ὃν χρόνον αἱ πρά-

Porrò præcipua artis pars dispositio est, quàm per totam poesin ostendit, maximè in rerum initiis. Non enim exordio longè petito in Iliade usus est, sed ab eo tempore, quo efficaciora ac celebriora facinora sunt edita. His autem in-

ertiora, & quæ prius acciderant, in aliis locis, succinctè ac obiter recensuit. Atque idem in Odysséa fecit, ubi à novissimis erroribus Ulyssis orsus est, in quibus occasionem habebat inducendi Telemachi, ac declarandi contumeliam procorum. Quæcunque verò antehac Ulyssi erranti contigerant, ipsum enarrantem inducit, in hoc, ut non tantum vehementiora, verum etiam probabiliora viderentur, quum ab ipso, qui passus erat, dicerentur.

ξεις ἐνεργότεραι, καὶ ἀκμαιότεραι κατέστησαν. τὰ δὲ τούτων ἀργότερα, ὅσα ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐγένοντο, συντόμως ἐν ἄλλοις τόποις παρεδιηγήσατο. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐν τῇ ὀδυσσείᾳ πεποίηκεν, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῶν τελευταίων τῆς πλάνης τοῦ ὀδυσσέως χρόνων, ἐν οἷς καιρὸς ἦν ἤδη καὶ τὸν τηλέμαχον εἰσάγειν, καὶ τὴν τῶν μνηστήρων ὕβριν ἐμφανίζειν. τὰ δὲ πρὸ τούτων, ὅσα τῷ ὀδυσσεῖ ἀλωμένῳ συνέπεσεν, αὐτὸν παράγει διηγούμενον, ἃ καὶ δεινότερα καὶ πιθανώτερα ἔμελλε φαίνεσθαι, ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ παθόντος λεγόμενα.

Porro quum omnes oratores subinde exordiis utantur, ut auditorem attentum, aut benevolum faciant, poëta quoque iis potissimum exordiis usus est, quæ auditorem & moverent, & attentum redderent. Ut dum in Iliade præfatur, se dicturum quanta mala Græcis ob Achillis iram, & Agamemnonis contumeliam acciderint. Et in Odysséa, quot laboribus & periculis perpessis Ulysses cunctos animi prudentia & tolerantia vicerit. Denique in utriusque poëmatis exordio, Musam ideo invocat, ut ea quæ dicerentur, augustiora, majorisque existimationis essent.

Ἀεὶ τοίνυν χρωμένων τῶν ῥητόρων πάντων τοῖς προοιμίοις, ὑπὲρ τοῦ προσεκτικώτερον ἢ εὐνούστερον ποιεῖν τὸν ἀκροατὴν, αὐτὸς μὲν ὁ ποιητὴς κέχρηται προοιμίοις, τοῖς μάλιστα κινῆσαι, καὶ παράγεσθαι πρὸς τὴν ἀκρόασιν δυναμένοις· ἔν τε τῇ ἰλιάδι προαναφωνῶν, ὅτι μέλλει λέγειν ὅσα διὰ τὴν ἀχιλλέως ὀργὴν, καὶ τοῦ ἀγαμέμνονος ὕβριν, κακὰ τοῖς ἕλλησι συνέβη· καὶ ἐν τῇ ὀδυσσείᾳ, ὅσοις πόνοις καὶ κινδύνοις περιπεσὼν ὁ ὀδυσσεὺς, πάντων τῇ τῆς ψυχῆς συνέσει καὶ καρτερίᾳ περιεγένετο. καὶ ἐν ἑκατέροις τῶν προοιμίων, τὴν μοῦσαν παρακαλεῖ, ἵνα θειοτέραν καὶ μείζονα τὴν δόξαν τῶν λεγομένων παραστήσῃ.

Porrò quum multas personas, verba autem ad familiares, amicos, inimicos, aut pe-

Πολλὰ δὲ τῶν εἰσαγομένων ὑπ' αὐτοῦ προσώπων λέγοντα ποιῶν ἢ πρὸς οἰκείους, ἢ φίλους,

 ἢ ἐχθροὺς,

ἢ ἐχθροὺς, ἢ δήμους, ἑκάστῳ τὸ πρέπον εἶδος τῶν λόγων ἀποδίδωσιν, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ πεποίηται αὐτῷ ὁ χρύσης ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἕλληνας λόγοις, χρησιμωτάτῳ προοιμίῳ κεχρημένος. συνεύχεται γὰρ αὐτοῖς πρότερον, κρατῆσαι τῶν πολεμίων, καὶ οἴκαδε ἀναστρέψαι, ἵνα τὴν παρ' αὐτῶν εὔνοιαν ἐπισπάσηται· ἔπειτα οὕτως ὑπὲρ τῆς παιδὸς παρακαλεῖ. ὁ δὲ ἀχιλλεὺς ἐπὶ τῇ ἀπειλῇ τοῦ ἀγαμέμνονος θυμούμενος, μιγνύει τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῶν ἑλλήνων λόγον, ἵνα κἀκείνους ἀκούσαντας, εὐνουστέρους καταστήσῃ. πάντας γὰρ ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐστάλθαι, οὐκ ἰδίας τινὸς ἀπεχθείας ἕνεκα, ἀλλὰ εἰς χάριν αὐτοῦ τοῦ ἀγαμέμνονος, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ πολλὰ μὲν πεποιηκέναι ἑαυτὸν, τὸ δὲ γέρας οὐ παρὰ τούτων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν ἑλλήνων εἰληφέναι. οἷς ἀντιλέγων ὁ ἀγαμέμνων, οὐκ ἀπορεῖ ὅπως καὶ αὐτὸς θεραπεύσῃ τὸ πλῆθος. φήσαντος γὰρ τοῦ ἀχιλλέως ἀπελεύσεσθαι εἰς τὴν πατρίδα, δι' ἣν ἔπαθεν ὕβριν, οὐκ εἶπεν, ἄπιθι, ἀλλὰ, φεῦγε, τὸ ἁπλῶς ῥηθὲν, εἰς τὸ ἀδοξότερον μεταβαλών. καὶ ὅτι, οὐ παρακαλῶ σε μένειν· πάρεισι γὰρ καὶ ἄλλοι, οἵ τιμῆς ἀξιώσουσί με. ἦν δὲ καὶ τοῦτο τοῖς ἀκούουσι κεχαρισμένον.

pulum facientes introducat, unicuique tamen decorum in dicendo tribuit. Ut ab initio ubi Chrysam in oratione ad Græcos, fingit commodissimo exordio usum esse. Optat enim ipsis, ut hostibus superiores facti, domum redeant, in hoc ut benevolentiam ab eis captet, deinde filiam efflagitat. Achilles autem ob Agamemnonis minas indignans, orationem mixtam cum pro se, tum pro Græcis habet, ut & illos auditores benigniores faceret. Omnes namque ad bellum missos esse, non privatæ alicujus inimicitiæ causa, sed in Agamemnonis, & fratris ejus gratiam. Ad hæc ob multa egregia facta, se munus non ab istis, sed ex communi Græcorum consensu accepisse. Quibus ex adverso Agamemnon respondens, non laborat in inveniendo quomodo & ipse multitudinem demulceat. Quum enim Achilles dixisset se in patriam rediturum esse, ob contumeliam qua erat affectus, non dixit Abi, sed Fuge; ut hoc, quod simpliciter dictum erat, probro ei daret. Denique non Obsecro, inquit, te ut maneas; adsunt enim alii quoque, qui me in pretio habebunt, id quod auditoribus gratum erat.

Καὶ ἐπὶ τούτοις εἰσάγεται ῥήτωρ ὁ νέστωρ, ὃν ἡδυεπῆ, καὶ λι-

Præterea Nestor orator introducitur, quem suaviloquum,

γὺν

& tinnulum concionatorem appellat, Cujus ab ore fluit vox dulcior Attica melle. Quo elogio Rhetori nullum majus obtigerit. Quid autem is orando tractat? Orditur ab exordio, quo diſſidentibus optimatibus pœnitudinem incutit, & cogitandi anſam dat, quod dum inter ſe diſceptarent, hoſtibus lætitiæ occaſionem præbituri eſſent. Primò autem utrumque admonet, &, ut ipſi tanquam ſeniori obſecundet, adhortatur. Atque dum alterum modeſtiæ commonefacit, alteri gratificatur. Siquidem Agamemnonem hortatur, ne munus ei datum, qui multum laboris exhauſerat, eriperet; Achillem verò, ne cum ſummo rege contenderet. Denique neutrum ſua laude fruſtratur, dum illum pluribus imperare, hunc vero plus fortitudinis habere dicit. Atque hunc in modum eos mitigare annititur.

Nónne verò & in ſequentibus (quando Agamemnon ſomnium videbat, quod bonam ei ſpem Jovis juſſu faciebat, atque ut Græcos armaret, jubebat) Rhetorica uſus eſt arte? dum contraria iis, quæ ſentiebat, in hoc ad multitudinem dicit, ut de illorum voluntate periculum faceret, num videlicet moleſte laturi eſſent, ſi quando in aciem educerentur. Atque ipſe quidem plebi grata dicit. Alius

γὺν ἀγορητὴν προσεῖπε, (τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή) οὗ μεῖζον ἐγκώμιον οὐκ ἂν γένοιτο ῥήτορος. τί δὲ οὗτος διαπράσσεται τῷ λόγῳ; ἄρχεται μὲν ἀπὸ προοιμίου, δι' οὗ μετάγνωσιν ἐμποιεῖν πειρᾶται τοῖς διαφερομένοις ἀριστεῦσιν, ἐννοεῖν αὐτοὺς παρασκευάζων, ὅτι μαχόμενοι παρέξουσιν ἀφορμὴν χαρᾶς τοῖς πολεμίοις· πρόεισι δὲ νουθετῶν ἑκάτερον, καὶ πείθεσθαι ἑαυτῷ, ὡς πρεσβυτέρῳ, παραινῶν· καὶ ἐν τῷ σωφρονίζειν τὸν ἕτερον, κεχαρισμένα τῷ ἑτέρῳ λέγει. τῷ μὲν γὰρ ἀγαμέμνονι παραινεῖ, μὴ ἀφαιρεῖσθαι τὸ δοθὲν τῷ πολλὰ κεκμηκότι γέρας· τῷ δὲ ἀχιλλεῖ, μὴ ἐρίζειν τῷ βασιλεύειν προκρινομένῳ. καὶ πρέποντα ἑκατέρῳ ἔπαινον, τῷ μὲν, ὡς πλεόνων βασιλεύοντι, τῷ δὲ, ὡς πλέον ἰσχύοντι, τοῦτον τὸν τρόπον πραΰνειν αὐτοὺς ἐπιχειρεῖ.

Τί δὲ, οὐχὶ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, ὁπότε εἶδε τὸν ὄνειρον ὁ ἀγαμέμνων, ἐλπίδας ἀγαθὰς αὐτῷ φέροντα παρὰ τοῦ διὸς, καὶ ὁπλίζειν τοὺς ἕλληνας παρακελευόμενον, ῥητορικῇ χρῆται τέχνῃ, τοὐναντίον οἷς βούλεται, πρὸς τοὺς πολλοὺς λέγων, ἵνα πεῖραν τῆς ὁρμῆς αὐτῶν λάβῃ, καὶ μὴ ἐπαχθὴς ᾖ, πολεμεῖν ἀναγκάζων ὑπὲρ ἑαυτοῦ; ἀλλ' αὐτὸς μὲν πρὸς χάριν λέγει· ἄλλος δέ τις τῶν

πείθειν αὐτοὺς δυναμένων προτρέπει μένειν, ὡς τοῦτο τῇ ἀληθείᾳ τοῦ βασιλέως θέλοντος. καὶ γὰρ ἐν οἷς δημηγορεῖ, ἐμφαίνει ὅτι τοὐναντίον βούλεται. ὁ δὲ δεχόμενος τοὺς λόγους τούτους, ἐςὶν ὀδυσσεὺς, παῤῥησίᾳ τῇ πρεπούσῃ χρώμενος, καὶ τοὺς μὲν ἀρίςους λόγοις προσηνέσι πείθων, τοὺς δὲ ὑποδεεςέρους καταπληκτικῶς ὑπακούειν τοῖς κρείττοσιν ἀναγκάζων· καὶ τὸ ἄτακτον καὶ θορυβῶδες τῶν πολλῶν καταπαύσας, ἅμα πάντας πείθει λόγοις ἔμφροσι, μετρίως μὲν ὀνειδίσας, διότι οὐκέτι τελοῦσιν ἃ ὑπέσχοντο, καὶ ἅμα συγγνώμης ἀξιώσας, ὅτι πολὺν χρόνον ἄπρακτοι μένοντες, τῶν φιλτάτων ἐςέρηνται. παρακλήσει δὲ καὶ ἐλπίδι τῇ ἐκ τῶν μαντειῶν συμπείθων μένειν.

autem quidam eorum, qui persuadendi facultatem habebat, ad perseverandum hortatur, ut quæ ipsissima regis sententia esset. Dum enim orationem ad optimates habet, declarat quod contrarium, quàm apud multitudinem præ se ferebat, vellet. Ulysses itaque illius verba probè tenens, ac decóra in dicendo libertate utens optimates mitibus dictis persuadet, inferiores autem additis minis, se præstantioribus auscultare cogit. Turba denique multitudinis, & tumultu sedato, simul omnes prudentibus dictis persuadet, modestè illis exprobrans, quod pollicitis non starent, simulque eos venia dignatur, quod multo tempore otium agentes, charissimis destituti essent. Ac tandem consolatione & spe illis ex vaticinio facta, ut maneant persuadet.

Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ νέςωρ, λόγους ἐξηλλαγμένους μὲν, εἰς ταυτὸ δὲ τείνοντας ποιούμενος, καὶ πλείονι παῤῥησίᾳ πρὸς τοὺς ἤδη μεμαλαγμένους χρώμενος, πείθει τὸ πλῆθος· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὀλιγωρίας εἰς ὀλίγους τοῦ μηδενὸς ἀξίους ἀναφέρων, τοὺς πολλοὺς ἐντρέπει. προςτίθησι δὲ καὶ ἀπειλὴν τοῖς ἀπειθοῦσι, καὶ εὐθέως συμβουλεύει τῷ βασιλεῖ, ὅπως χρὴ καταλέγειν τὰ ςρατιωτικὰ τάγματα.

Ad eundem modum & Nestor verba quidem nonnihil immutata, sed in idem tendentia faciens, ac majori in dicendo libertate adversus desidia marcescentes, utens, multitudini suadet, & negligentiæ causam in paucos referens, multos rubore suffundit. Addit autem & inobedientibus minas, atque regi statim consulit, quo pacto militares copiæ centuriandæ sint.

Πάλιν δὲ ἐν ταῖς κατὰ τὸν πόλεμον πράξεσι, τῶν ἑλλήνων, τὰ

Rursus autem quum in bellicis facinoribus Græcorum alii

benê, alii malè se gessissent, & in metu constituti essent, Diomedes (quippe à juventute confidentiam, & ex strenuitate dicendi libertatem habens) donec animi sui magnitudinem commonstraret, regis convitium silentio prætereundum putavit, tum vero Agamemnonem objurgat, ut qui præ ignavia fugam suaderet. Ait enim, Tecum rex mihi disceptatio perperam agente, Legibus atque licere puto, proin ne stomacheris. In quibus simul eum admonere conatur, simul & iram ab eo deprecatur. Ac tum demum anteacta sua gesta sine invidia commemorat, dicens, Cuncta hæc facta sciunt juvenesque senesque Pelasgi. In iis autem quæ sequuntur, Græcos adhortatur, collaudando eos artificiose, Usque adeò Dolopes ignavos esse putasti, Infelix, veluti modo cunctis consuluisti. Denique ipsum Agamemnonem placat, liberum ei faciens, si velit abire, alios enim opem laturos. Imò & si omnes fugæ se mandaverint, tamen se cum sodali permansurum esse, ac pugnaturum, dicens, Uterque nostrum, ego & Sthenelus pugnabimus. Nestor vero hunc ob egregia quidem consilia, & facta commendat. Sub finem autem consilii ait, se (quippe natu majorem) dignum esse, qui admoneat. Ac

Quæ autem interea gesta fuere, per octo Rhapsodias divisa leguntur. Primum pugna juxta Ili regis monumentum, multa utrinque fortia facinora complectens: deinde illa quæ ad muros Græcorum acta est: quibus tertiam addo ad naves pugnatam, unà cum cæteris usque ad Patrocli cædem, & Achillis exitum Patrocli occisi causa. Verum etsi tantus sit rerum interim gestarum numerus, propter æstivi tamen diei longitudinem credi meretur, & quia noctes haudquaquam hiemales fuerunt. Quomodo enim ausus fuisset Hector sub coelo frigido ad Græcorum naves pernoctare? Sed neque tibiarum & fistularum soni in exercitu barbarorum celebrati fuissent. Nam lectus egelidus,

βὰς

1 Iliad. σ. v. 239. Hic male legebatur γδ pro δ'.

2 Nimirum à principio Iliad. λ. usque ad Iliad. σ.

3 Lego, ἡ ἐπὶ ἴλου σήματι μάχη. Nam postquam discessisset Agamemnon, juxta Ili sepulchrum commissa est pugna, ut undecimo libro Iliados, quem ἀγαμέμνονος ἀριστείαν inscribunt, poëta tradit. Gesn.

4 Nimirum Il. μ, ν, & ξ.

5 Il. ο, π, ρ, & σ.

6 Respicit ad finem Iliad. κ. & v. 298. Il σ.

7 Alludit ad 12 versum Il. κ. ubi Agamemnon mirabatur

Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων. Eadem verba vide in lib. de Homero apud Plutarchum.

1 Pro

& castrorum commoditates, hiemis tempore à militibus adornantur, relictis studiis bellicis, quæ sub dio agitari solent. Nunquam verò Hector deserta civitate, in qua securus agebat, profectus ad mare nuda castra posuisset. Quomodo autem illorum qui ad societatem belli venerant, adeò nusquam non pericula contempsisset, ut intempestivè hostibus insidiaretur, idque sub Ida monte hiemali, & infinitos fluminum fontes effundente? erumpit enim ex lateribus ejus

Rhesus & Heptaporus, Caresúsque, Rhodiúsque,
Granicusque, atque Æsépus, divúsque Scamander,
Et Simois;

qui præter pluvias cœlitus delatas, vel soli potuissent ex planitie stagnum facere. Sed esto quod per inscientiam Barbari utilia sibi & quæ factu opus essent, non delegerint. An verò Græci qui omnibus prudentia excellunt, viros optimos electos noctu ad explorandum mitterent, ut si res

βαὸς γὰρ ἀλεεινὴ καὶ στρατόπεδα τοῖς πολεμοῦσι χειμῶνος ἐυτρεπίζεται. τῶν δ' ὑπαίθρων ἀγώνων ἐκτός εἰσιν. ὡς τ' ὀυκ ἂν ἕκτωρ τὴν πόλιν ἐκλιπὼν, ἐν ᾗ μετ' ἀσφαλείας διέτριβεν [1] ἐλθὼν ἂν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ γυμνὰ τὰ στρατεύματα καθίδρυσε. [2] πῶς δὲ τῶν κατὰ συμμαχίαν ἐληλυθότων οὕτω ῥιψοκίνδυνος ἕκαστος ἦν, ὡς παρ' ὥραν ἐφεδρεύειν τοῖς πολεμίοις, καὶ μάλιστα τῆς ἴδης ὑπερκειμένης, ὄρους δυσχειμέρου, καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἄπειρα πηγαζούσης. ἐκρήγνυνται γὰρ ἀπὸ τῶν κατὰ μέρη λαγόνων,

[3] Ῥῆσός θ', ἑπτάπορός τε, κάρησός τε, ῥόδιός τε,
Γρήνικός τε, καὶ αἴσηπος, δῖός τε σκάμανδρος,
Καὶ σιμόεις.

οἳ δίχα τῶν ἀπ' οὐρανοῦ φερομένων ὑετῶν ἱκανοὶ τὸ πεδίον ἦσαν ἐκλιμνάσαι. [4] φέρε δ' οὖν ὑπ' ἀναισθησίας τοὺς βαρβάρους τὸ ἀσύμφορον ἑλέσθαι, τί ποιεῖν ἀντὶ τινός· οἱ πάντα φρονήσει διαφέροντες ἕλληνες [5] ἐπιλεξάμενοι τοὺς ἀρίστους, ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν νύκτωρ ἀποπέμπουσιν. ἵν' ἐκ [illegible] τοῦ

1 Pro his Homerus Il. κ. v. 490.
—ἀγαγὼν ποταμοῦ ἐπὶ δινήεντι.

2 Patet enim eos adfuisse ex v. 497. Il. ϑ.
Κέκλυτέ μευ Τρῶες καὶ Δάρδανοι ἠδ' ἐπίκουροι. quem ante oculos habuisse Heraclidem puto.

3 Il. μ. v. 20.

4 Respicere ac concedere ea videtur quæ de Trojanis dicit Homerus Iliad. σ. v. 310. & sequent.
—ἐπὶ δ' ᾔνησαν Τρῶες κελάδησαν,
Νήπιοι· ἐκ γάρ σφεων φρένας εἵλετο Παλλὰς Ἀθήνη.

5 Locus est Il. κ. v. 205. & sequentibus ubi mittuntur Diomedes & Ulysses exploratum castra Trojanorum.

τοῦ κατορθῶσαί τι τηλικοῦτον ὠφεληθῶσιν, ὁπόση βλάβη διαμαρτόντων ἀπήντα; νιφετὸς γὰρ εἷς, καὶ χειμερίων ὑδάτων ἐπομβρία, ῥᾳδίως ἂν ἀμφοτέρους κατέκλυσεν. ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὴν νομίζω τὴν ἀπὸ τῆς πόλεως ἔξοδον ἐπὶ τὴν μάχην, οὐκ ἄλλου τινὸς εἶναι καιροῦ σημεῖον, ἢ θέρους. ἅπας γὰρ ἀναπαύεται πόλεμος ἐν χειμῶνι, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐκεχειρίαν ἄγουσιν, οὐδ' ὅπλα δυνάμενοι βαστάζειν, οὔτε τὰς πολεμικὰς ὑπηρεσίας φέρειν. πῶς γὰρ ἢ διῶξαι ῥᾴδιον, ἢ φυγεῖν; πῶς δ' ἂν αἱ χεῖρες εὐστοχίᾳ βάλλοιεν, ὑπὸ τοῦ κρύους δεδεμέναι; θέρει δὲ τῷ μεσαιτάτῳ τὰ πλήθη τέτραπται πρὸς τὴν μάχην, καὶ τοῦθ' ὅτι τοιοῦτόν ἐστιν, ἀπ' οὐδεμιᾶς εἰκασίας, ἀλλ' ἐναργῶς σκεπτέον. [1] μετὰ γὰρ τὴν στρατηγικὴν ἀγαμέμνονος διάπειραν, ἐξαναστάντες οἱ ἕλληνες, ἐπὶ τὰς ναῦς κατατρέχουσιν,

bene cessisset, non plus utilitatis caperent, quàm jacturæ si aberrassent? Una enim nivis moles, & brumalium aquarum inundatio, facile utrosque obruisset. Quin ego existimo, ipsum egressum à civitate ad pugnam, nullius anni partis quàm æstatis signum esse. Nam omne bellum hieme intermittitur, & mutuæ aguntur induciæ, cum neque arma geri, neque ministeria bellica tolerari possint. Quo pacto enim facilè quis aut insequeretur, aut fugeret? Aut quomodo manus rectè jacularentur, astrictæ frigore? Æstate verò media populi ad pugnam convertuntur: quod ita se habere, nulla conjectura eget, cum planè manifestò videatur. Post astutam enim & imperatoriam illam Agamemnonis tentationem, surgentes Græci ad naves decurrerunt,

[2] Ὑπὸ δ' ᾔρεον ἕρματα νηῶν. οὐ δήπου, ἢ κατὰ πρῷραν ἐναντίων ἑστηκότων ἀνέμων, οὐδ' ἀπειλούσης τῆς θαλάσσης. τίς γὰρ ἂν ἦν κυβερνήτης ἐπὶ πρόδηλον οὕτω κίνδυνον ἐξιοῦσιν, ἄλλως τε [3] μὴ δι' ὀλίγην περαιοῦσθαι μέλλουσιν αὐτοῖς θάλασσαν; οὐ γὰρ εἰς τένεδον ἀπῇρον, οὐδ' ἐπὶ λέ-

——*Et longis subducunt fulcra carinis.*

Nullis nimirum adversantibus ventis, neque mari tempestates minante. Quis enim gubernatorem præbere se voluisset, ad periculum adeò manifestum exeuntibus, cum aliàs, tum ad tam longas marium navigationes? Non enim Tenedum versus solvebant, neque

σβου,

1 Alludit ad versum 110. & sequentes Il. β.

2 Hemistichium est ex Iliad. β. v. 154.

3 Manuscr. Angl. rectè, μηδ' ὀλίγην.

1 Il.

ad Lesbum aut Chium navigationem instruebant. Sed Græcia procul aberat, & periculosum erat pelagus, quod æstate etiam olim navigantes periclitati sunt. Dum igitur adhuc à concione discederent, plurimum pulveris excitatur.

Illi cum clamore rates adiere marinas,
Sub pedibúsque ingens vis pulveris excita fertur.

Quo pacto autem id fieri potuisset, si terræ solum adhuc humidum fuisset? In sequentibus etiam aciei instruendæ descriptionibus dicere subinde solet,

Albi evaserunt omnes ex pulvere sparso,
Quem longè latéque ciebat gressus equorum.

Quid autem de saucio Sarpedone inquit? cujus

Aquilonia aura
Aspirans animum recreabat deficientem:

cum refrigerio indigeret corpus in aëre fervido. Et rursus alio quodam in loco,

Pulvere conspersi multo, & graviter sitientes.

Item,

Sudorem abstergunt; potu siccata rigántque
Ora viri -

Quæ quidem hieme nemini

σβου, καὶ χίου, παρμυτρικίζοντα τὸν πλοῦν. ἡ δ' ἑλλὰς ἀπῴκιστο πόῤῥω. καὶ τὸ πέλαγος ἦν χαλεπὸν. ὃ καὶ θέρους ποτὲ πλέοντες, ἐσφάλησαν. ἔτι τοίνυν φερομένων ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἐγείρεται δαψιλὴς κόνις.

[1] Οἱ δ' ἀλαλητῷ
Νῆας ἐπεσσεύοντο ποδῶν δ' ὑπένερθε κονίη
Ἵστατ' ἀειρομένη.

τίνι τρόπῳ τῆς γῆς ἔτι διάβροχον ἐχούσης τοὔδαφος; ἔν τε ταῖς ἐφεξῆς παρατάξεσιν εἴωθε συνεχῶς λέγειν,

[2] Λευκοὶ ὕπερθε γένοντο κονισσάλῳ, ὅν ῥα δι' αὐτῶν
Οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον ἐπέπληγον πόδες ἵππων;

τί δ' ἐπὶ τοῦ τετρωμένου σαρπηδόνος; οὗ ῥιπὴ βόρειος

[3] Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν.

ἀναψύξεως δεομένου τοῦ σώματος ἐν ἀέρι διαπύρῳ. καὶ πάλιν ἑτέρωθί που,

[4] Δίψῃ καρχαλέοι κεκονιμένοι ἐκ πεδίοιο. καὶ,

[5] Ἱδρῶ ἀπεψύχοντο, πίον τ', ἀκέοντό τε δίψαν.

ἅπερ ἐν χειμῶνι μὲν ἀμήχανα συμ-

1 Il. ζ. v. 149. Legitur in nostris exempl. τοὶ δ' &c.
2 Il. ε. v. 503.
3 Versus 698. Il. ε. Cæterum dixit ῥιπὴ βόρειο pro Homerico πνοιὴ βορέαο.
4 Il. φ. v. 541.
5 Versus secundus Il. χ.

 1 Lo-

συμβῆναί τινι, θέρους δὲ μαχομένοις ἦν ἀλεξήματα. τί δεῖ τὰ πολλὰ μηκύνειν; σχεδὸν γὰρ ἀπόχρη, κἂν εἴ τι τῶν εἰρημένων ἓν ἀπεδείξαμεν, ἐκφῆναι τοῦ ἔτους τὸν καιρόν.

[1] Καίοντο πτελέαι τε, καὶ ἰτέαι, ἠδὲ μυρῖκαι,
Καίετο δὲ [2] λωτός τε, ἰδὲ θρύον, ἠδὲ κύπειρον.

Εἰ δὲ θέρος μὲν ὁμολογεῖται κατ' ἐκεῖνον εἶναι τὸν χρόνον, αἱ δὲ νόσοι περὶ τὴν ὥραν συνίστανται, τῶν δὲ λοιμικῶν παθημάτων προστάτης ἀπόλλων, τί λοιπὸν, ἢ δοκεῖν τὸ συμβεβηκὸς οὐ θεοῦ μῆνιν, ἀλλὰ συντυχίαν ἀέρος γενέσθαι; σφόδρα γοῦν πιθανῶς ἡρόδικος ἀποφαίνεται, μὴ δ' ὅλην τὴν δεκαετίαν ἐν ἰλίῳ μεμενηκέναι τοὺς ἕλληνας, ἀλλ' ἐπὶ τέλει τοῦ καθειμαρμένου χρόνου τῆς ἁλώσεως ἐληλυθέναι. καὶ γὰρ ἦν ἄλογον εἰδότας [3] ἐξ ὧν προεῖπεν ὁ κάλχας, ὅτι τῷ δεκάτῳ πόλιν αἱρήσουσιν εὐρυάγυιαν, ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ τοσούτων ἐτῶν ἀργίαν ἀναλίσκειν. ἀλλ' εἰκὸς ἐν τοῖς μεταξὺ καιροῖς περιπλέοντας ἄνω καὶ κάτω τὴν ἀσίαν, ἅμα τάς τε πολεμιστηρίους ἀσκήσεις ὑπογυμνάζειν, καὶ λαφύρων τὸ στρατόπεδον ἐμπιπλάναι. τοῦ δε-

contingere possunt, æstate vero pugnantibus erant solatia. Quid est quod multa dicam? propemodum enim vel unum ex prædictis ad demonstrandam anni partem satis efficax foret:

Ardebant ulmi, salices, teneraque myricæ,
Et lotus, floréns que thryum, viridisque cypeirus.

Itaque si fatemur æstivum illud tempus fuisse, & morbos tum oboriri, & pestilentium affectuum authorem esse Apollinem, quid aliud restat, quàm existimare, quicquid evenit, non propter Dei iracundiam, sed fortuitam aëris temperiem factum esse? Quamobrem omnino fidem meretur Herodicus, ostendens non toto decennio ad Ilium mansisse Græcos, sed prope finem fatalis temporis capiendæ Troiæ advenisse. Absurdum enim fuisset, scientes ex vaticinio Calchantis, quod decimo demum anno amplissimam urbem capturi essent, frustra tot annis in ocio desidere. Sed verisimile est interea circumnavigantes Asiæ superiores inferioresque regiones, simul & bellicis studiis se exercuisse, & manubiis implevisse castra: jam autem instante anno decimo in quo fatalis

κάτου

1 Locus iste est Il. φ. v. 350. In secundo vero versu in nostris Homeri exemplaribus legitur.

2 — λωτός τ' ἰδὲ. hic, τε ἰδὲ.

3 Respicit author noster ad v. 322. & seq. Il. β.

1 Ita

erat terminus captivitatis, universos appulisse. Excepti verò sunt cœnosis & palustribus locis, ac ideo imminente æstate pestilentia ingruit. Sed jam consideremus etiam illa quæ particulatim de hac lue dicta sunt. Ferè enim omnia conveniunt nostro sermoni. Itaque primum naturalem à sagittarum motu redditam vocem commemoravit, non quidem fabulosè loqui tela confingens, sed philosophica quædam contemplatio carmine innuitur,

Dúmque movebátur, magno clangore sagittæ
Irati ex humeris resonabant.

Sunt enim revera cœlici quidam soni cum harmonia concinni, qui à perpetuo motu concinuntur, & maximè dum Solis circuitus intentè perficitur. Nam si quis molli virga temere percutiens aërem, aut lapidem funda ejaculans, strepitum excitat, & sibilum adeò gravem: multò magis existimandum est tantorum corporum motus orbiculares violenter ab ortu in occasum ruentes, tam vehementem cursum haud quietè peragere. Cæterum sonos istos qui à cœlo perpetui eduntur, nos ignoramus,

κάτου δ' ἐνστάντος ἔτους, ἐν ᾧ πεπρωμένον ἦν τὸ τῆς ἁλώσεως τέλος, ἀθρόους καταχθῆναι. κοῖλα δ' αὐτοὺς τενάγη καὶ τόπος ἑλώδης ἐξεδέχετο. καὶ διὰ τοῦτο θέρους ἐνστάντος ἡ λοιμικὴ νόσος ἐγκατέσκηψε. νῦν τοίνυν καὶ τὰ κατὰ μέρος εἰρημένα περὶ τῆς νόσου διασκεψώμεθα. σχεδὸν γὰρ ἅπαντα [1] συνᾴδει τοῖς ὑφ' ἡμῶν λεγομένοις. [2] καὶ πρῶτόν γε φυσικὴν ὑπεστήσατο τὴν φερομένην ἀπὸ τῶν οἰστῶν φωνήν. οὐ μὰ δί', οὐ μυθικῶς βέλη φθεγγόμενα τερατευόμενος, ἀλλ' ἔστιν ἐν τῷ στίχῳ θεωρία φιλόσοφος.

[3] Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο
Αὐτοῦ κινηθέντος.

εἰσὶ γὰρ εἰσί τινες οὐράνιοι μεθ' ἁρμονίας ἐμμελεῖς ἦχοι, κατὰ τὴν ἀΐδιον φορὰν ἀποψαλλόμενοι, μάλιστα δὲ τῆς ἡλιακῆς περιόδου συντόνως φερομένης. οὐ γὰρ δήπου ῥάβδῳ μὲν ὑγρᾷ πλήξας τις εἰκῇ τὸν ἀέρα, καὶ λίθον ἀπὸ σφενδόνης ἀφεὶς, ῥοίζους ἀποτελεῖ καὶ συριγμὸν οὕτω βαρύφθογγον. τηλικούτων δὲ σωμάτων ἡ κυκλοφόρος βία δρόμοις ἀπ' ἀνατολῶν εἰς δύσιν ἁρματηλατουμένη μεθ' ἡσυχίας, τὸν σφοδρὸν ὁδοιπορεῖ νόμον. τούτους δὲ τοὺς διηνεκῶς οὐρανῷ τελουμένους

1 Ita recte MS. Angl. editum erat, συνάδειν.
2 Hæc pertinent ad explicationem versuum qui sequuntur.
3 Iliad. α. v. 46.

μένους φθόγγους ἀγνοοῦμεν, ἢ διὰ τὴν ἀπὸ πρώτης γονῆς συνήθειαν ἐνδελεχῶς ἐνοικοῦσαν ἡμῖν, ἢ διὰ τὴν ἄμετρον ὑπερβολὴν τοῦ διαστήματος. ἐκλυομένου τοῦ ψόφου τῷ διείργοντι ἀμέτρῳ. καὶ τοῦθ' ὅτι τοιοῦτόν ἐστιν ὁ φυγαδεύων ὅμηρον ἐκ τῆς ἰδίας πολιτείας συγκαταινεῖ πλάτων, οὕτω λέγων· [1] ἔτι δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι σειρῆνα συμπεριφερομένην φωνὴν ἱεῖσαν ἕνατον. ἁπασῶν δ' ὀκτὼ οὐσῶν, μίαν ἁρμονίαν συμφωνεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἐφέσιος ἀλέξανδρος, ἐπεξελθὼν ὅπως κατὰ τάξιν οἱ [2] πλάνητες ἀστέρες ὁδεύουσιν, ἐπάγει περὶ τῶν ἑκάστου φθόγγων.

Πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης
φθόγγοισι συνῳδὸν
Ἁρμονίην προσέχουσι, διαστὰς
ἄλλος ἀπ' ἄλλου.

δι' ὧν ἂν εἴη γνώριμον, ὡς οὐ κωφὸς οὐδ' ἄφθογγός ἐστιν ὁ κόσμος. ἀρχὴ δὲ ταύτης τῆς δόξης ὅμηρος, εἰπὼν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀλληγορικῶς βέλη. προσθεὶς δ' ὅτι φερόμεναι διὰ τοῦ ἀέρος, ἔκλαγξαν ἰδίαν ἔνθεόν τινα φωνήν· τὰ κοινὰ δὲ τῶν φθόγγων παραστήσας, ἐπὶ τὸ ἴδιον εὐθὺς τοῦ λόγου μετέβη, προσθεὶς

[3] Ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς.

Οὐ γὰρ ἀκήρατον φῶς, οὐδ'

sive propter consuetudinem à pueritia nobis assiduè insitam, sive propter immensitatem intervalli, remisso per tantum spacii sono. Atque hoc ita se habere testatur & Plato, qui à sua Republica Homerum abigit, ubi sic loquitur: Item supra singulos cœlestes orbes Sirenem unà circuire, musica voce modulantem, & cum universæ sint octo, unam harmoniam concini. Similiter Ephesius Alexander describens quomodo erraticæ stellæ ordine ferantur, de singulorum sonis hæc verba subdit:

Omnes harmoniam reddunt concentibus unam,
Dum sonitus edunt distantes limite certo,
Atque lyram pulsant septenis ordine chordis.

Hinc igitur patet non mutum esse, ac sine sono mundum. Princeps autem hujus opinionis Homerus est, qui solares radios allegoricè sagittas nominat, & per aërem delatas peculiarem quandam & divinam edidisse vocem ait. ac demum communi sonorum ratione memorata, proprium quiddam tali constitutioni adjicit, inquiens:

Ille ibat nocti similis.

Non enim sincera Solis lux,

1 Vide Diogenem Laërtium in vita Platonis.

2 Pro ἀστέρες in MS. invenerat Gesnerus perperam ἀστρῶς. quod ipse emendavit.

3 Il. α. v. 47.

nec atræ caliginis expers est, sed turbida nocte miscetur, qualis ferè solet pestilentiæ tempore diurnum lumen obumbrare. Sed quamobrem jaculandi cupidus Apollo,

Longius à Danaïs sedit, torsitque sagittas,
Stridenti sonitu ferientes aëra passim?

Nam si motus iracundia jaculabatur, propius sauciandos astare sagittantem oportuisset. At cum Solem innuat meritò pestilentium radiorum impetum eminus irruere fecit. Sed evidentissimum statim nostri sermonis testimonium subdidit, scribens,

Principio mulis canibusque miserrima pestis
Vim diram fecit.

Haud enim adeò præter rationem bruta animalia iratus Apollo confecisset, neque iracundiam suam temere in mulos & canes exercuisset, ut Thracium illud mancipium adversus Homerum calumnias fingit, nempe Zoilus Amphipolites, qui nusquam non hujusmodi nugas agit. Certe Homerus omnino naturæ rationem sequutus ita ostendit, quod usuvenire solet in pestifera constitutione. Experientia enim medicorum simul atque

ἀμιγὲς ἀχλύος μελαίνης ὑφίϛαται τὸ τοῦ ἡλίου, νυκτὶ δ' αὐτὸν ἐθόλωσεν, ὁποῖα σχεδὸν εἴωθεν ἐν τοῖς λοιμικοῖς πάθεσιν ἐπιπροσθεῖν, τῷ δ' ἡμέρας φέγγει. πῶς γε μὴν τοξάζειν ἐσπουδακὼς ἀπόλλων,

[1] Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν μετὰ δ' ἰὸν ἧκε.
Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο.

εἰ γὰρ οὖν δι' ὀργὴν ἐτόξευεν, ἐγγὺς ἔδει τοῖς τιτρωσκομένοις ἑϛάναι τὸν βάλλοντα. νῦν δ' ἀλληγορῶν τὸν ἥλιον, εἰκότως ἄπωθεν αὐτοῦ τὴν φορὰν τῆς λοιμικῆς ἀκτῖνος ὑπεϛήσατο. καὶ μὴν ἐναργέϛατον ἐπιφέρει μετὰ τοῦτο σημεῖον εἰπὼν,

[2] Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.

οὐ γὰρ οὕτως ἄκριτον ἦν παρανάλωμα τῆς ἀπόλλωνος ὀργῆς, τὰ ἄλογα τῶν ζώων. οὐδ' ἂν ὁ θυμὸς ἀφρόνως ἡμιόνοις ἐνήκμαζε καὶ κυσὶν, ὡς τὸ θρᾳκικὸν ἀνδράποδον ὁμήρου κατεξανίϛαται. λέγω δὲ, τὸν ἀμφιπολίτην ζωΐλον, ἄνω καὶ κάτω τοιούτους τινὰς λήρους φληναφοῦντα, ὅμηρος δὲ, καὶ σφόδρα φυσικῶς τὴν περὶ τὰ λοιμικὰ τῶν παθημάτων συντυχίαν διὰ τούτων παρίϛησιν. αἱ γὰρ ἐμπειρίαι, ἰατρικῆς

1 Il. α. v. 48. Male hic legebatur, ἀπάνευθεν ἰών.

2 Il. α. v. 50.

1 Gesne-

χῆς τε καὶ φιλοσοφίας ἔχουσαι δι' ἀκριβοῦς παρατηρήσεως, ἔγνωσαν ἐν ταῖς λοιμικαῖς νόσοις, τὸ δεινὸν ἀπὸ τῶν τετραπόδων ζώων ἀρχόμενον. κατ' ἄμφω δ' ἡ πρόφασίς ἐστιν εὔλογος, ὥς τ' εὐάλωτα πρὸς τὸ δεινὸν εἶναι. τῆς τε γὰρ διαίτης τὸ ἀκριβὲς [1] οὐ θηρᾶται, δι' ἣν ἀταμιεύτως σιτίων τε καὶ ποτῶν πιμπλάμενα διαφθείρεται, μηδενὸς λογισμοῦ τὴν ἐπὶ τὸ πλεῖον ὁρμὴν χαλινοῦντος. ἔπειθ' ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθές ἐστιν, οἱ μὲν ἄνθρωποι μεταρσίοις ταῖς ἀναπνοαῖς τὸν καθαρώτατον ἕλκοντες ἀέρα, βραδύτερον ἁλίσκονται τῷ πάθει. τὰ δ' ἐπὶ γῆς ἐρριμμένα ζῶα, τοὺς νοσώδεις ἐκεῖθεν ἀτμοὺς εὐμαρέστερον ἕλκει. πάνυ γε μὴν ἀληθῶς οὐκ ἐν ἀρτίαις ἡμέραις τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς νόσου δεδήλωκεν, ἀλλ' ἐν περιτταῖς·

philosophorum quàm diligentissimè observata, in pestilitate luem à quadrupedibus incipere, velutique præludere cognoscit. Duas enim ob causas probabilis est ratio, quod facilius hoc genere morbi quadrupedes corripiantur. Primum, quia victus accuratam regulam non sequuntur: quare cum cibis & potu incautè repleantur, nullo ratiocinio appetitionem nimiam refrenante, corrumpuntur. Deinde, quod & verius est, homines sublimi respiratione purissimum trahentes aërem, tardius afficiuntur: animantes autem in terram pronæ, morbosos inde vapores statim hauriunt. Ad hæc verissimè liberationem à morbo, non pari, sed impari dierum numero contigisse notavit;

[2] Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.

Ter tribus in Græcos sunt tela emissa diebus.

μάλιστα γὰρ ἐν τῇ παρ' ἕκαστα πείρᾳ γνώριμόν ἐστι τοῦθ', ὅτι κρίσιμοι τῶν σωματικῶν παθημάτων αἱ περιτταὶ γίγνονται τῶν ἡμερῶν. Αὐτὴρ δ' Ἀχιλλεὺς τῆς νόσου.

Siquidem experientia singulatim collecta notissimum est, impares dies corporum affectus indicare. Solvit autem morbum Achilles, utpote cujus præceptor fuerit

[3] Χείρων γάρ αὐτὸν ἐδίδαξε δικαιότατος Κενταύρων,

Chiron, Centauros inter justissimus omnes.

ὃς πάσῃ μὲν ἐκέκαστο σοφίᾳ·

Qui cum omni sapientia cla-

περιττὸς

1 Gesnerus negativam οὐ addidit, quam in suo codice manifesto errore omissam fuisse admonet. Defuit quoque in MS. Angl.

2 Il. α. v. 53.

3 Respicit ad v. 831. Iliad. λ.

Ὃν Χείρων ἐδίδαξε δικαιότατος Κενταύρων.

I 11.

rus; tum arte medendi eximius fuit, & (ut ajunt) Æsculapio familiaris. Cæterum Achilli medenti per naturalem allegoriam Junonem adjunxit:

Hoc etenim niveis Juno suggesserat illi,
Pulchra Jovis conjunx cubitis.

Quippe cum duo sint juxta naturales philosophos spiritalia elementa, æther inquam, & aër, Jovem sanè igneam substantiam facimus: Juno autem ei subjicitur, mollius elementum, ideóque fœmina. Verum paulo pòst hac de re exquisitius agetur: in præsentia vel hoc dixisse sufficiat, quòd aëre prius turbido jam dissipato, subito pestilitas discesserit. Nempe non frustra Junonem cognominavit λευκώλενον, id est albis cubitis decoram: sed propter eventum rei, quoniam caliginem nocti similem candidus aër subsequutus illustraverat. Postea morbo jam liberatus Græcorum exercitus ad ea se convertit quæ celebrari ab illis solent, qui ægritudinem evaserunt, videlicet expiationes atque lustrationes.

Lustrabant illi sese, tum sordida quæque
Purgamenta mari mandabant.

Ulysses etiam non alium mihi videtur oblato sacrificio pla-

περιττὸς δὲ ἦν τὴν ἰατρικὴν, ὅπου γνώριμον αὐτῷ φασὶν εἶναι καὶ ἀσκληπιόν. προσέθηκε δ᾽ ἀχιλλεῖ θεραπεύοντι, φυσικῶς ἀλληγορήσας θεὰν ἥραν.

[1] Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ
λευκώλενος ἥρη.

δύο γὰρ ὄντων κατὰ τοὺς φυσικοὺς τῶν πνευματικῶν στοιχείων, αἰθέρος τε καὶ ἀέρος, τὸν μὲν δία, τὴν πυρώδη φαμὲν οὐσίαν· ἡ δὲ ἥρα μετ᾽ [2] αὐτὸν ἐστιν ἀὴρ, μαλακώτερον στοιχεῖον, διὰ τοῦτο καὶ θῆλυ. τὰ δ᾽ ἀκριβῆ περὶ τούτου διαλεξόμεθα μικρὸν ὕστερον. νῦν δ᾽ ἀπόχρη τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι τοῦ πάλαι θολεροῦ διαχυθέντος ἀέρος, αἰφνιδίως διεκρίθη τὸ συμβάν. οὐδὲ γὰρ ἀλόγως λευκώλενον εἶπε τὴν ἥραν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ὅτι τῇ νυκτὶ προσεοικυῖαν ἀχλὺν, ὁ λευκὸς ἀὴρ ἐπὶ τὸ καθαρώτερον ἐλάμπρυνεν. εἶτ᾽ ἀνεθὲν τῆς νόσου τὸ ἑλληνικὸν πλῆθος, ἐπὶ τὴν συνήθη τοῖς ἀπηλλαγμένοις ὁδὸν ἐτράπη. λέγω δὲ τοὺς ὀνομαζομένους ἀποτροπιασμούς τε καὶ καθαρμούς.

[3] Οἱ δ᾽ ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς
ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον.

δοκεῖ δέ μοι καὶ ὀδυσσεὺς [4] οὐδὲν ἄλλο, ἢ τὸν ἥλιον ἱλάσκεσθαι, δι᾽ ἧς προσηνέγκατο θυσίας. ἀμέλει πανη-

1 Il. α. v. 55.
2 Ita MS. Angl. Excudebatur perperam, αὐτὸν δὲ ἀὴρ.
3 Ili. α. v. 314.
4 οὐδένα ἄλλον MS. Angl.

1 Il.

πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο.

[1] Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Δὴ τότε κοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός.

πέρας γάρ ἐςι τῆς εὐσεβείας ἡ δύσις, [2] ἕως ἀκούοντα καὶ βλέποντα τὸν θεὸν ἐτίμων. μηκέτι δ' αὐτοῦ τοῖς τελουμένοις παρεῖναι τὸ λοιπὸν δυναμένου, τὸ τῆς ἑορτῆς πέπαυται. πρός γε μὴν βαθὺν τὸν ὄρθρον ἀναχθέντων, φησὶν ὁ ποιητής.

[3] Τοῖσι δ' ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος ἀπόλλων.

τὸ περὶ τὸν ἥλιον ἐσπουδακὼς ἰδίωμα δηλοῦν. ἄχρι γὰρ οὐδέπω φλογώδης, οὐδ' ἔμπυρος ἐπὶ μεσημβρίαν ὁ δρόμος αὐτοῦ νένευκεν, ἡ δροσώδης ἰκμὰς ὑγρὸν τὸ περιέχον ἀφεῖσα, ἀμυδρὰ καὶ νωθῆ παραπέμπεται τὰ πρὸς ἕω πνεύματα. διὰ τοῦτο τὸ ὄρθριον ὁ ἥλιος αὐτοὺς ἐναυςόλησεν, ἱκανὸν ἀποςείλας ἄνεμον τὸν ἐκ τῆς ἰκμάδος πνέοντα. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἀλληγορίαν ἐπεδείξαμεν, οὐ θυμὸν ἀπόλλωνος ὀργισαμένου μάτην, ἀλλὰ φυσικῆς θεωρίας φιλοσοφοῦσαν ἔννοιαν.

Ἐφεξῆς δ' ἡμῖν σκεπτέον ὑπὲρ τῆς ἐφιςαμένης ἀθηνᾶς ἀχιλλεῖ.

care, quam Solem. ſiquidem, ut ait poëta,

Tota luce Deum placabant carmine læto,
Poſtquam autem ſerus ſol occidit, ortaque nox eſt,
Tum juxta naves carpebant munera ſomni.

Religionis enim finis occaſus eſt, qua audientem videntémque Deum colebant: poſtquam verò non amplius ceremoniis intereſſe poterat, ſolennitas deſinit. Cum autem ſummo mane ſolverunt ad redeundum, Poëta inquit:

Illis humentes flatus aſpirat Apollo.

proprium Solis affectum ſignificaturus. Quamdiu enim nondum flammeus, neque ignitus ad meridiem vergit ſolaris curſus, roſcidus humor aërem irrigans, tenues tardoſque flatus ad auroram excitat, propterea diluculo ipſos in navi deduxit Sol, ventum idoneum mittens ex humido reſpirantem. Hactenus primam allegoriam expoſuimus, qua conſtat Poëtam non temerariam Apollinis iracundiam, ſed naturalis ſpeculationis philoſophicam rationem deſcripſiſſe.

Jam porrò de Minerva Achilli aſtante commentabimur:

[1] Ἕλκε

1 Il. α. V. 475.

2 Alluſio ad verſum 277. Il. γ. qui & alibi ſæpe repetitur.

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

3 Verſus eſt Ili. α. V. 479. ſed qui ſic

Ingentem gladium nudabat; & ecce Minerva
Pallas adest, liquidas cælo delapsa per auras.
Juno namque ipsam Saturnia miserat, ambos
Ex æquo salvos cupiens, & amore benigno
Utrumque amplectens. Tunc ergo sedula Pallas
Retro Peliden traxit flavente capillo,
Apparens soli. ast aliorum nemo videbat.
Ille stupet subito, statim & conversus, amicam
Pallada præsentem ac splendentia lumina noscit.

In his versibus obvius statim verborum sensus est, quod Dea interim dum evaginaret gladium Achilles, omni velocitate celerior, cœlesti sede relicta, cædem committi prohibuerit: figura planè graphica, & ad vivum expressa, cæsariem Achillis à tergo tenaciter apprehendens. Verum latet omnino splendida quædam & philosophica scientia, si allegoriam scruteris. Et sanè hoc in loco rursus apparet quàm ingratus erga Homerum in sua Republica Plato sit, cum hinc suam de anima opinionem mutuatus sit. Universam enim animam in duas partes distinxit, rationalem & rationis expertem, ut ipse vocat. Posteriorem iterum bipartitò dividit,

[1] Ἕλκε γὰρ ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος· ἦλθε δ' ἀθήνη
Οὐρανόθεν. πρὸ γὰρ ἧκε θεὰ λευκώλενος ἥρη.
Ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε, κηδομένη τε.
Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε πηλείωνα
Οἴῳ φαινομένη. τῶν δ' ἄλλων οὔ τις ὁρᾶτο.
Θάμβησεν δ' ἀχιλεὺς, μετὰ δὲ τράπετ'. αὐτίκα δ' ἔγνω
Παλλάδ' ἀθηναίην. δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν.

Τὸ μὲν γὰρ πρόχειρον ἐκ τῶν λεγομένων ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι μεταξὺ τοῦ σπωμένου σιδήρου, θεὰ παντὸς ὀξυτέρα τάχους τὴν οὐράνιον ἐκλιποῦσα διατριβὴν, ἐμποδὼν ἔστη τῇ μιαιφονίᾳ, πάνυ γραφικῷ σχήματι τῆς κόμης ἀπρὶξ ὄπισθεν ἀχιλλέως λαβομένη. λαμπρά γε μὴν καὶ λίαν φιλόσοφος ὑφεδρεύει τοῖς νοουμένοις κατ' ἀλληγορίαν ἐπιστήμη. πάλιν οὖν ὁ πρὸς ὅμηρον ἀχάριστος ἐν τῇ πολιτείᾳ πλάτων ἐλέγχεται διὰ τούτων τῶν ἐπῶν, τὸ περὶ τῆς ψυχῆς δόγμα νοσφισάμενος ἀπ' αὐτοῦ. τὴν γὰρ ὅλην ψυχὴν διήρηκεν εἰς γένη δύο, τό, τε λογικὸν, καὶ τὸ ἄλογον ὑπ' αὐτοῦ προσαγορευόμενον. τοῦ δὲ ἀλόγου

sic legatur in probatis exemplaribus.
Τοῖσιν δ' ἴκελμον ἦρον ἴει.

1 Locus est Iliad. α. v. 194. In primo versu legitur ἕλκε γὰρ pro ἕλκετο δ'. In quinto 3 τράπετ' pro δ' ἐτράπετ'. Vide Plutarchum in libro de Homero, eodem sensu iisdem pene verbis hunc locum explicantem.

γοῦ μέρους, ἰδιωτικωτέραν ὑφίσαται διαίρεσιν, εἰς δύο μορίζων. καὶ τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν ὀνομάζει, τὸ δ' ἕτερον θυμοειδές. [1] καθάπερ δὲ οἴκους τινὰς ἑκάστῳ μερίζει, καὶ διατριβὰς ἐν τῷ σώματι διένειμεν. τὸ μὲν οὖν λογικὸν τῆς ψυχῆς, ὡς ἀκρόπολίν τινα τὴν ἀνωτάτω τῆς κεφαλῆς μοῖραν εἰληχέναι νομίζει, πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις ἐν κύκλῳ δορυφορούμενον· τοῦ δ' ἀλόγου μέρους ὁ μὲν θυμὸς οἰκεῖ περὶ τὴν καρδίαν· αἱ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν ὀρέξεις, ἐν ἥπατι. ταῦτα δὲ ἀλληγορικῶς ἐν τῷ Φαίδρῳ προσωμοίωσεν ἵπποις τε καὶ ἡνιόχῳ, διαῤῥήδην λέγων. ὁ μὲν τοίνυν αὐτῶν ἐν τῇ καλλίονι στάσει ὤν, τό, τ' εἶδος ὀρθὸς, καὶ διηρθρωμένος, ὑψαύχην, ἐπίγρυπος, λευκὸς ἰδεῖν, μελανόμματος, τιμῆς ἐραστὴς, μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς, καὶ [2] ἀληθινῆς δόξης ἑταῖρος, ἄπληκτος, κελεύσματι καὶ λόγῳ μόνῳ ἡνιοχεῖται. ταῦτα μὲν περὶ θατέρου μέρους τῆς ψυχῆς. περὶ δὲ τοῦ λοιποῦ φησιν· ὁ δ' αὖ σκολιὸς, πολὺς, εἰκῇ συμπεφορημένος, κρατεραύχην, πολυτράχηλος, σιμοπρόσωπος, μελανόχρως, γλαυκόμματος, ὕφαιμος, ὕβρεως καὶ ἀλαζονείας ἑταῖρος, [3] περιωτάλσιος,

alteram ejus partem nominans cupidam, & alteram animosam. Tum singulis sua velut domicilia destinat, & certas in corpore sedes distribuit. Rationalem igitur partem in suprema capitis regione tanquam arce collocat, omnibus undique sensuum organis ceu satellitibus munitam: partis autem brutæ, animositas quidem circa cor versatur; cupiditatum verò appetitus in jecinore. Hæc ille per allegoriam in Phædro equis & aurigæ confecit, his planè verbis evidenter usus: Alter igitur ex ipsis melius constitutus est, specie rectus, articulatus, alta cervice, resimus, albus aspectu, oculis niger, honoris amans cum temperantia & verecundia, veræ gloriæ studiosus, & nullis stimulis agens, soláque hortatione & ratione regitur. Hæc Plato de una parte animæ. de altera vero sic inquit: Alter obliquus est, impetuosus, temere fertur, robusta cervice, collo brevi, sima facie, colore nigro, glaucis oculis, & subcruentis, injuriæ & arrogantiæ plenus, circa aures hirsutus, surdus, flagello simul

1 καὶ καθάπερ δὲ MS Angl.

2 Vocem ἀληθινῆς, quem in MS. suo omissam invenerat, (ut & in Angl. defuit) è Platonis Phædro, de meliori equo, restituit Gesnerus. Idem v. 14 de altero equo, pro πολυτράχηλος, legendum monet βραχυτράχηλος, ut in Platone habetur, & rationi consonum est. Sic enim equo meliori, qui ὑψαύχην est, hic erit contrarius.

3 Emendata lectio habet, περὶ ὦτα λάσιος.

& stimulo vix cedens. Cæterum rationalem animæ partem reliquarum aurigam fecit, ita inquiens. Porrò de principe animæ nostræ specie, ita est sentiendum. Nempe hanc Deus ut dæmonem nostrum cuique tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli cognationem a terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potius quàm terreno semine nata. Hæc sanè omnia ex Homericis carminibus ceu fonte quodam, in suos dialogos Plato traduxit. Sed primum de brutis partibus considerandum est. Nam quod iracundia seu animositas circa cor sita sit, Ulysses apertè ostendit, cum procis iratus cor pulsat, ceu domicilium quoddam, in quo improbitatis odium habitaret,

τάλσιος, ὑπόκωφος, μάστιγι μετὰ κέντρου μόλις ὑπείκων. τὸ μέντοι λογικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, ὃ ἐν τῇ κεφαλῇ καθίδρυτο, τῶν ὅλων πεποίηκεν ἡνίοχον, οὑτωσὶ λέγων· [1] ἐπὶ δὲ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους, διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ τοῦτο, ὃ δὴ φαμὲν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρῳ τῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ ξυγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν, ὡς ὄντας φυτὸν οὐκ ἐπίγειον, ἀλλ' οὐράνιον. ταῦτα τοίνυν [2] ὥσπερ ἐκ πηγῆς τῶν ὁμηρικῶν ἐπῶν εἰς τοὺς ἰδίους διαλόγους ὁ Πλάτων μετήρδευσεν. καὶ πρῶτόν γε περὶ τῶν ἀλόγων μερῶν τῆς ψυχῆς σκεπτέον. [3] ὅτι μὲν γὰρ ὁ θυμὸς εἴληχε [4] τὸν ὑποκάρδιον χῶρον, ὁ Ὀδυσσεὺς τοῦτο ποιήσει σαφὲς ἐν τῇ κατὰ μνηστήρων ὀργῇ, καθάπερ οἶκόν τινα τῆς μισοπονηρίας θυροκρουστῶν τὴν καρδίαν.

Et pectus quatiens, animum reprehendit, aitque:
Hoc quoque sustineas, quondam graviora tulisti.

[5] Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ,
Τέτλαθι δὴ κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Ἀφ'

κάστῳ. Sequens autem vox ὑπείκωσθαι apud Platonem sine præpositione legitur. Gesn.

1 Platonis in Timæo verba sic integre legentur: τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους, διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε. ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τοῦτο. Post v. 13. pro ἐπίγειον, in Platone ἔγγειον scriptum reperitur. Gesn.

2 Simile pene illud Nasonis.

Aspice Mæoniden, à quo sic fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

3 Probat adductis exemplis, Platonis animæ in tres partes divisionem ab Homero desumptam fuisse. Hoc autem ordine procedit, ut secundam partem divisionis primo, tertiam secundo, primam tertio & ultimo loco probet. Vide Plutarch. in libro de Homero.

4 Potius περικάρδιον legerim, voce magis usitata, & sententiâ magis Platonicâ. Gesn.

5 Od. υ. v. 17. Vide Plutarchum ibidem hunc eundem versum in medium proferentem.

Ee 1 Od.

ἀφ' ἧς γὰρ αἱ θυμικαὶ βρύουσι πηγαὶ, πρὸς ταύτην ὁ λόγος ἀποκλίνων. τόν γε μὴν τιτυὸν ἐρασθέντα τῶν διὸς γάμων, ἀφ' οὗ μέρους ἤρξατο νοεῖν, εἰς τοῦτο ὑφίσταται κολαζόμενον.

[1] Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον.

Ἀντὶ τίνος ὅμηρε;

[2] Λητὼ γὰρ εἵλκυσε διὸς κυδρὴν παράκοιτιν.

Ὥςπερ δὲ οἱ νομοθέται τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦσι, τὸ δυσσεβῆσαν αὐτῶν μέρος ἐξαιρέτως ἀποτέμνοντες, οὕτως ὅμηρος ἐν ἥπατι κολάζει τὸν δι' ἧπαρ ἀσεβήσαντα. περὶ μὲν δὴ τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς μερῶν, οὑτωσὶ πεφιλοσόφηκεν. λοιπὸν οὖν καταλείπεται ζητεῖν, ἐν ᾧ τόπῳ τὸ λογικὸν ἵδρυται μέρος. ἔςι τοίνυν ἡ κεφαλὴ καθ' ὅμηρον ἐν τῷ σώματι τὴν κυριωτάτην εἰληχυῖα τάξιν. ὅλον οὖν εἴωθεν ὀνομάζειν τὸν ἄνθρωπον, ἐξαιρέτως ἀφ' ἑνὸς τοῦ κρατίςου τὰ λοιπὰ δηλῶν,

[3] Τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχεν,

κἀνθ'.

καὶ σαφέςερον ἐπὶ τοῦ νέςορος ἵππου, κυριώτατον ἀποφαίνεται τοῦτο τὸ μέρος.

Sic istam partem alloquitur, à qua fons animositatis scaturit. Quinetiam Tityum Jovis nuptiarum amore captum, ea parte luere pœnam facit, quæ primum de libidine cogitaverat:

Hepar ei vultur mordens rodebat utrinque.

Quamobrem Homere?

Ausus enim fuerat quondam cælestis amores
Sollicitare Jovis Latonam.

Quemadmodum enim legislatores manus parricidis amputant, illam præcipuè partem mutilantes quæ scelus commisit: ita Homerus eum cujus jecur deliquerat, jecinoris pœna afficit. De brutis igitur animæ partibus hoc modo philosophatus est. Restat inquirendum, in quo loco pars rationalis posita sit. Caput itaque juxta Homerum, maximè principem in corpore situm obtinet: unde ejus tanquam dignissimi nomenclatura universum hominem appellat, per excellentiam reliqua simul innuens, ut cum dicit,

Tale caput cava ipsorum tellure jacebat
Conditum.-

Et manifestius de Nestoris equo scribens, potissimam hanc esse partem declarat his verbis:

—[1] Ὅθι

1 Od. λ. Ver. 577.

2 Ibid. v. 579. ubi scribitur, ἕλκησε.

3 Od. λ. v. 548. Nec hoc loco tantum, sed alibi sæpe, ut Od. α. 343. quo utitur Plutarchus in lib. de Hom. in eandem fere sententiam.

1 Il.

— Qua parte cerebri
Caprona pendent, & vulnus
letificum fit.

Eandem verò ſententiam ſub involucro confirmans, de Minerva hæc tradidit. Cum enim Achilles ira plenus ad ferrum rueret, obtenebrata ratione, quæ in capite manet, ab iracundia pectus obſidente, ac indignante ebrietate, mens ad meliorem ſtatum & ſobrietatem paulatim ſe recepit. Conjuncta autem prudentiæ pœnitudo, jure in poëſi Minerva exiſtimatur. Propemodum enim ejus nomen non aliunde quam ab intellectu formatum videtur, ut Minerva Græcis ἀθηνᾶ vocetur, tanquam ἀθρηνᾶ, id eſt, contemplatrix, & nihil non puriſſimis rationibus perſpiciens. Quocirca & virginem ipſam permanere voluerunt. Nam prudentiæ vis incorrupta perpetuò durat, nec ulla poteſt macula contaminari. Quin & ex Jovis capite nata creditur. Hunc enim locum præcipuè rationum eſſe matrem demonſtravimus. Verum quid attinet prolixam orationem ſcribere? nihil aliud Minerva eſt quàm perfecta

— [1] ὅθι τε πρῶται τρίχες ἵππων
Κρανίῳ ἐμπεφύασι, μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι.

ταύτην δὲ τὴν δόξαν ἀλληγορικῶς βεβαιῶν, τὰ κατὰ τὴν ἀθηνᾶν ἡμῖν παραδέδωκεν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἀχιλλεὺς ὑπόπλεως ὀργῆς γενόμενος ὥρμησεν ἐπὶ τὸν σίδηρον, ἐπισκοτευμένου τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν λογισμοῦ τοῖς περὶ τὰ στέρνα θυμοῖς, κατ' ὀλίγον ἐκ τῆς ἀγανακτούσης μέθης ὁ νοῦς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀνένηψεν. ἡ δὲ σὺν φρονήσει μετάνοια, δικαίως ἐν τοῖς ποιήμασιν ἀθηνᾶ νομίζεται. σχεδὸν γὰρ ἡ θεὸς, οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ συνέσεως ἐπώνυμός ἐστιν, ἀθρηνᾶ τις οὖσα, καὶ πάντα τοῖς λεπτοτάτοις ὄμμασι τῶν λογισμῶν διαθρανοῦσα, [2] διὸ δὴ καὶ παρθένον αὐτὴν ἐτήρησαν. ἄφθορον γὰρ ἀεὶ τὸ φρόνημα, οὐδεμιᾷ κηλῖδι μιανθῆναι δυνάμενον, [3] ἐκ τε τῆς τοῦ διὸς κεφαλῆς γεγενῆσθαι δοκεῖ. τοῦτον γὰρ ἀπεφηνάμεθα τὸν χῶρον ἰδίως λογισμῶν εἶναι μητέρα. καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ μηκύνειν; οὐδὲν, ἢ τελέως φρόνησις

1 Il. θ. v. 83. Exemplaria Homerica habent ὅθι τε.

2 Ut ipſe Homerus initio Hymni εἰς Ἀφροδίτην, ſi modo illius auctor ſit.

Τρισσὰς δ' οὐ δύναται πεπιθεῖν φρένας οὐδ' ἀπατῆσαι,
Κούρην τ' αἰγιόχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην.

3 Alludere videtur ad hæc verba hymni in Palladem

— τὴν αὐτὸς ἐγείνατο μητίετα Ζεὺς
Σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς &c. & ver. 323. hymni in Apollinem conquerentis Junonis ſunt verba,

Πῶς ἔτλης οἶος τεκέειν γλαυκῶπιν Ἀθήνην;

σις αὕτη. τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν διαφλεξάντων ἀχιλλέα θυμῶν, ὥσπερ τι σβεστήριον κακοῦ φάρμακον ἐπέστη.

prudentia. Itaque iracundiæ, quæ Achillem inflammaverat, veluti remedium ad extinguendum malum astitit.

— [1] Ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε πηλείωνα.

Retro Peliden traxit flavente capillo. -

παρ' ὃν μὲν γὰρ ὀργίζεται καιρὸν, ἐν τοῖς στέρνοις ὁ θυμὸς ἕστηκεν. ἕλκων γὰρ τὸ ξίφος,

Quo namque tempore irascitur, in pectore sita est iracundia. evaginans enim gladium,

[2] Στήθεσσι λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν.

Anceps consilium meditatur pectore forti.

ἡνίκα δ' ἡ ὀργὴ πέπειρα γίνεται, [3] μετειλήχασι δ' αὐτὸν οἷα μετανοοῦντα ἤδη λογισμοὶ, τῆς κεφαλῆς ἀπρὶξ ἡ φρόνησις εἴληπται. [4] θάμβησεν δ' ἀχιλλεὺς, [5] τὸ πρὸς πάντα κίνδυνον ἀτρεμὲς αὐτοῦ καὶ ἀκατάπληκτον ὁρῶν, ἐφοβήθη τὴν ἐκ λογισμῶν ἄνοιαν. ἐπιγνοὺς δ' εἰς οἷον κακὸν προκυλισθῆναι παρὰ μικρὸν ἔμελλεν, ὡς ἡνίοχον εὐλαβήθη τὸν ἐφεστῶτα νοῦν, ὅθεν οὐδὲ παντελῶς ἀπήλλακται τῆς ὀργῆς. ἐπιφέρει γοῦν,

Ubi verò ira jam matura est, & rationes ipsum tanquam pœnitentia ductum jam afficiunt, tum verò tenaciter prudentia caput occupat:

Ille stupet subito.

Sic animus Achillis intrepidus, & terroris nescius, cum rationis judicium videret, pertimuit. Cùm enim animadvertisset in quantum malum illapsurus esset propemodum, veluti aurigam reveritus est mentis imperium: verum non omnino iram remisit. Itaque subdit poëta:

[1] ἀλλ'

1 Hemistichium Il. α. 197. Vide, ut jam admonuimus Plutarchum in lib. de Hom.

2 Il. α. ver. 189. At metri causa legendum Στήθεσσι. Quod autem dicit Heraclides Achillem hæc cogitasse ἕλκοντα τὸ ξίφος, Homero repugnare videtur, qui illam cogitationem & deliberationem ponit ante gladii extractionem. Verum excusari forte potest quod dixerit Homerus ἕως.

3 Ita MS. Angl. editum male, αὐτό.

4 Iliad. α. v. 199. Vide consensum Plut. cum isto authore loco sæpiùs citato, ut ferme persuasum habeam aut istum ab illo, aut illum ab isto desumpsisse.

5 In hoc loco de Achille, quem Minerva capillis apprehensum retraxerat, post hæc verba, τὸ πρὸς πάντα κίνδυνον ἀτρεμὲς αὐτοῦ καὶ ἀκατάπληκτον, ita lego, ἐφοβήθη τὴν ἐκ λογισμῶν διάνοιαν ὁρῶν. ut non ἄνοιαν, sed διάνοιαν, & participium neutri generis ὁρῶν in fine sententiæ legatur. Gesn. MS. Angl. λογισμῶν μετάνοιαν.

1 Ili.

Tu verbis illum duris incessito.

Quod si Dea auxiliata ei fuisset, prorsus sanè integram affectionis tranquillitatem effecisset. Sed cum ratio humana fuerit, gladium coëgit reprimere, & audaciam quæ ad facinus usque procedit, ademit. remanent autem adhuc vestigia iræ. Non enim universim unoque tempore magni perturbationum motus amputantur. Hactenus igitur dictum nobis sit de allegoria Minervæ, quam Homerus inter Achillis adversus Agamemnonem impetum intercessisse confinxit.

Porrò gravissimum hoc Homeri crimen fuerit, & modis omnibus damnandum, nisi fabulæ involucrum proposuerit, ut in sequentibus apparebit: quod (ut Achillis ad Thetidem verba sonant) Jovem omnium principem,

Cum superi vellent duris constringere vinclis,
Juno, Neptunúsque simul, Pallásque Minerva,
Tum tu diva parens solvisti è nexibus ipsum,
Centimanum accersens in cælum, Dii Briarea,
Ægæona vocant homines.

[1] Ἀλλ' ἤτοι ἔπεσι μὲν ὀνείδισον, ὡς ἔσεταί περ.

θεὰ μὲν οὖν βοηθοῦσα πάντως ἂν ὁλόκληρον εἰρήνην τοῦ πάθους κατεσκεύασεν. ἐπειδὴ δὲ λογισμὸς ἀνθρώπινος ἦν, τὸ ξίφος ἀνεῖρξεν ἀναγκαίως. καὶ τὸ μὲν ἄχρι τῶν ἔργων τολμηρὸν ἐκκέκοπται. ὑπομένει δὲ ἔτι λείψανα τῆς ὀργῆς. [2] οὐ γὰρ ἀθρόον ὑφ' ἕνα καιρὸν οἱ μεγάλοι θυμοὶ τῶν παθῶν ἀποκόπτονται. καὶ τὰ μὲν περὶ ἀθηνᾶς, ἣν μεσῖτιν ὑπεστήσατο τοῦ πρὸς ἀγαμέμνονα θυμοῦ, αὐτῆς ἀλληγορίας ἀξιούσθω.

Βαρύτατον δ' ἔγκλημα κατὰ ὁμήρου, καὶ πάσης καταδίκης ἄξιον, εἴπερ ἄρα μεμύθευκεν, ὡς ἐν τοῖς ἑφεξῆς ἔνεστιν εὑρεῖν, [3] ὅτε [4] τὸν [5] ἁπάντων ἡγεμόνα

— Ξυνδῆσαι ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη τ' ἠδὲ ποσειδάων, καὶ παλλὰς ἀθήνη.
Ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐλθοῦσα θεὰ ὑπελύσαο δεσμῶν,
Ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' εἰς μακρὸν ὄλυμπον,
Ὃν βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίων' ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων.

Ἐν

1 Ili α. ver. 211. Alii ἔπεσιν.
2 οὐ γὰρ ἀθρόως. MS. Angl.
3 Locus est Il. α. ver. 399. ubi pro his verbis legitur,
4 ὅτι τὸν ἁπάντων. MS. Angl.
5 Alludere videtur ad illud Homeri Il. δ. 7. v. 61.

— σὺ δὲ πᾶσι μετ' ἀθανάτοισιν ἀνάσσεις.

Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι &c. sed Heraclides suis non Homeri verbis locum indicat. Locus est Iliad. α. v. 399.

Ἐν τούτοις τοῖς στίχοις ἄξιός ἐστι ὅμηρος οὐκ ἐκ μιᾶς τῆς πλάτωνος ἐλαύνεσθαι πολιτείας, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἡρακλέους φασὶν ἐσχάτας στήλας, καὶ τὴν ἄβατον ὠκεανοῦ θάλασσαν. ζεὺς γὰρ ὀλίγου δεσμῶν πεπείραται, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ συνιστᾶσιν οὐχ οἱ τιτᾶνες, οὐδὲ τὸ κατὰ παλλήνην θράσος γιγάντων, [1] ἀλλ᾽ ἥρα, διπλοῦν ὄνομα, φύσεως καὶ συμβιώσεως, [2] ὅτ᾽ ἀδελφὸς ποσειδῶν ἐξ ἴσου νεμηθεὶς ἅπαντα, καὶ οὐχὶ τοῦ διαμαρτεῖν ἧς ὤφειλε τιμῆς ἀξιοῦσθαι. κατὰ τοῦ πλεονεκτήσαντος ἠγανακτηκώς. τρίτη δ᾽ ἀθηνᾶ διὰ μιᾶς ἐπιβουλῆς εἰς πατέρα καὶ μητέρα [3] δυσσεβοῦσα. νομίζω δὲ ἔγωγε τῆς ἐπιβουλῆς διὰ τὴν σωτηρίαν ἀπρεπεστέραν. θέτις γὰρ αὐτὸν ἀπήλλαξε τῶν δεσμῶν, καὶ βριαρέως. ἀπρεπεῖς δ᾽ αἱ τοιαῦται ἐλπίδες, ὡς τοιούτων δεηθῆναι συμμάχων.

Ex hisce versibus dignus videtur Homerus, qui non solum ex una Platonis Repub. abigatur, sed ultra Herculis (quod ajunt) extremas columnas, & invium Oceani mare. Summus enim Jupiter tantum non experitur vincula, & insidias ei moliuntur non Titanes, neque audacia Gigantum in Pallene monte, sed ipsa Juno tum soror ejus, tum conjunx, & frater Neptunus, æqualem cum eo mundi partem gubernans, nec indignatus contra nimium arrogantem sibi Jovem, neque metu motus ne honore debito privaretur: & cum his tertia Minerva, per easdem insidias in patrem simul ac matrem impia. Verum ut opinor, multo absurdior Jovi liberatio contigit, quam insidiæ. Nam Thetis & Briareus vinculis eum liberarunt. A talibus enim sperare salutem, & hujusmodi auxiliatoribus egere, indecorum est.

Ταύτης τοίνυν τῆς ἀσεβείας ἕν ἐστιν ἀντιφάρμακον, ἐὰν ἐπιδείξωμεν ἠλληγορημένον τὸν μῦθον. ἡ γὰρ ἀρχέγονος ἁπάντων καὶ πρεσβυτέρα φύσις ἐν τούτοις τοῖς ἔπεσι θεολογεῖται. καὶ τῶν φυσικῶν

Cæterum ad excusandam hanc impietatem unicum existit remedium, si fabulam allegoricè confictam probaverimus. Nam primitiva & antiquissima omnium natura his carminibus sancte insinuatur,

κατὰ

1 Alludit ad versum 60. Il. δ.
Ἀμφότερον γενεῇ τε καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις
Κέκλημαι. Observabis ὄνομα hic accipiendum ut κέκλημαι apud vatem: qua de re consule Eustathium.

2 Alludere videtur Heraclides ad Il. ο. ver. 187. Vide Plut. in lib. de Hom.

3 Respicit illud Homericum supra adductum.
— τὸν αὐτὸς ἐγείνατο μητίετα Ζεύς.

1 Ut

& naturalium de elementis dogmatum unus ac primus autor Homerus est, singulis post ipsum, suæ cuique opinionis quam ipse invenisse existimabatur, præceptor. Thaletem enim Milesium primum ajunt, rerum omnium & mundi totius generationis primordium aquam asseruisse. Etenim aquæ natura cum facile in singula mutetur, varias formas induere solet. Nam pars ejus evaporans, aër fit: cujus iterum tenuissima portio succensa in ætherem abit: subsidens autem aqua, & in cœnum conversa, tellus evadit. Quapropter aquam, ut quæ inter quatuor elementa maximè causæ rationem haberet, elementi nomine præ cæteris dignatus est Thales. Sed quis hujusce opinionis autor est? An non Homerus? qui dixit,

Oceanus cunctis qui dat primordia rebus.

Oceanum autem nominasse videtur, quoniam fluendo velox est: quod Græci dicunt, ὅτι ὠκέως νάει. Hunc igitur omnis regenerationis parentem fecit. Anaxagoras verò Clazomenius, qui familiaris successorque Thaletis fuit, terram alterum elementum aquæ conjunxit, ut mixtus humor sicci-

κατὰ στοιχεῖα δογμάτων εἷς ἀρχηγὸς ὅμηρος. ἑκάστῳ τοίνυν τῶν μετ' αὐτὸν, ἧς ἔδοξεν εὑρεῖν ἐπινοίας, γεγονὼς διδάσκαλος. [1] θάλητα μέν γε τὸν μιλήσιον ὁμολογοῦσι πρῶτον ὑποστήσασθαι τῶν ὅλων κοσμογόνον στοιχεῖον τὸ ὕδωρ. [2] ἡ γὰρ ὑγρὰ φύσις εὐμαρῶς εἰς ἕκαστα μεταπλαττομένη, πρὸς τὸ ποικίλον εἴωθε μορφοῦσθαι. τό, τε γὰρ ἐξατμιζόμενον αὐτῆς ἀεροῦται, καὶ τὸ λεπτότατον ἀπὸ ἀέρος αἰθὴρ ἀνάπτεται, συνιζάνον τε τὸ ὕδωρ, καὶ μεταβαλλόμενον εἰς ἰλὺν ἀπογαιοῦται. διὸ δὴ τῆς τετράδος τῶν στοιχείων, ὥσπερ αἰτιώτατον ὁ θαλῆς ἀπεφήνατο στοιχεῖον εἶναι τὸ ὕδωρ. τίς οὖν ἐγέννησε ταύτην τὴν δόξαν; οὐχ ὅμηρος; εἰπὼν,

[3] Ὠκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται,

φερωνύμως μὲν ὠκεανὸν εἰπὼν τὴν ὑγρὰν φύσιν, παρὰ τὸ ὠκέως νάειν, τοῦτον δ' ὑποστησάμενος ἁπάντων γενεάρχην. ἀλλ' ὁ κλαζομένιος ἀναξαγόρας κατὰ διαδοχὴν γνώριμος ὢν θάλητος, συνέζευξε τῷ ὕδατι δεύτερον στοιχεῖον τὴν γῆν, [4] ἵνα ξηρῷ μιχθὲν ὑγρὸν, ἐξ ἀντιπάλου φύσεως, εἰς μίαν

1 Ut Diogenes Laërtius in ejus vita, & Plutarchus in lib. de Homero.

2 Vocem ὑγρὰ, quæ in edito deest, ex Angl. MS. reposui.

3 Il. ξ. ver. 246. ubi legitur Ὠκεανοῦ. Vide Plut. loco citato eo ipso testimonio utentem.

4 Laërtius in ejus vita refert eum dixisse, ζῷα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ καὶ θερμοῦ καὶ γεώδους. in quo pene cum Heraclide consentit.

μίαν ὁμόνοιαν ἀνακραθῇ. καὶ ταύτην δὲ τὴν ἀπόφασιν πρῶτος ὅμηρος ἐγεώργησεν, ἀναξαγόρᾳ σπέρματα τῆς ἐπινοίας χαρισάμενος, ἐν οἷς φησι,

[1] Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ
καὶ γαῖα γένοισθε.

πᾶν γὰρ τὸ φυόμενον ἔκ τινων, εἰς ταῦτα ἀναλύεται διαφθειρόμενον ὥσπερεὶ τῆς φύσεως ἃ δεδάνεικεν ἐν ἀρχῇ χρέα κομιζομένης ἐπὶ τέλει. διὸ δὴ τοῖς κλαζομενίοις δόγμασιν ἑπόμενος εὐριπίδης φησί, Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντα εἰς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθρίου βλαστόντα γονῆς, εἰς αἰθέρα. καταρώμενος οὖν ὁ ποιητὴς τοῖς ἕλλησι, μίαν εὗρεν ἀρχὴν φιλόσοφον, εἰ πάλιν ὕδωρ καὶ γῆ γένοιντο, διαλυθέντες εἰς ταῦτα, ἀφ' ὧν ἐπήχθησαν ὅτε ἐγεννῶντο. ἐσχάτη τοίνυν ὑπὸ τῶν μεγίστων φιλοσόφων ἡ τελεία τετρὰς ἐν τοῖς στοιχείοις συνεπληρώθη. δύο μὲν γὰρ ὑλικά φασιν εἶναι, γῆν τε καὶ ὕδωρ· δύο δὲ πνευματικὰ, αἰθέρα τε καὶ ἀέρα. τούτων δὲ τὰς φύσεις ἀλλήλαις ἐναντία φρονούσας, ὅταν εἰς τὸ αὐτὸ κραθῶσιν, ὁμονοεῖν. ἆρ' οὖν εἴ τις θέλοι τἀληθὲς ἐξετάζειν, οὐχὶ καὶ ταῦτα τὰ στοιχεῖα παρ' ὁμήρῳ φιλοσοφεῖται; [2] καὶ

tati, ex contraria natura ad mutuam concordiam temperaretur. Atqui etiam hanc sententiam primus coluit Homerus, & Anaxagoræ semina opinionis suæ mutuavit ut hoc in loco:

Vos autem cuncti tellus fiatis,
& unda.

Nam omne corpus in ea demum fatiscens resolvitur, ex quibus initio natum erat: veluti restituente tandem natura mutuum, quod in principio mutuata fuerat, aut contractum olim debitum solvente. Quare dogma Clazomenium secutus etiam Euripides, inquit:

Retrorsum eunt tellure nata in
tellurem,
Et æthereo semine genita fiunt
æther.

Poëta igitur Græcos execratus, uno ex philosophicis principiis à se reperto usus est. Imprecatur enim ut in aquam & terram redeant, in ea corpora soluti, unde primitus egressi natique fuerant. Postremus autem a maximis philosophis elementorum quaternarius absolutus est, qui elementa duo statuunt ratione materiæ, terram & aquam: item alia duo spiritalia, ætherem & aërem. Illorum verò naturas inter se contrarias, ubi in unum corpus mixtæ fuerint, concordes ajunt fieri. An non autem, si quis veritatem studiosè quærat, eadem hæc elementa sapienter ab Homero commemorata

περὶ

1 Il. η. ver. 99. vide Plutarchum loco citato.
2 Respicit ad initium Il. o. ver. 18.

Consentit cum authore nostro Plutarchus de Homero, in hujus, ut cæterarum, allegoriæ expositione.

1 Hic

morata reperiet? Verum de Junonis vinculis, per quæ ordo quatuor elementorum insinuatur, postea suo loco dicemus. In præsentia ad probandum sermonem nostrum, sat efficax fuerit juramentum his verbis in tertia Rhapsodia descriptum:

Jupiter omnipotens, clarissime, maxime divûm,
Et tu Sol qui cuncta vides, audisque per orbem,
Et fluvii & tellus, & qui perjuria subtus
Omnia punitis hominum, qui falsa loquuntur.

Primo velocissimum ætherem invocat, supremo loco situm, qui meo quidem judicio Jupiter appellatur, ζεὺς dictus à Græcis. cujus nominis origo est, vel quia τὸ ζῆν, id est, vitam immortalibus exhibeat: vel ab igneo fervore, quem ζέσιν Græcè vocamus. Quin & Euripides æthera supernè tensum Jovem esse voluit, in his carminibus:

Videsn' in alto qui situs ingens æther est,
Ulnisque terram mollibus complectitur?
Hunc tu Jovem putabis, ac summum Deum.

περὶ μὲν τῶν ἥρας δεσμῶν, ἐν οἷς ἡ τάξις ἠλληγόρηται τῶν τεττάρων στοιχείων, εὐκαιρότερον αὖθις ἐροῦμεν. νῦν δ' ἀποχρῶσιν οἱ κατὰ τὴν τρίτην ῥαψῳδίαν ὅρκοι, τὸ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν βεβαιῶσαι.

[1] Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων,
[2] Ἠέλιός θ' ὃς πάντα ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις,
Καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα, καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
Ἀνθρώπους τίνυσθον ὅ, τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

πρῶτον ἐπικαλεῖται τὸν ὀξύτατον αἰθέρα, τὴν ἀνωτάτω τάξιν εἰληχότα. [3] πυρὸς δὲ εἰλικρινοῦς φύσις ἅτ' οἶμαι κουφοτάτη τὸν ὑψηλότατον ἀποκεκλήρωται χῶρον. εἴη δ' ἂν οἶμαι τοῦτο ζεὺς ἐπώνυμος, ἤτοι τὸ ζῆν παρεχόμενος ἀνθρώποις, ἢ παρὰ τὴν ἔμπυρον ζέσιν, οὕτως ὠνομασμένος. ἀμέλει δὲ καὶ ὁ εὐριπίδης τὸν ὑπερτεταμένον αἰθέρα φησίν,

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ (θεόν.

1 Hic versus legitur Iliad. β. v. 412. sed sequens legitur in tertia Rhapsodia v. 277. Gesnerus ad hunc locum adnotat: Ubi Homerum elementa mundi primum docuisse probatur, aliquot ex tertia Rhapsodia versus citantur, continentes juramentum ab Agamemnone, fœdera cum Trojanis ineunte, pronunciatum; quorum versuum primus in nostris Homeri exemplaribus sic legitur; Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε. Mazerius autem hic adnotat: Supra pag. 408. v. 20. Male hic πάντα pro πάντ'. Rectius quàm in priori, καμόντας Ἀνθρώπους. Utrobique τίνυσθον. cum simplici ν.

2 Iliad. γ. v. 277.

3 πυρὸς τό. MS. Angl.

ὁ μὲν οὖν πρῶτος αἰθὴρ, καλεῖται μεσίτης τῶν ὁρκίων· ποταμοὶ δὲ καὶ γῆ, τὰ ὑλικὰ στοιχεῖα μετὰ τὴν πρώτην φύσιν αἰθέρος. τὸν δ᾽ ὑπένερθεν ἀΐδην ἀλληγορικῶς ἀέρα προσαγορεύει· μέλαν γὰρ τουτὶ στοιχεῖον, ὡς ἂν οἶμαι, παχυτέρας καὶ διύγρου λαχὸν μοίρας. δίχα γοῦν τῶν καταφωτίζειν δυναμένων, ἀλαμπής ἐστιν· ὅθεν εὐλόγως αὐτὸν ἀΐδην προσηγόρευσεν. τί οὖν τὸ πέμπτον ὁ ἥλιος; ἵνα τι καὶ περιπατητικοῖς φιλοσόφοις χαρίσηται ὅμηρος, ἐπεκαλέσατο. καὶ τοῦτο γὰρ ἀξιοῦσιν, ἑτέραν τοῦ πυρὸς εἶναι ταύτην τὴν φύσιν, ἣν κυκλοφορητικὴν ὀνομάζουσι, πέμπτον εἶναι τοῦτο τὸ στοιχεῖον ὁμολογοῦντες. ὁ μὲν γὰρ αἰθὴρ διὰ τὴν κουφότητα πρὸς τοὺς ἀνωτάτω χωρεῖ τόπους. ἥλιος δὲ καὶ σελήνη καὶ τῶν ὁμοδρόμων αὐτοῖς ἕκαστον ἄστρων, τὴν ἐν κύκλῳ φορὰν δινούμενα διατελεῖ τῆς πυρώδους οὐσίας ἄλλην τινὰ δύναμιν ἔχοντα. διὰ τούτων ἁπάντων ὑπεσήμηνεν ἡμῖν τὰ πρωτοπαγῆ στοιχεῖα τῆς φύσεως. καὶ περὶ αὐτοῦ μηδεὶς λεγέτω, πῶς μὲν ὁ αἰθὴρ προσαγορεύεται ζεὺς, ἀΐδην δ᾽ ὀνομάζει τὸν ἀέρα, καὶ συμβολικοῖς ὀνόμασι τὴν φιλοσοφίαν ἀμαυροῖ. παράδοξον γὰρ οὐδὲν εἰ ποιητής τε ὢν ἀλληγορεῖ, καὶ τῶν προηγουμένως φιλοσοφούντων τούτῳ τῷ τρόπῳ χρωμένων. ὁ γοῦν σκοτεινὸς ἡράκλειτος, ἀσα-

Primus igitur æther juramenti arbiter advocatur: dein fluvii cum tellure (quæ duo elementa materiæ rationem subeunt) post primam ætheris naturam. Plutonem verò infernum allegoricè nominat ipsum aërem. Hoc enim elementum nigrum videtur, ut quod crassis humidísque partibus constet, & sine alieno lumine obscurum sit: quamobrem jure ἀΐδην (Latini Plutonem dicunt,) appellavit. Sed quid sibi vult quintum, nempe Sol? Nimirum ut Peripateticis quoque philosophis se accommodaret Homerus, Solem invocavit. Illi enim cœlestem naturam, quam κυκλοφορητικὴν, id est, in circulum mobilem nuncupant, ab ignea differre contendunt. Nam æther propter insitam levitatem perpetuo sursum fertur. Sol autem & Luna, & quæ similem cursum peragunt sidera, cum in orbem rotentur, diversam ab ignis essentia facultatem obtinent. Per hæc igitur omnia insinuavit nobis Homerus primitiva elementa naturæ. Nec est quod quisquam objiciat, qua ratione Jovem appellet æthera, Plutonémque aerem, symbolicis & obscuris vocibus philosophiam involvendo. Nihil enim mirum est, si poëta cum sit, allegoriis utatur, cum nonnulli ex professo philosophi idem faciant. Nam obscurus Heraclitus de

physicis intricatè & symbolicè docet, ut cum inquit: Dii mortalésque homines, immortales viventes illorum mortem, morientes illorum vitam. Et alibi: Fluvios eosdem ingredimur, & non ingredimur: sumus, & non sumus. Totum denique de natura negotium per ænigmata & allegorias tractat. Quid autem Agrigentinus Empedocles? Nonne is cum elementa quatuor innuere vellet, Homericam allegoriam imitatus est?

Tum filia ejus Eidothea, per injuriam & proditionem patris, beneficium hospiti præstans: dein vincula & insidiæ Menelai commemorantur: postea multiformis in quascunque res voluisset, Protei mutatio: quæ omnia poeticæ & monstrosæ fabulæ videntur, nisi quis divina Homeri mysteria, veluti sacra, mente cœlesti tractet. Enimvero hac fabula primigeniam universi originem constituit, qua omnes mundi partes confirmatæ, illam quam nunc videmus speciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & cœnosus, nondum discretis rerum notis integritatem suæ formæ adeptus. Nam neque dum tellus centrum suum pro fundamento rerum omnium stabilierat, neque cœli perpetuus motus certa sede volvebatur: sed omnia sine solis usu immota, tristique silentio depressa languebant. aliud extabat nihil, quàm informis diffusæ materiæ segnities: antequàm principium illud, à quo producta & constituta sunt omnia, salubrem vitæ modum depromens, mundum mundo redderet; cœlúmque à terra, & pelagus à continente distingueret: quo tempore primum elementa quatuor, ex quibus

τὸ τερπνόν. [1] θυγάτηρ δ' Εἰδοθέα διὰ πατρὸς ἀδικίας ξένον εὐποιοῦσα, καὶ γενομένη προδότις αὐτοῦ. [2] δεσμοὶ μετὰ τοῦτο, καὶ Μενέλαος ἐνεδρεύων. [3] εἶθ' ἡ πολυπρόσωπος, εἰς ἅπαντα ἃ βούλεται Πρωτέως μεταμόρφωσις, ποιητικοὶ καὶ τεράστιοι μῦθοι δοκοῦσιν, εἰ μή τις οὐρανίῳ ψυχῇ τὰς ὀλυμπίους Ὁμήρου τελετὰς [4] ἱεροφαντήσει. τὴν οὖν προμήτορα τῶν ὅλων ὑφίσαται γένεσιν, ἀφ' ἧς τὸ πᾶν ῥιζωθὲν, εἰς ὃ νῦν βλέπομεν ἧκει κατάστημα. παλαιοὶ γὰρ ἦσάν ποτε χρόνοι, καθ' οὓς ἀτύπωτον ἡ ὑπόλιμνον ἦν, οὐδέπω κεκριμένοις χαρακτῆρσιν εἰς τέλεον ἥκουσα μορφῆς· οὔτε γὰρ γῆ τῇ τῶν ὅλων ἑστίᾳ κέντρον ἐπεπήγει βέβαιον, οὔτ' οὐρανὸς περὶ [5] τὴν αὐτὴν, τὴν ἀΐδιον φορὰν ἱδρυμένος ἐκυκλεῖτο. πάντα δ' ἦν ἀνήλιος ἠρεμία καὶ κατηφοῦσα σιγὴ, καὶ πλέον οὐδὲν ἦν ἢ κεχυμένης ὕλης ἄμορφος ἀργία, πρὶν ἢ δημιουργὸς ἁπάντων καὶ κοσμοτόκος ἀρχὴ σωτήριον ἑλκύσασα τῷ βίῳ τύπον, τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ. διεζεύγνυ τὸν μὲν οὐρανὸν γῆς, ἐχώριζε δὲ τὴν ἤπειρον

1 Od. δ. vers. 366. & sequ.
2 Vide Hom. ibi. vers. 454.
—— ἀμφὶ δὲ χεῖρας βάλλομεν.
3 Vide Hom. Od. δ. 456.
Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.
4 MS. Angl ἱεροφαντήσει. τὴν γοῦν.
5 Hæ duæ voces desunt in MS. Angl.

ἤπειρον θαλάττης. τέτταρα δὲ στοιχεῖα τῶν ὅλων ῥίζα καὶ γέννα, ἐν τάξει τὴν ἰδίαν μορφὴν ἐκομίζετο. τούτων δὲ προμηθῶς κιρναμένων, ὁ θεὸς μηδεμιᾶς οὔσης διακρίσεως περὶ τὴν ἄμορφον ὕλην.

Πρωτέως δὲ θυγάτηρ εἰδοθέα δικαίως εἴδους ἑκάστου γενομένη θέα, διὰ τοῦτο μία τὸ πρὶν ὢν φύσις ὁ πρωτεὺς, εἰς πολλὰς ἐμερίζετο μορφὰς ὑπὸ τῆς προνοίας διαπλαττόμενος.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

διὰ μὲν οὖν τοῦ λέοντος ἐμπύρου ζώου, τὸν αἰθέρα δηλοῖ. δράκων δ' ἐστὶν ἡ γῆ· τὸ γὰρ αὐτόχθον αὐτοῦ καὶ γηγενὲς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν τοῦτο σημαίνει. δένδρον γε μὴν ἅπαν αὐξανόμενον, καὶ τὴν ὑπὸ γῆς ὁρμὴν μετάρσιον ἀεὶ λαμβάνον συμβολικῶς εἶπεν ἀέρα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ εἰς ἀσφαλεστέραν ὧν προῃνίξατο δήλωσιν διὰ τοῦ φανερωτέρου παρέστησεν εἰπών. γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ. ὥστε εὔλογον τὴν μὲν ἄμορφον ὕλην πρωτέα καλεῖσθαι, τὴν δ' εἰδωλοπλαστήσασαν ἕκαστα πρόνοιαν, εἰδοθέαν. ἐξ ἀμφοῖν δὲ πᾶν δια-

ceu radice ac generis principio nihil non gignitur, ordinem suum & formam propriam acceperunt. Hæc igitur cum à divina providentia dispofita fint, numen illud quod informem prius indiscretámque materiam certis formis obsignavit, ab Homero Protei filia Eidothea nominatur, idque bono jure, ut quæ εἴδους ἑκάστου θέαν, hoc est, ideæ seu formæ cujusvis inspectionem exhibuerit. Quocirca Proteus qui una prius natura fuerat, in multas deinde species à providentia formatus dividitur.

Principio est visus speciem subiisse leonis,
Mox aper, inde draco fieri, fera pardalis inde.
In latices etiam se vertit, & arbore formam
Mutavit priscam, ramis ac frondibus alta.

Per leonem animal igneum, ætherem indicat. Draco tellus est, utpote indigena & è terrà natus. Arbor autem quævis cum augeatur, & à terra semper in sublime nativo motu feratur, symbolum aëris est. Aquam verò, ut clarius ænigmatis vim demonstraret, suo nomine manifestò vocat inquiens:

In latices etiam se vertit —

Proinde convenit informem materiam Proteum appellari: Eidotheam verò providentiam, quæ singulis formam effigiémque suam addidit: & univer-

κριθὲν

ſam molem ab utriſque diſcretam in continuas ſibi & perficientes mundum partes diviſam eſſe. Probabiliter verò & inſulam, in qua hæc facta ſunt, Pharum appellavit. Nam φέρσαι generare ſignificat: & Callimachus ſterilem terram, ἀφάρωτον dixit, ἀφάρωτος οἷον γυνή. id eſt, Ceu mulier ſterilis. Itaque naturaliter locum, parentem rerum omnium, nuncupavit Pharum, per vocis etymologiam à fœcunditate ductam, quid ſibi vellet inſinuans. Cæterum quibus epithetis Proteum ornaverit, jam conſideremus,

Huc halio veròque ſeni concedere mos eſt.

Senectus quidem antiquiſſimam & primitivam ſubſtantiam denotat, & à temporis politia materies informis commendatur, ἅλιος verò cognominatur, non (per Jovem) ut marinum dæmonem, ac inter undas viventem intelligamus, ἀπὸ τῆς ἁλὸς, id eſt, à mari: ſed aliquid ex multis variiſque rebus congeſtum & accumulatum. ἀλίζειν enim Græcis congregare ſonat. Verax quoque meritò dicitur. Quid enim illa ſubſtantia verius, ex qua omnia genita ſunt, exiſti-

κριθὲν, εἰς τὰ συνεχῆ καὶ [1] προστακτικὰ τῶν ὅλων σχισθῆναι. πιθανῶς δὲ [2] καὶ τὴν νῆσον ἐν ᾗ ταῦτα διέπλασεν, Φάρον ὠνόμασεν. ἐπειδήπερ ἐστὶ [3] φέρσαι, τὸ γεννῆσαι. [4] καὶ τὴν γῆν ἀφάρωτον, ὁ Καλλίμαχος εἶπε, τὴν ἄγονον, ἀφάρωτος οἷον γυνή. φυσικῶς οὖν τὸν ἁπάντων πατέρα χῶρον ὠνόμασε Φάρον, ἐκ τῆς γονίμου προσηγορίας, ὃ μάλιστα ἐβούλετο, σημήνας. τίσι γε μὴν ἐπιθέτοις καὶ τὸν πρωτέα κεκόσμηκεν ἤδη σκοπῶμεν,

[5] Πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής.

τὸ μὲν γὰρ οἶμαι, τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης οὐσίας γεραίτερον, ὥστε ἀποσεμνῦναι τῇ πολιτείᾳ τοῦ χρόνου τὴν ἄμορφον ὕλην. ἅλιον δὲ ὠνόμασεν, οὐ μὰ Δί' οὐ θαλάττιόν τινα δαίμονα καὶ κατὰ κυμάτων ζῶντα· τὸ δ' ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν συνηλισμένον, ὅπερ ἐστὶ, συνηθροισμένον. νημερτὴς δὲ εὐλόγως εἴρηται. τί γὰρ ταύτης τῆς οὐσίας ἀληθουργέστερον, ἐξ ἧς ἅπαντα γεγενῆσθαι νομιστέον; [6] καὶ μὴν

καὶ

1 Geſnerus legendum conjiciebat φυσικὰ, aut συνεκτικά.

2 Alludit ad hæc Homeri verba Od δ. verſ. 354.

Νῆσος ἔπειτά τις ἔστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτου προπάροιθε (Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι)

3 τὸ φέρσαι MS. Angl.

4 Fortaſſe γῆ ſcripſerat. Heraclides in ſequenti loco. Imo omnino ita ſcripſit ſimile quid ex eodem Callimacho habet author Etymologici magni in voce γαῖα.

5 Verſus eſt 384 Od δ.

6 Elegans ad ſequentem librum quintum tranſitio.

καὶ ἡ καλυψὼ τὴν πειθὼ τῶν ποικίλων παρ᾽ ὀδυσσέως [1] λόγων ἑρμῆν προσηγόρευσε, μόγις μὲν, ἀλλ᾽ ὅμως καταθέλξαντος αὐτοῦ τὸν ἔρωτα τῆς νύμφης, ἵν᾽ εἰς ἰθάκην προπεμφθείη. [2] διὰ τοῦτ᾽ ὄρνιθι προσωμοιωμένος ἑρμῆς ἐλήλυθεν ἀπ᾽ οὐλύμπου. [3] πτερόεντα γὰρ τὰ ἔπη κατὰ τὸν ὅμηρον, καὶ τάχιον οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις λόγου.

Δεῖ δὲ ἡμᾶς οὐδὲ τὰ μικρὰ παροδεύειν, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἐκείνων τὴν λεπτὴν ἐξετάζειν ὁμήρου φροντίδα. τὸν γὰρ ἡμέρας καὶ ὠρίωνος ἔρωτα, πάθος οὐδ᾽ ἀνθρώποις εὔσχημον ἠλληγόρησεν.

[4] Ὣς μὲν ὅτ᾽ ὠρίων᾽ ἕλετο ῥοδοδάκτυλος ἠώς,

παρεισάγει γὰρ αὐτὸν ἔτι νεανίαν, ἐν ἀκμῇ τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ χρεὼν πρὸ μοίρας συνηρπασμένον. [5] ἦν δὲ παλαιὸν ἔθος τὰ σώματα τῶν καμνόντων, ἐπειδὰν ἀναπαύσηται τοῦ βίου, μήτε νύκτωρ ἐκκομίζειν, μήθ᾽ ὅταν ὑπὲρ γῆς τὸ μεσημβρινὸν ἐπιτείνηται θάλπος, ἀλλὰ πρὸς βαθὺν ὄρθρον, ἀπύροις ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνιόντος. ἐπειδὰν οὖν εὐγενὴς νεανίας ἅμα, καὶ κάλλει προέχων

maretur? Quinetiam Calypso varium persuadendi artificium facundiæ Ulyssis, Mercurium nominavit: cum tandem, licet ægrè, verborum lenocinio tantum profecisset apud amantem nympham Ulysses, ut in Ithacam remitteretur. Quamobrem avi similis Mercurius à cœlo venisse fingitur. Sunt enim verba, ut ait Homerus, alata, & nihil oratione inter homines pernicius.

Quoniam verò nihil prætereundum nobis est, sed in parvis etiam accuratum Homeri ingenium spectari decet, quî fit quod Diei & Orionis amorem hujusmodi finxerit, qualis ne hominibus quidem honestus est?

Ut cum raptus erat quondam formosus Orion
Auroræ roseæ.

Nimirum significare voluit, ipsum adhuc juvenem, florente corpore, ante maturam ætatem à fato raptum fuisse. Mos autem erat antiquis, defunctorum corpora neque noctu, neque circa meridiem efferri, sed primo diluculo, oriente Sole nec dum ignitos mittente radios. Itaque generoso quopiam & formoso juvene mortuo, matutinam funeris elationem fausti omnis gratia Diei raptum appellabant, tan-

τελευ-

1 Nimirum Od. ε. vers. 87. & seq.
2 Nimirum
— λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. Od. ε. v. 51.
3 Ut Ili. α. vers. 201. & alibi passim.
4 Versus est 121. Od. ε. Hic ὡς pro ὅτ᾽ malè scriptum legebatur.

5 Hujus rei exempla sunt apud Homerum plurima ut Il. η. sub finem v. 421. ubi mortuos sepeliunt,

Ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας,
Ἐξ ἀκαλαῤῥείταο βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο
Οὐρανὸν εἰσανιών.

Quod

quam non expiraſſet, ſed amoris deſiderio raptus eſſet. Quin & juxta eandem Homeri ſententiam Jaſion quidam fertur agriculturam excoluiſſe, & cum fructus ex agris ſuis abundè reciperet, occaſionem fabulæ dedit, ut à Cerere amatus æſtimaretur. Atqui Homerus non laſcivos amores, neque libidines hujuſmodi figmentis deſcribit: ſed per Diem ac Cererem caſtiſſimas Deas, pia mente ſcrutantibus meras naturæ contemplationes offert.

τελευτήσῃ, τὴν ὄρθριον ἐκκομιδὴν [1] ἐπεφήμου ἡμέρας ἁρπαγὴν, ὡς οὐκ ἀποθανόντος, ἀλλὰ δι᾽ ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἀνηρπασμένου. καθ᾽ ὅμηρον δὲ τοῦτο φασίν. ἰασίων ἀνὴρ γεωργίας ἐπιμελούμενος, καὶ δαψιλῶς τοὺς ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀγρῶν καρποὺς λαμβάνων, εἰκότως [2] ὑπὸ τῆς δήμητρος ἔδοξεν ἠγαπῆσθαι. δι᾽ ὧν ὅμηρος οὐκ ἀσελγεῖς ἔρωτας ἱστορεῖ θεῶν, οὐδ᾽ ἀκολασίας· σημαίνει δὲ τὰς εὐεργετάτας, ἡμέραν τε καὶ δήμητραν, τοῖς εὐσεβῶς ἐρευνᾷν ἐθέλουσι, φυσικῆς θεωρίας ἀκριβῆ ἀφορμὴν χαρίζεται.

Jam porrò relictis omnibus, ad illud crimen excuſandum orationem vertamus, quod perpetuò ſycophantæ traducentes moleſti ſunt: quippe ſurſum atque deorſum tragœdias movent, Martis & Veneris amorem impiè fictum clamitantes. Libidinem inquiunt in cœlo Homerus locavit: ac id facinus, quod inter homines admiſſum capitale ducitur, Diis attribuere non erubuit, videlicet adulterium:

[3] Νῦν ἅπαντα τἄλλα ἀφέντες, ἐπὶ τὴν διηνεκῆ καὶ χαλεπῶς θρυλλουμένην ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν κατηγορίαν τραπῶμεν. ἄνω γὰρ οὖν καὶ κάτω τραγῳδοῦσι τὰ περὶ ἄρεος καὶ ἀφροδίτης, ἀσεβῶς διαπεπλάσθαι λέγοντες. ἀκολασίαν γὰρ ἐμπεπολίτευκεν ἐν οὐρανῷ. καὶ τὸ παρ᾽ ἀνθρώποις ὅταν γένηται θανάτου τιμώμενον, οὐκ ἐδυσωπήθη παρὰ θεοῖς ἱστορῆσαι. λέγω δὲ μοιχείαν.

De pulchræ Veneris ac duri
Martis amore,
Ut ſe miſcuerint cupidis amplexibus arctè,
Mulciberi in thalamo primum.

[4] Ἀμφ᾽ ἄρεος φιλότητος, ἐϋστεφάνου τ᾽ ἀφροδίτης,
Ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν ἡφαίστοιο δόμοισιν.

Quod & obſervatur in Patrocli ſepultura Il. ψ. nec non Hectoris Il. ω. & præcipuè initio Od. μ. in Elpenoris ſepultura. & Od. ω. v. 72. de exequiis Achillis expreſsè dicitur,

Ἠῶθεν δή τοι λέγομεν [illegible] Ἀχιλλεῦ.

1 ἐπεθεσπίζομεν MS. Angl.

2 Ut videre eſt Od. ε. v. 125.

Ὡς δ᾽ ὁπότ᾽ Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ
Ὧι θυμῷ εἴξασα, μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
Νειῷ ἔνι τριπόλῳ.

3 Tranſitum facit ab hoc libro quinto ad octavum, intactis relictis duobus, unde ἅπαντα τἄλλα ἀφέντες cum adjeciſſe puto.

4 Verſus eſt 267. Od. θ.

1 Ut

[1] Εἶτα μετὰ τοῦτο δεσμοὶ, [2] καὶ θεῶν γέλωτες, [3] ἱκεσίαι τε πρὸς ἥφαισον ποσειδῶνος. ἅπερ [4] εἰ θεοὶ νοσοῦσιν, ὀυκ ἔτι τοὺς παρ᾽ ἀνθρώποις ἀδικοῦντας ἔδει κολάζεσθαι. νομίζω δ᾽ ἔγωγε, καίπερ [5] ἐν φαίαξιν, ἀνθρώποις ἡδονῇ δεδουλωμένοις, ᾀδόμενα ταῦτα φιλοσόφου τινὸς ἐπισήμης ἔχεσθαι. [6] τὰ γὰρ σικελικὰ δόγματα, καὶ τὴν ἐμπεδόκλειον γνώμην ἔοικεν ἀπὸ τούτων βεβαιοῦν, ἄρην μὲν ὀνομάσας τὸ νεῖκος, τὴν δ᾽ ἀφροδίτην φιλίαν. τούτους οὖν διεσηκότας ἐν ἀρχῇ παρεισήγαγεν ὅμηρος ἐκ τῆς πάλαι φιλονεικίας εἰς μίαν ὁμόνοιαν κιρναμένους. ὅθεν [7] εὔλογος ἐξ ἀμφοῖν ἁρμονία γεγένηται, τοῦ παντὸς ἀσαλεύτως καὶ κατ᾽ ἐμμέλειαν ἁρμοσθέντος. γελᾷν δ᾽ ἐπὶ τούτοις εἰκὸς ἦν, καὶ [8] συνήδεσθαι τοὺς θεοὺς, ἅτε δὴ τῶν ἰδίων χαρίτων ὀυκ ἐπὶ φθοραῖς διεσαμένων, ἀλλ᾽ ὁμονοοῦσαν εἰρήνην ἀγόντων. δύναται γε μὴν καὶ περὶ τῆς χαλκευτικῆς τέχνης ἀλληγορεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἄρης, εἰ-

Deinde vincula, deorum risus, & supplicans Vulcano Neptunus, ab illis reprehenduntur. Nam si apud Deos, ut ipsi ajunt, hæc vitia reperiuntur, homines iisdem obnoxios puniri indignum foret. Cæterum ut mihi videtur, hæc fabula, quamvis inter Phæaces, homines voluptuarios, cantata fuerit, philosophicam rationem complectitur. Nam dogmata Sicula, & Empedocleam opinionem hoc in loco confirmare videtur, Martem nominans litem, Venerem amicitiam. Istas igitur ab initio dissidentes Homerus post veterem simultatem in concordiam rediisse fabulatur. Proinde merito ex utrisque Harmonia nata est, utpote rebus omnibus in stabilem concinnitatem redactis. His autem factis arridere Deos, & congratulari par est, eo quod mundi Gratiæ non amplius discordia, quæ interitus causa est, laborarent, sed pacem agerent concordem. Quinetiam ad fabrilem artem hæc allegoria referri potest.

κότως

1 Ut est Od. θ. v. 296.
— ἀμφὶ δὲ δεσμοὶ
Τεχνήεντες ἔχυντο πολύφρονος Ἡφαίστοιο.

2 Ibid. v. 343.
— ἐν δὲ γέλως ὦρτ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

3 Siquidem
Οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε, λίσσετο δ᾽ αἰεὶ
Ἥφαιστον κλυτοεργὸν ὅπως λύσειεν Ἄρηα.

4 Ita Gesnerus legendum esse monuit & firmavit MS. Angl. Invenerat in suo codice, οἱ θεοὶ νοσ.

5 Ut apparet ex v 371. & 383. hujus lib. θ. & ex aliis plurimis.

6 Vide Diogenem Laertium in Empedoclis vita. & Plutarchum in lib. de Hom.

7 Ex sententia aliorum poëtarum loquitur Heraclides. id enim ab Homero non est traditum. vide Plut. in lib. de Homero

8 Ita MS. Angl. Edebatur συνήδεσθαι.

Mars enim non injuria ferrum existimabitur, quod à Vulcano facile domatur. Nam ignis, ut qui multò robustiore facultate sit quàm ferrum, nullo negotio illius duritatem emollit. Indiget autem faber ad opus suum etiam Venere. Quapropter ferro igne emollito, Venerea & amabili arte opificium absolvit. Porro Neptunus Martem à Vulcano probabili de causa liberat. Siquidem ignea ferri massa fornacibus extracta, aquæ immergitur, & flammeus ardor ejus aquæ natura restinctus compescitur. Porrò universos Ulyssis errores si quis diligentius animadvertat, aliud quàm præ se ferant significare deprehendet. Homerus enim Ulyssem veluti organum quoddam omnium virtutum sibi proponens, philosophatus est, ut qui vitia quibus hominum vita corrumpitur, vehementer odisset. Itaque voluptatem per Lothophagorum regionem, raræ cujusdam dulcedinis fructus excolentem, notavit, quam Ulysses sobriè præteriit. Item efferatum cujusque animum admonitione sermonis, veluti cauterio excídit. Nominatur autem ab eo Cyclops affectus ratione privans. An non verò ipse primus

κότως ἂν ἐνομάζοιτο σίδηρος. τοῦτον δὲ ῥᾳδίως ἥφαιστος ἐχειρώσατο. τὸ γὰρ πῦρ, ἅτ' οἶμαι σιδήρου κραταιοτέρας δυνάμεως μετειληχὸς, εὐκόλως ἐν αὐτῷ τὴν ἐκείνου στεῤῥότητα θηλύνει. δεῖ δὲ τῷ τεχνίτῃ πρὸς τὸ κατασκευαζόμενον καὶ ἀφροδίτης. ὅθεν οἶμαι διὰ πυρὸς μαλάξας τὸν σίδηρον, ἐπαφροδίτῳ τινὶ τέχνῃ τὴν ἐργασίαν κατώρθωσε. ποσειδῶν δ' ὁ ῥυόμενος παρ' ἡφαίστου τὸν ἄρη, πιθανῶς. ἐπειδήπερ ἐκ τῶν βαναύσων διάπυρος ὁ τοῦ σιδήρου μύδρος ἑλκυσθεὶς, ὕδατι βαπτίζεται, καὶ τὸ φλογῶδες ὑπὸ τῆς ἰδίας φύσεως ὕδατι κατασβεσθὲν ἀναπαύεται. καθόλου δὲ τὴν ὀδυσσέως πλάνην, εἴ τις ἀκριβῶς ἐθέλει σκοπεῖν, ἠλληγορημένην εὑρήσει. πάσης γὰρ ἀρετῆς καθάπερ ὀργανόν τι τὸν ὀδυσσέα παραστησάμενος ἑαυτῷ, [1] διαπεφιλοσόφηκεν (ἐπειδὴ τὰς ἐκνεμομένας τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἤχθηρε κακίας) [2] ἡδονὴν μὲν, τὸ λωτοφάγον χωρίον, ξένης γεωργὸν ἀπολαύσεως, [3] ἣν ὀδυσσεὺς ἐγκρατῶς παρέπλευσε. [4] τὸν δ' ἄγριον ἑκάστου θυμὸν, ὥσπερεὶ [5] καυστηρίῳ τῇ παραινέσει τῶν λόγων ἐπήρωσε. κύκλωψ δὲ οὗτος ὠνόμασται, ὁ τοὺς λογισμοὺς ὑπολωπῶν.

1 διὰ τοῦτο πεφιλοσόφηκεν MS. Angl.
2 De qua Homer. Od. ι. v 84.
3 Ut videre est v. 100. & seq. hujus lib. 1.
4 Ut hoc ipso libro Cyclopem, vers. 259. & Iliad. ι. Achillem, vers. 225. & Od. κ. Circen, & ρ. procos alloquens.
5 καυτηρίῳ. MS. Angl. quod scribendum καυτηρίῳ.

1 Tran-

λαπῶν. τί δὲ, οὐχὶ πρῶτος εὔδιον πλοῦν δι' ἐπιστήμης ἀστρονόμου τεκμηράμενος, [1] ἔδοξεν ἀνέμους δεδωκέναι; φαρμάκων τε τῶν παρὰ κίρκης γέγονε κρείττων, ὑπὸ πολλῆς σοφίας πεμμάτων, ἐπεισάκτων [2] κακῶν, οὐχ ἡττώμενος. [3] ἡ δὲ φρόνησις ἕως ᾅδου καταβέβηκεν, ἵνα μηδὲ τῶν νέρθεν [4] ἀδιερεύνητος ᾖ.

[5] Τίς δὲ σειρήνων οὐκ ἀκούει τὰς πολυπείρους ἱστορίας παντὸς αἰῶνος ἐκμαθών; [6] καὶ χάρυβδις μὲν ἡ δάπανος ἱστορία, καὶ περὶ πότους ἄπληστος, εὐλόγως ὠνόμασται. σκύλλαν τε τὴν πολύμορφον ἀναίδειαν ἠλληγόρησε. [7] διὸ δὴ κύνας οὐκ ἀλόγως ὑπέζω-

cum observasset tranquillam navigationem per Astronomicam scientiam, ventos largiri visus est? Idem veneficiis Circes superior fuit, & multa sapientia munitus alienis malorum lenociniis vinci non potuit. Prudentia autem ejus ad inferos usque descendit, ut ne infima quidem non explorata haberet.

Ad Sirenum cantus quos nemo non audire cuperet, ad cognoscendum omnium seculorum varias historias, vinculis se munivit. Et Charybdis quidem prodiga luxuria, & potus inexplebilis ingurgitatio rectè nominata est. Per Scyllam verò omnifariam impudentiam insinuavit. Quocirca non temerè canibus succingi-

1 Transit ad Od. κ. Verum eo loco qui est vers. 19. hujus libri non dare ventos, sed ab Æolo in utre conclusos accipere dicitur. Itaque δεδεκέναι scribendum videtur, quamvis & Angl. MS. habeat δεδωκέναι.

2 κακῶν ὁ λυσσώμενος. MS. Angl.

3 Breve argumentum totius lib. XI. Od.

4 ἀδιερεύνητον ᾖ. τίς δὲ σειρήνων ἀκούει τὰς MS. Angl.

5 τίς δὲ σειρήνων. Locum hunc quomodo Gesnerus legendum putaverit, versione ostendit. Sed nimium aberravit. Unicæ literæ omissione obscuritatem tollam, legendo; τί δὲ, σειρήνων οὐκ ἀκούει, τὰς πολυπείρους ἱστορίας παντὸς αἰῶνος ἐκμαθών; suprà v. 10. τί δὲ, οὐχὶ πρῶτος. Verto: *Quid, annon Sirenas audit, postquam variâ experientiâ insignes omnis ævi res gestas edidicisset?* Locus est notabilis. Caussam enim reddit, cur tuto Sirenum cantus audiverit Ulysses. Nimirum quia multâ rerum cognitione, & experientiâ, quasi forti antipharmaco, pectus adversus voluptates munivisset. Non ad discendum omnis ævi historias, Sirenum cantus audire gestiebat Ulysses; (hoc enim illorum cantilenæ non promittebant) sed jam ante edoctus omnis ævi historias, multaque cognitione & prudentia instructus, brevem auribus animoque delectationem concedendam putavit. In Græco est ἐκμαθὼν, non autem ἐκμαθησόμενος, quod Gesnerus legendum versione sua conjecit. Præterea si Sirenum cantus ad cognoscendum omnium seculorum varias historias mortales duxissent, nimium erga socios invidus judicandus fuisset Ulysses, qui ingenti illo bono eos privasset. M. Meibom.

6 Vide Hom. Od. μ. v. 104. Legendum autem conjicio ἡ δάπανος ἀναρροιβδοῦσα. Homeri verba sunt.

> Τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
> Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

7 At Homerus Od. μ. vers. 96. non succinctam canibus esse dicit, sed piscari canes & delphinas.

1 Respi-

tur, rictibus, audacia, rapina & avaritia oppletis. Solis autem boves gulæ continentiam designant: quamvis Ulyssis socii fame coacti, illam servare non potuerint. Hæc sanè omnia, ut prima fronte audiuntur, fabulosè dicta sunt: at si quis sapientiam allegoria involutam penitius rimetur, magnam utilitatem ex ejus imitatione capiet. Enimvero Æolus, mea quidem sententia, potissimum annus fuerit, temporis per duodenos menses ambitu comprehensus. Quamobrem Æolus, id est, varius nominatur: non enim æqualis & uniformis natura ejus per omnes anni partes continuatur, sed diversis subinde mutationibus evariat. Nam post frigoris molestiam, lenem jucundi veris voluptatem induit: deinde roridum vernantis horæ statum ignea vis æstatis coërcet. Tandem autumnus, qui fructus annuos pessundare solet, æstivo calore depulso, hiemi præit. Hujus itaque varietatis cum annus pater sit, non immeritò vocatus est Æolus. No-

ὑπεζωσμένοι, προσόμοιοις ἁρπαγῇ, τόλμῃ, καὶ πλεονεξίᾳ πεφραγμένοις. [1] αἱ δ' ἡλίου βόες, ἐγκράτεια γαστρός εἰσιν· εἰ μὴ δὲ λιμὸν ἔσχεν ἀδικίας ἀνάγκην. ἃ δὴ μυθικῶς μὲν ἐστὶ εἰρημένα περὶ τοὺς ἀκούοντας. εἰ δ' ἐπὶ τὴν ἠλληγορημένην σοφίαν καταβέβηκεν, [2] ὠφελιμώτατα τοῖς μιμουμένοις γενήσεται. [3] τὸν μὲν γὰρ αἴολον ἐξαιρέτως ἔγωγε νομίζω τὸν ἐνιαυτὸν εἶναι [4] τοῖς δωδεκαμήνοις τοῦ χρόνου περιόδοις ἐνδεδεμένον. ὠνόμασται γοῦν αἴολος, τουτέστι ποικίλος. ἐπειδήπερ οὐκ ἰσοχρόνῳ καὶ μονοειδεῖ κατὰ πᾶσαν ὥραν τῇ φύσει συνήνωται. διάφοροι δ' αὐτὸν αἱ παρ' ἕκαστα μεταβολαὶ ποικίλλουσιν. ἐκ τε γὰρ ἀργαλέου κρύους εἰς πραεῖαν ἡδονὴν ἔαρος [5] εἰαρινοῦ μεταβάλλει, καὶ τὸ νοτερὸν τῆς ἐαριζούσης καταστάσεως, ἔμπυρος ἡ τοῦ θέρους βία πυκνοῖ. μετόπωρον δὲ φθινὰς ὥρα καρπῶν ἐτεσίων τὸ θέρειον ἑλκύσασα θάλπος, ὥραις χειμερίαις προοιμιάζεται. ταύτης δὲ τῆς ποικιλίας ὁ ἐνιαυτὸς ὢν πατὴρ, εἰκότως αἴολος ὠνόμα-

1 Respicit author ad versum 128. & sequentes Od. μ.

2 Ita MS. Angl. Edebatur perperam ὠφελιμωτάτη.

3 Od. κ v. 2.

4 Respicit v. 5. Od. κ. Hanc autem allegoriam adferunt etiam Homeri Scholiastæ. elegans est in hanc rem ænigma Cleobuli apud Laërtium in ejus vita, quod adscribere non pigebit.

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα· τῶν δὲ ἑκάστῳ (ἔχουσαι.
Παῖδες τριήκοντα, διάνδιχα εἶδος
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι.
Ἀθάνατοι δέ τε ἐοῦσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

Ubi legendum Κοῦραι ἑξήκοντα, ut in Notis suis emendavit vir doctissimus.

5 γαληνιζούσης, καὶ τὸ νο- MS. Angl.

ὠνόμασαι. [1] παῖδα δὲ αὐτὸν ὠνόμασεν ἱππότου. τί γὰρ ὀξύτερον χρόνου, τί δ' οὕτω ποδώκες, ἀεὶ φερομένῳ καὶ ῥέοντι τῷ τάχει τοὺς ὅλους αἰῶνας ἐκμετρουμένου; δώδεκα δ' αὐτοῦ παῖδές εἰσιν οἱ μῆνες.

[2] Ἓξ μὲν θυγατέρες ἓξ δ' υἱέες
ἡβώοντες.

τὸ μὲν εὔκαρπον καὶ γόνιμον τῶν τὸ θέρος ἐμπιμπλάντων μηνῶν, θηλείᾳ γονῇ προσείκασε· τὸ δὲ ξερὸν καὶ πεπηγὸς τῶν χειμερίων, ἠῤῥένωσεν. [3] οὐκ ἀσεβὴς δ' οὐδ' ὁ περὶ τῶν γάμων μῦθος. ἀλλὰ τοὺς ἀδελφοὺς ἀνέμιξε ταῖς ἀδελφαῖς, ἐπειδήπερ ὑπ' ἀλλήλων συμβέβηκε τὰς ὥρας ὀχεῖσθαι. [4] ταμίας δ' ἐστὶν ἀνέμων,

[5] Ἠ μὲν παυέμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν
ὅν κ' ἐθέλησιν.

ἔμμηνοι γὰρ αἱ τούτων φοραὶ, καὶ κατὰ προθεσμίαν πνέουσαι.

minavit autem ipsum Hippotæ filium, hoc est equitis. Quid enim celerius & pernicius est tempore, quod perpetuo cursu atque defluxu omnia secula metitur? Liberos habet duodenos, menses videlicet. Nam teste poeta,

Sex illi gnatæ, totidem gnatique fuerunt.

Siquidem æstivos menses, utpote fœcundos ac fertiles, fœmineo sexui comparavit: brumales autem, qui duri geluque astricti sunt, mares fecit. Sed ne nuptiæ quidem inter ipsos contractæ, quicquam impietatis arguunt: verum ideo fratres sororibus commiscuit, quoniam anni partes mutuo complexu junguntur. Idem præterea ventos gubernat,

Sive libet laxare illi, seu claudere quemvis.

Sunt enim menstrui ventorum motus, & certis temporum intervallis spirant.

1 Versu nimirum secundo. Αἴολος Ἱπποτάδης.

2 Versus 6. ibidem.

3 Respicit ad versum 7. & 8. hujus libri, & occurrit objectioni eamque solvit.

4 Verba pene sunt poëtæ v. 21. Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων.

5 Vers. 22. Od. κ.

ΤΈΛΟΣ.

FINIS.

Auctores quos citat Heraclides.

Ἀλκαῖος ὁ Μιτυληναῖος.	pag. 412.	Εὔδοξος.	474.
Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος.	426.	Ἐρατοσθένης.	476.
Ἀνακρέων ὁ Τήϊος.	413.	Ζωΐλος ἀμφιπολίτης.	427.
Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος.	439.	Ἡράκλειτος φυσικός.	468.
Ἀπολλόδωρος.	416.	Ἡρόδικος.	424.
Ἀρχίλοχος.	412.	Θάλης ὁ Μιλήσιος.	439.
Ἄρατος.	474.	Καλλίμαχος.	491.
Ἐπίκουρος.	411. 412.	Κράτης.	447.
Ἐμπεδοκλῆς Ἀκραγαντῖνος.	443. 475. 494.	Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος.	470.
Εὐριπίδης.	441. 484.	Πλάτων.	411. 431. 432. 438.

ὨΚΕΑ-

ὨΚΕΛΛΟΣ

Ὁ ΛΕΥΚΑΝῸΣ ΦΙΛΌΣΟΦΟΣ

Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.

OCELLUS

LUCANUS PHILOSOPHUS

De Universi Naturâ.

DE OCELLO LUCANO VETERUM TESTIMONIA.

Philo Judæus in libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, id est, *de Mundo non interituro*, sic meminit.

Ἔνιοι δ' οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινάς. ἐγὼ δὲ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι, Λευκανοῦ γένος, ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον, οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν τὸν κόσμον εἶναι. *Cæterùm sunt, qui tradant opinionis hujus non Aristotelem primum auctorem, sed Pythagoréos quosdam fuisse. At mihi Ocelli, genere Lucani, inscriptum de Universi naturâ, commentarium oblatum est, in quo quidem mundum esse ingenitum, & nunquam interiturum non solùm protulit, verùm etiam exquisitissimis rationibus comprobavit.*

Lucianus quoque ubi agit ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, quod est de errato in salutatione, ita scribit: (quamvis non nominet ὤκελλον, sed οἴκελλον.) Ὁ μέντοι θεσπέσιος ὁ Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τοῦ αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὐπράττειν προὔγραφεν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευσεν. id est, *Divinus quidem Pythagoras, tametsi nullam nobis reliquit literam, ut ex Ocello Lucano, & Archytâ, aliisque ejus discipulis licet conjicere, non* εὐπράττειν, id est, *bene agere, scribi debere, sed* ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν, id est, *ab ipso valere, incipiendum esse præcepit.*

Diogenes item **Laertius** quandam Archytæ Tarentini, quæ est ad Platonem, epistolam vitæ illius inseruit, in quâ hunc philosophum non Ocellum, sed Ucellum nuncupat, ac nonnullos ejusdem recenset libros. Καλῶς ποιεῖς ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τᾶς ἀρρωστίας. ταῦτα γὰρ αὐτός τε ἐπέσταλκας, καὶ τοὶ περὶ Δαμασκὸν ἀπάγγελον. περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθημες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανώς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὠκέλλω ἐκγόνοις. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω, περὶ βασιλῆιας, καὶ ὁσιότατος, καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος, αὐτοί τε ἔχομες καὶ τινα ἐπεστάλκαμες· τὰ δὲ λοιπὰ οὔ τοι νῦν γε δύναται εὑρεθῆμεν· αἰ δέ κα εὑρεθῇ, ἥξει τοι. Hanc ita converti: *Benè quidem est, quòd à morbo evaseris. Hoc enim ex tuis literis accepi, & Damascenus nunciavit. De commentariis studiosè egimus: ad Lucanos accessimus, ibique convenimus Ocelli nepotes. Quæ ab eo de Legibus, de Regno, Justitiâ, omniumque rerum ortu scripta*

fuerunt,

fuerunt, & ipsi habemus, & ex his quædam ad te misimus: Reliqua etiam nunc reperiri non possunt. si inventa fuerint, ad te perferentur.

Confirmat pariter Censorinus de die natali cap. 2. *quo loci dicebat*: Sed prior illa sententia, quâ semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet Pythagoram Samium, & Ocellum Lucanum, & Archytam Tarentinum.

Quem ibi de nostro Ocello loquutum fuisse consensit Aldus Manutius, Pauli filius, in suis ad illum locum notis, dicens: Ocellum Lucanum (cujus extat liber περὶ τῆς τοῦ Παντὸς φύσεως. malè aliàs Cereium, vel Coceium Lucanum. *& diserte probavit Theodorus Canterus* var. lect. lib. 1. c. 17. *qui correxit Syrianum Aristotelis interpretem* lib. 13. *Metaph. legentem* Ἔκελλος *non* Ὄκελλος, *ut pariter legitur in codice Censorini edito Parisiis* 1583. *à Lud. Carrione, & Lovanii* 1628. *ab E. Puteano, & pariter ab Henrico Lindenbrogio in suâ editione factâ Hamburgi* 1614. *qui in suis notis professus est Censorinum respexisse ad Ocelli verba, quæ hic habentur* cap. 3. t. 3. *Elementa* cap. 2. *enumerata, cælique virtus in hæc inferiora, ibi eruditissimè tradita, Ocellum quoque auctorem agnoscunt. Sextus enim Empiricus, dum veterum variantes de rerum principiis sententias recenseret*, adv. Mathem. lib. 9. cap. ult. *dicebat*: Ἐκ πέντε δὲ Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης. συμπαρέλαβον γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον, καὶ κυκλοφορητικὸν σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ οὐράνια. ex quinque autem Ocellus Lucanus, & Aristoteles. simul enim cum quatuor elementis assumpserunt quintum corpus, quod movetur in orbem, ex quo dicunt esse cœlestia.)

P L A T O deinde respondens Archytæ, Ocellum, quamvis suppresso ejus nomine, maximè laudat: dicitque Ocelli majores fuisse Trojanos, probos quidem viros, qui exules sub Laomedonte Rege, Myram Lyciæ civitatem commigraverint. In Platonis Epistolâ his verbis scriptum est. Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν, ὡς ἔνι μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ παραδιδόμενος μῦθος δηλοῖ.

J A M B L I C H U S Λευκανοὶ, Ὄκελος καὶ Ὄκυλος ἀδελφοί. & Βυνδαίκου ἀδελφὴ Ὀκκέλῳ καὶ Ἐκκέλῳ τῶν Λευκανῶν.

De Pythagoricis ità loquitur S Y R I A N U S in Metaphysic. Aristotelis. Ὀρθῶς ἄρα καὶ ταύτην ἐνίσταντο τὴν ζήτησιν, καὶ τὴν αἰτίαν παρέδοσαν τοῦ πλήθους τῶν ὄντως ὄντων. καὶ οὔτε πρός τι τὴν ἑτέραν ἐποίουν τῶν ἀρχῶν, οὔτε τὸν περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγον πάντη παρελίμπανον, ὡς δηλοῖ τὰ Ἐκκέλου μὲν περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, ἐξ ὧν τὰ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς μονονουχὶ μεταβεβλῆσθαι δοκεῖ· τοῦ Τιμαίου δὲ τὰ πλεῖστα, καθ' ὃν ἡ Περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ πολλὰ θεολογεῖ. *Rectè igitur huic quæstioni insistebant, & multitudinis eorum quæ verè sunt causam tradiderunt, & neque ad aliquid alterum principiorum fecerunt, neque de sensibilibus sermonem prorsus præterierunt, ut ostendunt scripta Eceeli de naturâ Universi, ex quibus Liber (Aristotelis) de Generatione & Corruptione ferè transumptus videtur; & Timæi plurima; secundùm quem Peripatetica Philosophia plerumque Theologica tractat.* Hæc ex Syriano in Caiensi Bibliotheca MS.

Syriani

Syriani discipulus PROCLUS Commentariorum in Platonis Timæum lib. 3. Ἄλλοι δέ τινες, ὡς οἱ περὶ Ὄκελλον, τὸν τοῦ Τιμαίου πρόοδον δύο δυνάμεις ἑκάστῳ τῶν στοιχείων διένεμον, πυρὶ μὲν θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἀέρι δὲ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ὕδατι δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, γῇ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. Καὶ ταῦτα ἀναγέγραπται παρὰ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς, ἐν τῷ περὶ φύσεως. *Alii autem nonnulli, ut Occelus, qui Timæo præivit, unicuique elemento duas qualitates tribuebant; igni calidum & siccum; aëri calidum & humidum; aquæ humidum & frigidum; terræ frigidum & siccum. Et hæc ab hoc ipso viro scripta sunt In Libro de Natura.*

STOBÆUS Ecl. Physic. lib. 1. c. 24. Ὤκελλος ἀΐδιον τὸν κόσμον· ὧδε γὰρ ἐν τοῖς περὶ τοῦ παντὸς φύσεως λέγει. ἔτι δὲ καὶ τὸ ἀτελεύτατον καὶ τῶ σχήματος καὶ τᾶς κινάσιος, καὶ τῶ χρόνω, καὶ τᾶς ὠσίας τοῦτο πιστοῦται, διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος, καὶ ἄφθαρτος. ἅ τε γὰρ τῶ σχήματος ἰδέα κύκλος. οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος· διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτατος, ἅ τε τᾶς κινάσιος κατὰ κύκλον· αὐτὰ δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος, ὅτε χρόνος ἄπειρος ἐν ᾧπερ ἁ κίνασις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὰν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὰν λάμψειν. ὁ δὴ ἅ τε μὰν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλατος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τῶ χείρονος εἰς τὸ βέλτιον, μήτε ἀπὸ τῶ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πέφυκεν μεταβάλλεν. *Occelus æternum facit mundum. sic enim ait libro de Universi naturâ: Præterea figuræ, motûs, temporis ac naturæ æternitas initii finisque expertem esse mundum confirmat. Nam & figura circuli est, qui ab omni parte similis & æqualis est, ideóque principii finisque expers. & motus in orbem fertur, qui quidem finem non habet: & infinitum est motûs tempus, quod nec principium habuerit, quod movetur, nec finem sit habiturum. Jam natura rerum nullam mutationem recipit, quòd nec ex deteriore melior, nec ex meliore deterior fieri possit.*

Ἐπειδ' ἐν τῷ περὶ παντὸς τὸ μὲν γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσιος, καὶ γένεσις μὲν ὅπου μεταβολὰ καὶ ἔκβασις ἦν ὑποκειμένω. [1] φανερὸν περὶ μὲν τὰν αἰτίαν γενέσιος, τό, τε ποιεῖν καὶ κινεῖν ἐστι, περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὰν γένεσιν τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι. *Quoniam autem in Universo aliud est ortus, aliud ortûs causa: & ortus quidem rerum immutationem, causa autem similitudinem habet: manifestum fit, causam quidem propriè agere ac movere, quod autem ortûs capax est, pati ac moveri.*

Πράτως γὰρ ὕλα τὸ πανδεχὲς, κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν, ὥσπερ πρᾶτον μὲν, τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχάν· δεύτερον δὲ, αἱ ἐναντιώσιες, οἷον θερμότας καὶ ψυχρότας, καὶ ξηρότας. τρίτον δὲ, πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γᾶ, καὶ ἀήρ. [2] ταῦτα γὰρ μεταβάλλοντ' ἐς ἄλλαλα, αἱ δὲ ἐναντιώσιες μετάβαλλοντι. *Primùm enim est omnium capax materia. siquidem omnibus formis est communis. Itaque quod primum sentiri corpus potest, principium est. secundo loco recensentur contraria, ut calor, frigus, humor, siccitas. tertio naturæ, ignis, aqua, terra, & aër. hæc enim inter se mutantur, contrariis mutantibus.*

Παντελὴς δὲ φθορὰ τᾶς περὶ τὰν γᾶν διακοσμάσιος, οὔτε γέγονεν οὔτε ἔσται πόκα. διὸ καὶ τοῖς λεγόντεσι τὰν τὰς ἑλληνικᾶς ἱστορίας ἀρχὰν ἀπὸ Ἰνάχω ἀργείω, ποθεκτέον οὕτως, ὡς οὐκ ἀπό τινος ἀρχᾶς πράτας, ἀλλὰ τᾶς γινομέ-

 νας

1 τῶ ὑποκειμένω, αἰτία δὲ γενέσιος, ὅπου ταυτότης, addit Oc. | 2 αἱ οὐσίαι addit Oc.

γας μεταβολᾶς καὶ κατ᾽ αὐτάν. πολλάκις γὰρ ἤδη καὶ γέγονε καὶ ἐσεῖται βάρβαρος ἁ Ἑλλάς, οὐ οὐχ ὑπ᾽ ἀνθρώπων μόνον γιγνομένα μετανάστασις, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτᾶς τᾶς φύσιος οὔτε μείζονος οὔτε μείονος αὐτᾶς γινομένας, ἀλλὰ καινοτέρας ἀεὶ καὶ πόθεμα ἀρχᾶς λαμβανούσας. Περὶ μὲν οὖν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ γενέσιος καὶ ἀφθαρσίας τᾶς ἐν αὐτῷ γιγνομένας, ὥστ᾽ ἔχει, ὥσθ᾽ ἕξει, τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τᾶς μὲν ἀεικινάτω φύσιος ἐάσας, τᾶς δ᾽ ἀειπαθέος, τᾶς μὲν ἀεὶ κυβερνάσας, τᾶς δὲ κυβερνωμένας, ἄχρι εἴρηταί μοι περὶ τούτων. *At communis Universi interitus neque fuit, neque unquam erit. Quamobrem etiam iis, qui rerum Græcarum initium ab Inacho Argivo ducunt, ita credendum est, quasi non primum aliquod initium, sed ejus immutationem sumserint. Sæpius etenim & fuit & futura est barbara Græcia, non tam ab hominibus quam ab ipsâ naturâ devastata: tamen ut nec major illa nec minor fiat, sed nobis recentiora sumat initia. At de Universo quidem, & ortu ejus atque æternitate, quoquo se pacto tum habeat, tum semper habiturum sit, altera natura semper movenda, altera semper afficienda; alteraque regente, altera regenda, hactenùs dictum esto.*

JOANNES PICUS MIRANDULANUS Comes libro primo contra Astrologos. *Cur & Ocellus idem Lucanus in libro de Mundo, testimonio etiam ipse Platonis eminentissimus.*

Cùm Archytas in epistolâ suâ Ocelli opusculum de omnium rerum ortu cum aliis tribus enumerat, hoc ipsum quod Latinum feci, intelligi oportet. Hæc enim duo idem valent, τὸ περὶ τῆς πάντων γενέσιος, & τὸ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. nam & generatio naturæ nomen obtinuit, quippe quæ in naturam ferat tanquam via. quod non ignoravit Aristoteles, cùm ità scripsit libro secundo de Naturali Auditione:

Ἔτι δὲ ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ἐστὶν ὁδὸς εἰς τὴν φύσιν.

ὨΚΕΛ-

OCELLUS LUCANUS De Universo.

ὨΚΕΛΛΟΣ Ὁ ΛΕΥΚΑΝΟΣ Περὶ τοῦ παντός.

INTERPRETE L. NOGAROLA.

C. I.

OCELLUS LUCANUS de universi naturâ conscripsit hæc, quæ quidem ille partim certis indiciis ab ipsa edoctus naturâ, partim opinatione & ratione ab intelligentiâ quod probabile est, conjecturâ secutus didicerat.

Κεφ. α.

1 Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. 2 Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών· τὰ δὲ καὶ δόξῃ, μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος.

Δοκεῖ

Ad Ocellum Lucanum Nogarolæ Annotationes.

NOn incommoda, nec inepta videatur quæstio, si quæratur, quam ob rem Archytas Tarentinus, & Timæus Locrus, Itali philosophi; Cur item Theocritus poëta ex Siciliâ ortus (quæ quidem Italiæ pars quondam fuit, nunc verò non lato interjecto mari sejuncta, & separata) Doricâ linguâ scripserint, aliarum Græcarum antiquissimâ; Ocellus autem in rebus naturæ explicandis Attico sermone usus sit.

1 *Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως*] Pythagoreorum morem servat Ocellus in exordiendo opusculo suo, in cujus initio suum nomen apposuit. Nam & Timæus Locrus ejusdem sectæ philosophus sic incepit. Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδ' ἔφα. Alcmæon quoque Crotoniata Pythagoræ discipulus, ut refert Laërtius, librum suum ad hunc modum instituit, Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιήτης τάδ' ἔλεξεν.

2 *Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς φύσεως ἐκμαθὼν, τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγω τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος*. Duos esse cognoscendi modos his paucis verbis Ocellus ostendit: unum, earum rerum, quæ sub sensum cadunt, quas solâ magistrâ & duce naturâ manifestis signis percipimus; alterum, illarum, quæ animo comprehenduntur, sed cum quâdam à re notâ ad ignotam progressione. Verùm ut ita progrediamur, vel (ut sic dicam) discurramus, tres necessariæ nobis sunt animæ facultates, quarum prima positas & concessas ratiocinationis propositiones, cognitis tamen priùs earum terminis intelligat. hæc Græcè νοῦς & νόησις, Latinè mens, & intelligentia nuncupatur: secunda progrediatur ac discurrat, cui quidem duplex Græcum impositum est nomen, διάνοια & λόγος, utraque Latinè dicitur cogitatio. Hæc autem vis, tametsi una eadémque est, loci tamen, & rei subjectæ ratione, in quâ est, à se ipsâ videtur differre: & propterea (ut modo dixi) duo habet nomina. Nam ut in Sophistâ affirmat Plato, ea facultas appellatur διάνοια, cum intus inclusâ

Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον· ἀεί τε γὰρ ἦν, καὶ ἔσαι. εἰ γὰρ ἔγχρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. οὕτως οὖν ἀγένητον τὸ πᾶν καὶ ἀνώλεθρον. οὔτε γὰρ, εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζει, εὕροιτο ἂν εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη. ἐξ οὗ γὰρ γέγονεν, ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντός ἐστιν. εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ παντὸς ἔσαι.

Universum quidem, ut ego arbitror, nec interiturum unquam est, nec ullum aliquando habuit ortum: cùm fuerit semper futurúmque sit. si enim tempori subditum foret, haud sanè esse perpetuò posset. ita igitur fit, ut & ingenitum sit, & item non interiturum. Nam si quis ipsum esse generatum ortu existimet, certè nullo modo in quod dissolvatur & desinat, invenire poterit. prima siquidem universi portio illa existet, ex quâ primò genitum fuerit: ultima, in quam postremùm dissipabitur.

Τόγε δὲ πᾶν γινόμενον, σὺν πᾶσι γίνεται· καὶ τὸ φθειρόμενον, σὺν πᾶσι φθείρεται. καὶ τοῦτό γε δὲ ἀδύνατον. ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. οὐ μὲν οὖν ἄλλως ἔχει ἢ οὕτως.

At verò universum si generetur, cum omnibus partibus simul generetur; & si intereat, pariter cum iisdem intereat opus est. hoc autem fieri nequit. universum igitur principio caret & fine, nec eveniet ut aliter quàm hoc modo, se habeat.

Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς, καὶ διαλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι, δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν

Ad hæc autem quidquid generationis initium acceperit, & dissipationis particeps futurum sit, id duas habeat mutationes necesse est: quarum sanè altera à re minore in ma-

ἀπὸ

clusa veluti animæ ad se ipsam dialogus, in animâ versatur: λόγος vero, cum ab animâ per os emissa cum sono foras effluit & prodit. Tertia quæ requiritur conclusionem considerans, vocatur δόξα, quam quidem opinionem & opinationem vertit Cicero. Hanc in eodem dialogo esse τῆς διανοίας ἀποτελεύτησιν asserit Plato, hoc est, cogitationis conclusionem. Primam facultatem attigit illis verbis Ocellus, τὸ εἶδος ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. secundam & tertiam, cùm dixit, καὶ δόξῃ μετὰ λόγου. Sed adverte Platonem, qui multa sumpsit ex Ocello, νόησιν μετὰ τοῦ λόγου conjunxisse: ità enim scribit in Timæo, νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν non diversa tamen ratione. Nam uterque has tres animæ facultates ad progressionem seu discursum pertinentes, enumerare voluit, de quibus Joannes Grammaticus in procœmio primi de Animâ voluminis. Non negaverim tamen νόησιν, διάνοιαν, δόξαν, tres etiam significare animi habitus, quibus duos alios πίστιν καὶ εἰκασίαν addidit Plato in calce libri 6. de Rep. quibus nos dicit cognoscere quinque rerum genera.

3 Sym-

jorem, & à deteriore in meliorem progreditur, ac generatio quidem dicitur: mutationis autem origo generatio dicitur; id verò, ad quod pervenit, status: altera verò à re majore ad minorem, & à meliori in deterius efficitur. Hujus autem mutationis exitus, sive conclusio, interitus & dissolutio nuncupatur.

Hâc igitur ratione si universum & totum genitum interiturúmque sit, illud à minori ad majus, & à deteriori in melius necessariò mutatum fuerit. Ex quo etiam eveniet, ut ejusdem mox à majori ad minus, & à meliori in deterius sequatur mutatio. Mundus itaque si genitus sit, ut accretionem & statum accepit, sic decretionem & finem posteà suscipiet. Nam omni naturæ, quæ progressionem habet, termini quidem tres, & duo attribuuntur intervalla. Termini profectò sunt generatio, status, & interitus: intervalla verò, quod inter generationem & statum, quódque inter statum & finem medium interjectúmque est.

Verùm enimverò totum, & universum hoc, nullum ex se nobis hujusmodi indicium præbet: neque enim oriri ipsum unquam vidimus, nec melius aut majus fieri, nec certè deterius aut minus evadere: sed unum semper & idem permanere, sibique par & sui simile semper existere.

τ' αὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ,

ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗπερ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις· τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή. δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις.

Ἐὰν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γεννητόν ἐστιν καὶ φθαρτὸν, γενόμενον, ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον μετέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὥστε καὶ ἀπὸ (τοῦ) μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν. ἅπασα γὰρ φύσις, ἡ ἔχουσα διέξοδον, ὅρους ἔχει τρεῖς, καὶ δύο διαστήματα. ὅροι μὲν οὖν εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμὴ, τελευτή· διαστήματα δὲ, τό τε ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τῆς ἀκμῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον· οὔτε γὰρ γενόμενον αὐτὸ εἴδομεν, οὔτε μὲν ἐπὶ (τὸ) βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρον ποτὲ ἢ μεῖον γενόμενον· ἀλλ' ἀεὶ κατὰ καὶ ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ.

Τὰ

Τὰ σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια αὐτοῦ ἐναργῆ (αἱ) τάξεις, (αἱ) συμμετρίαι, σχηματισμοὶ, θέσεις, διαςάσεις, δυνάμεις, ταχύτητες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδύτητες, ἀριθμοὶ γοῦν καὶ χρόνων περίοδοι. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ἐπιδέχεται, κατὰ τὴν τῆς γεννητῆς φύσεως διέξοδον. τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα, καὶ τὰ χείρονα.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης, ἐκ τῶν ἁπάντων δὴ κοσμηθείς· σύςημα γάρ ἐςιν τῆς τῶν ὅλων φύσεως αὐτοτελὲς, καὶ τέλειον· ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν. εἰ γάρ τί ἐςὶν, ἐν τῷ παντί ἐςι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σὺν τούτῳ (τὸ) πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα.

Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν. ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐ-

Hujus ſanè rei ſigna habentur & indicia, & ea quidem perſpicua, ordines ſcilicet, 3. ſymmetriæ, figuræ, ſitus, intervalla, facultates, celeritates tarditatéſque motuum, eorúmque inter ſe proportiones; numeri præterea, & viciſſitudines, commutationéſque temporum. Ejuſmodi enim omnia, ut mortalis hæc & generationi obnoxia progreditur natura, mutationem diminutionémque ſuſcipiunt. ac quæ majora quidem, & potiora fuerint, ſtatum ipſum propter vigorem: quæ autem minora deterioráque ſunt, interitum præ imbecillitate conſequi ſolent.

At totius & univerſi nomine totum hunc mundum intelligo: nam ob id quòd univerſitate rerum diſtinctus ornatúſque ſit, appellationem hanc adeptus eſt. Perfecta enim & abſoluta quædam naturarum omnium collectio eſt, extra quam nihil prorſus conſiſtit; ſed quidquid fuerit, illud in univerſo, & cum univerſo comprehendatur oportet: cujus ſanè proprium videtur eſſe, omnia vel ut partes, vel ut res adventitias, & externas continere.

Atque ea quidem, quæ Mundus complectitur, cum Mundo: Mundus verò cum nullâ aliâ re, quàm cum ſeipſo co-

dev

3 Symmetria cùm Latinum, teſte Plinio, non habeat nomen, commenſurationem proportionémque convertere mihi non libuit, ſed integram ſervandam eſſe dictionem cenſui. Nam ea, quamvis Græca, jam ſatis, ut pleræque aliæ, Latino ſermone trita eſt, quâ Vitruvius & Plinius cives mei frequenter uſi ſunt.

4 Hoc

gnationem & conſenſum habet. Sed cùm ſingulæ quæque res ex diminutâ & minimè perfectâ conſtent naturâ, neceſſariò factum eſſe videtur, ut externo adhuc illæ adminiculo egeant, atque cum iis quæ ſibi proximæ fuerint, conjungi copularique debeant; ut animalia quidem cum aëre ad reſpirandum, aſpectus oculorum cum lumine, ac reliqui pariter ſenſus cum re, & eâ quidem propriâ, quæ unicuique eorum objicitur. Stirpes item & plantæ cum terræ ſucco, cujus vi pullulant & creſcunt. Sol quoque, Luna, & ſtellæ tam inerrantes quàm vagæ, cum Mundo, quem ipſæ tanquam partes diſtinguunt, atque exornant, cognatione quâdam junctæ & continentes ſunt. Mundus verò non niſi cum ſe ipſo conjungitur & coaleſcit.

δὲν ἕτερον, ἀλλ᾽ αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα, τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ᾽ ἔτι δεῖται τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοήν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις, πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι. Ἥλιος δὲ καὶ σελήνη, καὶ οἱ πλάνητες καὶ (οἱ) ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς (κοινῆς) διακοσμήσεως αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ.

Quin etiam ex his facilè intelligi poterit, id eſſe verum, quod dicimus. Nam & ignis, cùm aliis rebus impertiendi caloris vim habeat, ipſe ex ſeipſo

4 Ἔτι δὲ καὶ οὕτως εὔγνωστον ἔσται τὸ λεγόμενον, ὅτι ἀληθές ἐστι. τό τε γὰρ πῦρ ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὄν, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ θερμόν ἐστι.

4 Hoc eodem ferè argumento probavit Critolaus peripateticus Mundum ſemper fore, quamvis id paucioribus fecerit, quàm Ocellus, & diverſis uſus ſit verbis, & exemplis, ut in Philonis libello περὶ ἀφθαρσίας κόσμου videre licet. in quo ſic ſcriptum eſt, Ἐπιχειρζόμενος δὲ ὁ Κριτόλαος ἐχρῆτο καὶ τοιούτῳ λόγῳ. τὸ αἴτιον αὑτῷ τοῦ ὑγιαίνειν, ἄνοσόν ἐστιν· ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον αὑτῷ τοῦ ἀγρυπνεῖν, ἄγρυπνόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ αἴτιον αὑτῷ τοῦ ὑπάρχειν, ἀΐδιόν ἐστιν. αἴτιος δὲ ὁ κόσμος αὑτῷ τοῦ ὑπάρχειν, εἴγε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος ἐστίν. hoc eſt, *Critolaus autem diſputans hâc ratione utebatur: quod ſibi ipſi bonæ valetudinis cauſa eſt, id nullo affligitur morbo: quin etiam quod ex ſe habet, ut vigilet, ſomni expers eſt. Quòd ſi ita res ſe habeat, id quoque quod ſibi ipſi cauſa eſt, cur ſit, perpetuum eſt; atqui Mundus ſicuti cæteris rebus, ſic etiam ſibi ipſi in cauſâ eſt, ut ſit, nimirum ipſe æternus eſt.* Non miretur, qui noſtra hæc legerit, ſi cùm in Ocello, & Philone ἀπόδειξιν nomen græcum reperi, demonſtrationem transferre noluerim. Nam demonſtratio apud Ciceronem non idem ſignificat, quod apud Ariſtotelem ἀπόδειξις. quare facilè ſuſpicor, ne M. Tullius Ariſtotelis libros περὶ τῶν ἀναλυτικῶν, ſicut & alios ejuſdem complures viderit. quod ſanè ſi illi datum fuiſſet, non dixiſſet in Academicis, ἀπόδειξιν eſſe argumenti concluſionem, eamque ita definiri, ut ſit ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit. Nam hæc definitio non tantùm veræ demonſtrationi, cujus vim & naturam perſe-

ἐστι. καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γενόμενον, αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ γλυκύ ἐστι. καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς τε καὶ γνωστικαὶ εἰσίν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι· καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον, καὶ διαμένον ἐστί. καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν. ὁ δέ γε κόσμος, αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐστι καὶ αὐτοτελὴς, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς (τῶν ὅλων.)

calidus est. Mel quoque quod suâ nos dulcedine potest afficere, suâpte naturâ dulce suavéque est. Similiter exquisitarum rationum principia, quæ res occultas demonstrant, ipsa ex seipsis perspicua claráque sunt. pari modo quod aliis rebus caussa est, cur perfectæ sint, id suâ vi perfectum absolutúmque est. Quod item efficit, ut alia serventur ac permaneant, ipsum suâ sponte salvum itidem est, ac permanens: atque quod aliis rebus convenientiam, & concentum præbet, illud suâ naturâ aptum concinnúmque est. Mundus igitur cùm sit in causâ cur existant aliæ res, serventur, & perfectionem habeant; iccirco suâ vi sempiternus est, æternóque permanens tempore, atque ob eam rationem habetur auctor, cur aliæ quoque res perpetuò durent, & consistant.

[5] Ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὂν, ἢ εἰς τὸ

Omnino autem si ipsum universum intereat, illud aut in id quod est, aut certè in nihilum

μὴ

persecutus est Aristoteles, verùm etiam omnibus ratiocinationis generibus convenire aptarísque videtur. Loco demonstrationis Aristotelicæ exquisitam rationem protulit Cicero. Quem imitari mihi libuit tum primo Tusculanarum, tum etiam primo de Finibus, ubi inter argumenti conclusionem & rationem, item inter mediocrem animadversionem & admonitionem quid intersit, nobis explicuit.

5 Philo Judæus in eodem opusculo hanc rationem ferè totam ex Ocello ad verbum accepit. sic enim ait, Λέγεται μέν τοι, καὶ φθορὰ, ἡ πρὸς χεῖρον μεταβολή· λέγεται δὲ καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἀναίρεσις παντελὴς, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμῇ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον, καὶ ἄπυστον. hoc est, *Interitus vocatur in deterius mutatio. dicitur quoque omnium perfecta consumptio, cui nulla necessariò attribuitur subsistentia; nam quemadmodum ex nihilo nihil efficitur, ità nec quod est, in nihilum interit: ex nihilo enim ut aliquid gignatur, fieri nequit, atque id quod est, prorsus deleri, & interimi, nec auditum unquam nec credibile est.*

Ἀμή-

dissipetur oportet. in id quod est, fieri nequit, siquidem universitatis rerum non erit interitus „ si in id quod est, fiat dissolutio. nam id quod est, aut ipsum universum, aut universi portio existit. Neque verò in nihilum; cùm fieri non possit, ut id quod est, aut ex nihilo fiat, aut in nihilum abeat. æternum igitur, nec ullo modo internecioni obnoxium est universum.

At siquis ipsum esse interitu-

Tollendæ porrò sunt penitùs omnes illæ generationes, quæ præter naturam & contumeliosæ sunt. Contrà relinquendæ & servandæ, quæ secundum naturam & temperanter efficiuntur, ut filii sobriè & legitimè geniti sint.

Καθόλου δὲ δεῖ περιαναιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γενέσεις, καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γινομένας. καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν, καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένῃ.

Opus est præterea ut qui liberorum procreationi operam dant, futuræ sobolis multò antè curam suscipiant. Ea porrò prima & potissima adhibebitur animadversio, si temperato & salubri utantur cibo, non ebrietate capiantur, nec quidpiam sumant, quod perturbationem afferat, ex quibus qui-

Δεῖ δὲ πάλιν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. πρώτη μὲν οὖν μεγίςη φυλακὴ πρὸς γένεσιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ, δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή· ὡς μήτε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τῇ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρους (αἱ) αὐτῶν

[a] Plato lib. 5. de Rep. hæc Ocelli præcepta vidisse palam ostendit: qui tametsi plures enumeret cognationis gradus à quibus abstinere nos oporteat, coitum tamen cum sorore non videtur prohibere. verba Platonis hæc sunt: Ὅταν δὲ δὴ οἶμαι αἵ τε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, ἀφήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγίγνεσθαι ᾧ ἂν ἐθέλωσι πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων καὶ ταῖς ἄνω μητρός. καὶ τὰς γυναῖκας αὖ, πλὴν ὑεῖ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν τούτων εἰς τὸ κάτω καὶ εἰς τὸ ἄνω.

b Hoc

αὐτῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται. μάλιστα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ τῆς καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνηται χαριέστατα, καὶ γεννώμενα, καλῶς ἀνατραφῇ. [3] οὔτε (δὲ) γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλοκύνας, μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, [4] ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων· ἀλλὰ (καὶ) γεννᾷν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας.

dem rebus habitus corporis deteriores evadunt. Illud verò omnium maximè curandum eſt, ut non niſi pacatâ & tranquillâ mente concumbant. nam cùm pravi & inconſtantes, ac perturbati ſunt corporis habitus, ex illis vitioſa ſemina ſolent prodire.

Ita quoque omni ſtudio & intento animo eniti debent, ut ſciti admodùm & elegantes naſcantur liberi, & cùm orti ſuſceptíque fuerint, liberaliter educentur. iniquum eſt enim philippos quoſdam, & philornithas, & philocynas, id eſt qui equos alunt, aut aves aut canes ad venandum, omni diligentiâ curare, ut belluas, quemadmodum, & ex quibus, & quo tempore oporteat, generent, & quonam modo affectæ ſeſe admiſcere & copulare debeant, ne vilis ac vulgaris naſcatur ſoboles; homines verò nullam filiorum ſuorum curam ſuſcipere, quin potiùs illos (ut ſors tulit) procreare, &, cùm genuerint, ipſorum educationem inſtitutionémque negligere.

[5] Ταῦτα

3 Hoc eodem exemplo uſus eſt Plato libro quinto de Rep. ubi nobis ſuadet ut in gignendis liberis eos imitemur, qui belluarum ſtudioſi dant operam, ut ex optimis canibus, equis & avibus, optima oriatur proles. Platonis verba huic loco brevitatis causâ apponere nolui, cum nimis multa ſint, tum maximè quòd vulgo habeantur benè converſa.

4 Ὡς δεῖ, κ' ἐξ ὧν δεῖ, κ' ὅτε δεῖ, κ' πῶς] His verbis modos exprimit Ocellus, qui in generandis animalibus ſervandi ſunt. Hos τὰς περιστάσεις appellant Græci, circumſtantias Latinè reddunt, tum Seneca in quæſtionibus Naturalibus, tum etiam Quintilianus libro V. ſuarum inſtitutionum. Similiter circumſtantias quæ in dandis requiruntur pecuniis, ſecundo de Moribus libro Ariſtoteles ſic enumerat: Καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι ῥᾴδιον, τὸ δ' ᾧ κ' ὅσον κ' ὅτε κ' οὗ ἕνεκα κ' ὡς, οὐκέτι παντός, οὐδὲ ῥᾴδιον.

5 Huic

Nam istæc si contemnantur, omnis improbitatis & nequitiæ causæ sunt, quippe quæ efficere soleant, ut qui orti fuerint, belluarum similes, viléſque ac degeneres evadant.

[5] Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα, πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

5 Huic libello nonnulla deesse arbitror, eâ adductus ratione, quòd Ocellus in fine hujus ultimi capitis, (id quod fecerat in aliorum calce) quæ prius explicuit, non recensuit.

OCELLI LUCANI
DE
LEGIBUS

Fragmentum ex Stobæo Egl. Phyſ. Lib. 1. Cap. 16.

Cum Verſione

CAROLI EMMANUELIS VIZZANI.

Corporis, mundi, domûs, & civitatis natura nobili comparatione conſideratur.

Continet quidem corpora vita, hujus verò cauſa anima: mundum verò harmonia, hujus autem cauſa Deus; familias verò & civitates concordia, hujus autem cauſa lex. Cauſa igitur aliqua eſt, & natura, mundum quidem ſemper aptè cohærere, & nunquam in ſtatum perturbatum declinare,

Συνέχει γὰρ τὰ μὲν σκάνεα ζωὰ, ταύτας δ' αἴτιον ψυχά· τὸν δὲ κόσμον ἁρμονία, ταύτας δ' αἴτιος ὁ θεός. τοὺς δ' οἴκως καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιος ὁ νόμος. τίς οὖν αἰτία καὶ φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόσθαι διὰ παντὸς, καὶ μηδέποτ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν,

τὰς δὲ πόλιας καὶ τοὺς οἴκους ὀλιγοχρονίους ἦμεν, ὧν γεννατὰ καὶ θνατὰ τὰν φύσιν ἐξ ἧς συνέστακεν ὕλας, τὰν ἀυτὰν αἰτίαν ἔχει τᾶς διαλύσιος. συνέστη γὰρ ἐκ μεταβολίας καὶ ἀειπαθέος. ἁ γὰρ τῶν γενομένων ἀπογένεσις σωτηρία τᾶς γεννάτορος ὕλας. τὸ δὲ ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δ' ἀειπαθὲς κυβερνεῖται, καὶ τὸ μὲν πρᾶτον τᾷ δυνάμει, τὸ δὲ ὕστερον. καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ λόγον ἔχον καὶ ἔμφρον. τὸ δὲ γεννατὸν, καὶ ἄλογον, καὶ τὸ μεταβάλλον.

civitates verò & familias brevis esse temporis: quorum genita, & mortalis natura materiæ, ex quâ constituta sunt, ipsam habent causam dissolutionis: constant enim ex mutabili & semper passibili. Eorum enim quæ genita sunt interitus, salus genitricis materiæ. quod verò semper movet, gubernat: quod semper patitur, gubernatur: & illud quidem potestate prius, hoc verò posterius; & illud quidem divinum, & rationem habens, & mentis particeps, hoc verò genitum, & rationis expers, & mutabile.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

TI-

ΤΙΜΑΊΩ ΤΩ͂ ΛΟΚΡΩ͂

ΠΕΡῚ

ΨΥΧΑ͂Σ ΚΌΣΜΩ

ΚΑῚ ΦΎΣΙΟΣ.

TIMÆI LOCRI

D E

ANIMA MUNDI,

ET NATURA.

DE TIMÆO LOCRO VETERUM TESTIMONIA.

PLATO in TIMÆO. Τίμαιός τε γὰρ ὅδε εὐνομωτάτης ὢν πόλεως, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται, φιλοσοφίας δ' αὖ, κατ' ἐμὴν δόξαν, ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθε. *Nam & Timæus hic cùm esset è Locris civitate in Italia, optimis legibus fundatâ, neque quoquam civium aut divitiis aut genere inferior, summos in ea civitate & honores & Magistratus gessit, &, ut ego arbitror, ad summum in omni Philosophiâ fastigium pervenit.* Et paulò pòst, Ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μὲν, ἅτε ἀστρονομικώτατον ἡμῶν, καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτᾶν δ' εἰς ἀνθρώπων φύσιν. *Visum est enim nobis, ut Timæus, utpote Astronomiæ maximè peritus, & qui in scientia naturæ Universi potissimùm operam collocavit, primas dicendi partes sustineret, ab ipsa mundi generatione incipiens, & in hominum procreatione finiens.*

CICERO Libro 5. de Finibus. *Cur Plato Ægyptum peragravit, ut à sacerdotibus barbaris numeros & cœlestia acciperet? cur pòst Tarentum ad Archytam? cur ad cæteros Pythagoréos, Echecratem, Timæum, Acrionem Locros, ut cùm Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eáque quæ Socrates repudiabat, addisceret?* Et lib. 1. Tuscul. Quæstionum. *Platonem ferunt ut Pythagoreos cognosceret in Italiam venisse, & in ea cùm alios multos tum Archytam, Timæúmque cognovisse, & didicisse Pythagoréa omnia.*

CLEMENS ALEXANDRINUS Stromatum lib. 5. Τίμαιος ὁ Λοκρὸς ἐν τῷ φυσικῷ συγγράμματι κατὰ λέξιν ὧδέ μοι μαρτυρήσει. Μία ἀρχὰ πάντων ἐστὶν ἀγένητος· εἰ γὰρ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχά, ἀλλ' ἐκείνα ἐξ ἇς ἁ ἀρχὰ ἐγένετο. *Timæus Locrus in Libro de Natura his verbis mihi feret testimonium.* Unum principium omnium est infectum. Si enim esset factum, non esset utique ampliùs principium, sed illud ex quo factum est principium; vel, ex quo tanquam principio factum est; legitur enim ἐξ ἇς ἀρχᾶς ἐγένετο, apud Theodoretum, qui eundem locum citat sermone 2. de Principio.

Vide S. HIERONYMUM adversus Ruffinum, ubi eadem ferè habes.

JAMBLICHUS in Nicomachi Arithmeticâ, de Musica proportione agens. Εὑρίσκονται γοῦν πολλοὶ τῶν Πυθαγορείων αὐτῇ κεχρημένοι, ὥσπερ Ἀρισταῖος ὁ Κροτωνιάτης, καὶ Τίμαιος ὁ Λοκρός. *Quare multi Pythagorei inveniuntur qui illa sunt usi, ut Aristæus Crotoniates, & Timæus Locrus, &c.* Et rursus agens de proportione Geometricâ. Τίμαιός τ' οὖν ὁ Λοκρὸς, ἐν τῷ περὶ φύσεως κόσμου καὶ ψυχᾶς, (ἀφ' οὗπερ ἐφοδιασθέντα Πλάτωνα τὸν διὰ τοῦτο φερώνυμον Τίμαιον συντάξαι λέγουσιν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς Σίλλους ποιήσας Τίμων λέγων οὕτως, Πολ-

Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξατο βίβλον
Ἔνθεν ἀφορμηθεὶς Τιμαιογραφεῖν ἐπιχείρει.)

οὕτω πως φησί. τριῶν γὰρ ὡντινωνοῦν ὅρων, ὅταν καὶ τὰ διαστάματα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἑστάθη ποτ' ἄλλα (leg. ἄλλαλα) τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῶ δίκας ὁρήμεθα ποττὸ πρᾶτον, ὅπερ τὸ τρίτον ποτ' αὐτὸ, κἀνάπαλιν, καὶ παραλλάξ. *Quare Timæus Locrus in Libro de Natura Mundi atque Animâ* (*ex quo instructum Platonem Timæum cognominem composuisse ferunt nonnulli, inter quos etiam est Timon Sillographus, ita scribens*,

Magno nummorum numero parvum emit librum,
Unde materiam nactus aggressus est Timæum scribere.)

ità loquitur. (secundum interpretationem editam) Cùm enim tres quidam existant termini, & intervalla quoque eâdem ratione inter se distent, tunc videlicet medium radii instar videmus ad primum esse, quod tertium est ad ipsum, & contrariâ vice, commutatísque intervallis.

SYRIANI Testimonium vide ad Ocellum.

PROCLUS DIADOCHUS in Commentario in Timæum Platonis. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Τιμαίου γράμμα περὶ φύσεως τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον διατάττεται. ἔνθεν ἀφορμηθεὶς ὁ Πλάτων Τιμαιογραφεῖν ἐπιχειρεῖ, κατὰ τὸν Σιλλογράφον. ὃ καὶ προὐπήξαμεν τῶν ὑπομνημάτων, ἵν' ἔχοιμεν γινώσκειν τίνα μὲν ὁ Πλάτωνος Τίμαιος λέγει ταυτὰ ἐκείνῳ, τίνα δὲ προστίθησι, τίνα δὲ καὶ διάφωνα. *Etenim Liber Timæi Pythagorici de Natura Pythagorico more disponitur.* Unde materiam nactus Plato Timæum scribere aggressus est, *secundùm Sillographum. Quem librum etiam Commentariis nostris præfiximus, ut noscere possimus quænam Platonis Timæus tradit illi consentanea, quænam addidit, quænam etiam dissentanea.* Hunc igitur Librum ab ipso conservatum, & à nobis editum in Commentariis sæpe citat Proclus, quem nunc περὶ φύσεως indigitat, nunc περὶ παντός.

DAMASCIUS περὶ ἀρχῶν MS. Χρόνος ἅμα τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν Τίμαιον, Tempus simul cum cœlo factum est, juxta Timæum. & alibi, αἰωνίων [l. αἰώνων] εἰκόνα τὸν χρόνον ὁ Τίμαιος πεποίηκε, sæculorum imaginem Timæus fecit tempus. & alibi sæpe.

ÆNEAS GAZÆUS in Theophrasto. Ὁ δὲ δὴ Πλάτων τὸν Τίμαιον ἐπιδεικνὺς, Plato Timæum explicans.

SUIDAS in Lexico. Τίμαιος Λοκρὸς, Φιλόσοφος Πυθαγόρειος, μαθηματικὰ, περὶ φύσεως, περὶ τοῦ Πυθαγόρου βίου. *Timæus Locrus, Philosophus Pythagoréus, Mathematica, de Natura, de vita Pythagoræ.*

TIMÆI LOCRI DE ANIMA MUNDI, Id est, Natura.

ΤΙΜΑΊΩ ΤΩ͂ ΛΟΚΡΩ͂ ΠΕΡΙ ΨΥΧΑ͂Σ ΚΌΣΜΩ, Καὶ Φύσιος.

ARGUMENTUM.

VERE aureus libellus, & purioris priscorum philosophorum doctrinæ pulcherrimum μνημόσυνον, superioris verò disputationis à Platone copiosè de Natura perscriptæ verum autographum: cui fusiùs & dilucidiùs nimirum explicando commentarii vice illa adhibita est. unde nomen etiam autoris retinuit Platonis candor. Nos, ne actum agamus, summis tantùm capitibus notatis, hæc autographi verba ad commentarium revocabimus. nam & libri subjectum & ipsa οἰκονομία planè cum illo consentiunt. Illic latior & magnificentior via, hîc ejusdem doctrinæ certa & perspicua animadvertuntur vestigia. Hoc tamen notandum, Platonem, ad doctrinam amplificandam, fœda quædam commenta ex Ægyptiorum scholis, putidâ quâdam diligentiâ, illuc congessisse, quæ commodiùs & modestiùs hîc notantur à Timæo: veluti sunt nugæ περὶ μεταφύσεως, in quibus sanè nimius est Plato. hîc notantur quidem, sed ita ut & confictæ dicantur, & ξέναι τιμωρίαι appellentur, quibus minimè sit fides adhibenda: eas tamen necessariò dici, ut tam horribili pœnarum denuntiatione homines à sceleribus absterreantur. Fuit autem hic Timæus Locrus, Pythagoréus philosophus, purioris philosophiæ, ut apparet, peritissimus: ut non immeritò eum quasi archetypum in physicis rebus explicandis sibi proposuerit Plato. Quo tempore vixerit, dubitatur. quidam Platone antiquiorem, quidam ei σύγχρονον fuisse arbitrantur.

TIMÆUS Locrus hæc dixit. Duas esse rerum omnium causas: Mentem quidem, earum quæ ratione quâdam nascuntur, et Necessitatem earum quæ existunt vi quâdam, secundum corporum potentias & facultates. Harum rerum, id est, Naturæ bonorum, optimum

ΤΊΜΑΙΟΣ ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. δύο αἰτίας εἶμεν τῶν συμπάντων· νόον μὲν, τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων· ἀνάγκαν δὲ, τῶν βίᾳ καττὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων. τουτέων δὲ, τὸν μὲν,

τᾶς

τᾶς * τἀγαθῶ φύσιος εἶμεν, θεόν τε ὀνυμαίνεσθαι, ἀρχάν τε τῶν ἀρίστων· τὰ δ' ἑπόμενά τε καὶ συναίτια, ἐς ἀνάγκαν ἀνάγεσθαι. τὰ δὲ ξύμπαντα, ἰδέαν, ὕλαν, αἰσθητόν τε, οἷον ἔκγονον τουτέων. καὶ τὸ μὲν, εἶμεν ἀγένατόν τε καὶ ἀκίνατον, καὶ μένον τε, καὶ τᾶς ταυτῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γεννωμένων, ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐντί. τοιοῦτον γάρ τι τὰν ἰδέαν λέγεσθαί τε καὶ νοεῖσθαι. τὰν δ' ὕλαν, ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν εἶμεν τᾶς τρίτας οὐσίας. δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα ἐς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν, ἀποτελεῖν † πάντα τὰ γεννάματα. ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἀΐδιον μὲν ἔφα, οὐ μὰν ἀκίνατον· ἄμορφον δὲ καθ' αὑτὰν, καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν. τὰν δὲ περὶ τὰ σώματα, μεριστὰν εἶμεν, καὶ τᾶς θατέρω φύσιος. ποταγορεύοντι δὲ τὰν ὕλαν, τόπον καὶ χώραν.

eſſe quoddam rerum optimarum principium, & Deum vocari: ea verò quæ conſequuntur & tanquam adjuvantes cauſæ accedunt, ad Neceſſitatem reduci. 1 omnia enim eſſe Ideam, Materiam, Senſile, veluti illarum fœtum. & hanc quidem eſſe ingenitam & immobilem. Eſſe præterea in hac naturæ univerſitate quiddam quod maneat, & intelligibile ſit, rerum genitarum, quæ quidem in perpetuo quodam mutationum fluxu verſantur, exemplar. hujuſmodi nimirum in his rerum ſingularum viciſſitudinibus conſtans & perpetuum exemplar, Ideam dici & mente comprehendi. Materiam autem eſſe expreſſum rerum ſimulacrum, & matrem & nutricem, & ad generationem Tertiæ eſſentiæ aptam. quum enim effigies rerum in ſeſe ſuſceperit & veluti impreſſerit, hos fœtus producere. 3 Hanc verò Materiam aiebat eſſe ſempiternam, nec verò mobilem: & ab omni forma & figura per ſe immunem & liberam, quaſlibet tamen formas recipientem; circa verò corpora dividuam eſſe, & alterius naturæ participem. Appellant autem Materiam, Locum

δύο

* *Legitur etiam τἀγαθόν.*

1 De principiis rerum naturalium, Materiâ & Formâ. Harum naturalium cauſarum Deus eſt ſumma & princeps cauſa, *ἀρχὰ τῶν ἀρίστων, ἀρχαγὸς πάντων, δαμιουργὸς τῶ βελτίονος.* Ita Deus univerſi opifex agnoſcitur. Vide in Tim. Plat. pag. XXVIII, uſque ad XXX.

2 Rerum naturalium mirabilis *οἰκονομία*· Forma, Materia, Senſile. Formæ & Materiæ in mente Dei, vis & *ἐνέργεια*· unde res creatæ prodeunt veluti fœtus, Opificis decreto. à pag. XLVIII, uſque ad LIII.

† *Legitur etiam τάδε τὰ γεννάματα. Paulo poſt ἀμόρφωτον, pro ἄμορφον.*

3 Materiæ primæ deſcriptio, & miniſterium in opificio naturæ. Ibidem.

2 Mundi

& Sedem. Duo hæc igitur sunt contraria principia. Idea quidem [id est, Forma] rationem habet maris & patris: Materia autem, fœminæ & matris: Tertiam verò esse essentiam, ea quæ ex his, ut fœtus, nascuntur. Quum hæc tria sint, tribus quoque modis cognosci: Formam quidem, mente & scientia: Materiam adulterinâ quâdam ratiocinatione (quod videlicet non rectâ quâdam & æquâ rei animadversione, sed ex proportione quadam & collatione intelligatur) Fœtus verò qui ex illis nascuntur, sensu & opinione. Antequam igitur Cœlum extaret, [1] ratione erant Forma & Materia, & quidem Deus ille erat melioris opifex. Quandoquidem igitur antiquius juniore præstantius est, & id quod ordinatum est inordinato, Deus quum nimirum bonus sit, & videret Materiam recipere formam, & alterari variè quidem, sed tamen inordinatè: vidit quoque opus esse ut eam ipse in ordinem reduceret, & ex indefinitis mutationibus ad certam definitámque constitueret: ut corporum distinctiones mutuâ ratione inter se responderent, neque temere vicissitudines ultrò citróque reciperent. Hunc igitur mundum ex omni materia creavit Deus, universíque naturam terminum ipsum circumscripsit atque definiit: quòd videlicet omnia alia in seipso complectatur, quippe quod unum sit

δύο ὦν αἵδε ἀρχαὶ ἐναντίαι ἐντί· ὧν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄῤῥενός τε καὶ πατρός· ἁ δ' ὕλα, θήλεός τε καὶ ματέρος. τρίτα δὲ εἶμεν τὰ ἐκ τούτων ἔκγονα. τρία δὲ ὄντα, τρισὶ γνωρίζεσθαι, τὰν μὲν ἰδέαν, νόῳ κατ' ἐπιστάμαν· τὰν δ' ὕλαν, λογισμῷ νόθῳ· τῷ μήκω κατ' εὐθυωρίαν νοεῖσθαι, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν. τὰ δ' ἀπογεννάματα, αἰσθήσει καὶ δόξᾳ. πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἤστην ἰδέα τε καὶ ὕλα, καὶ ὁ θεὸς δαμιουργὸς τῶ βελτίονος. ἐπεὶ δὲ τὸ πρεσβύτερον κάῤῥον ἐστὶ τῶ νεωτέρω, καὶ τὸ τεταγμένον πρὸ τῶ ἀτάκτω, ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς, ὁρῶν τε τὰν ὕλαν δεχομέναν τὰν ἰδέαν καὶ ἀλλοιουμέναν, παντοίως μὲν, ἀτάκτως δὲ, ἐδεῖτ' ἐς τάξιν αὐτὰν ἄγεν, καὶ ἐξ ἀορίστων μεταβολᾶν, ἐς ὡρισμέναν καταστᾶσαι· ἵν' ὁμόλογοι ταὶ διακρίσεις τῶν σωμάτων γίγνοιντο, καὶ μὴ κατ' αὐτόματον τροπὰς δέχοιτο. ἐποίησεν ὦν τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, ὅρον αὐτὸν κατασκευάξας τᾶς τῶ ὄντος φύσιος, διὰ τὸ πάντα τἄλλα ἐν αὐτῷ περιέχεν, ἕνα, μονογενῆ, τέλειον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν· (κρέσσονα γὰρ τά-

δε

[1] Mundi ἐνταξία, & penè æterna firmitas. Pag. jam notatis: ubi hæc erunt diligenter perquirenda suis locis.

δε ἀψύχω καὶ ἀλόγω ἐςόν) καὶ σφαιροειδὲς σῶμα· τελειότερον γὰρ τῶν ἄλλων σχημάτων ἦν τοῦτο. δηλεόμενος ὦν ἄριςον γέννασμα ποιεῖν, τοῦτον ἐποίει θεὸν γεννατὸν, οὔ ποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω, ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ, εἴ ποκα δήλετο αὐτὸν διαλύεν. ἀλλ' οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐςιν ὁρμᾷν ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίςω. διαμένει ἄρα, τοιόσδε ὢν, ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος. κράτιςος δ' ἐςὶ γεννατῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίςω αἰτίω ἐγένετο, ἀφορῶντος οὐκ εἰς χειρόκματα παραδείγματα, ἀλλ' ἐς τὰν ἰδέαν καὶ ἐς τὰν νοατὰν οὐσίαν· ποθ' ἅν περ τὸ γεννώμενον ἀπακριβωθὲν, κάλλιςόν τε καὶ ἀπαρεγχείρητον γίγνεται. τέλειος δ' ἀεὶ κατὰ τὰ αἰσθητά ἐςιν, ὅτι καὶ τὸ παράδειγμα τῆνο αὐτῶ περιέχον πάντα τὰ * νοατὰ ζῶα ἐν αὐτῷ, οὐδὲν ἐκτὸς ἀπέλιπεν ἄλλο, ὅρος ὢν νοατῶν παντελὴς, ὡς ὅδε ὁ κόσμος αἰσθητῶν. ςερεὸς δὲ ὢν, ἁπτός τε καὶ ὁρατὸς, γᾶς μεμόρακται,

unigenitum, perfectum, animâ & ratione præditum (sic enim melius erat futurum, quam illud quod animæ & rationis est expers) globoso corpore. (hæc enim figura omnibus figuris perfectior est.) Quum igitur Deus vellet pulcherrimum fœtum producere, hunc effecit Deum genitum, nunquam corrumpendum ab alia causa, præterquam a Deo qui ipsum composuit, siquando voluerit ipsum dissolvere. At non est boni genitoris, ad sui fœtus, & pulcherrimi quidem illius, perniciem impelli. Permanet igitur mundus constanter talis qualis est creatus à Deo, ab omni corruptione liber & interitu, beatus, optimus rerum omnium genitarum: quandoquidem ab optima causa extitit, proponente sibi non exemplaria quædam manuum opificio edita, sed illam Ideam intelligibilémque essentiam: ad quam videlicet quum res ipsæ exquisitâ quâdam ratione effectæ fuerint, pulcherrimæ extiterunt, & hujusmodi ut novâ quâdam operâ emendari minimè debeant. Perfectus verò semper est mundus, rerum sensilium comparatione: quoniam & Exemplar illud quod & omnia animalia in seipso complectitur, nihil extrà reliquit aliud: hoc verò Exemplar, intelligibilium perfectus est terminus, quemadmodum hic mundus, sensilium. 1 Est porro solidus, & hujusmodi ut & tangi &

πυρὸς

* *Legitur & αἰσθητὰ ζῶα.*

1 Mundi forma absolutissima, è perfectis corporibus constituta, perfecta ἀναλογίᾳ· ut quidem nihil in ipso desit, nihil superfluat. quam elementorum mirabilem proportionem explicat. Illud autem est Mundi Corpus.

Pap.

cerni possit: ac proinde Terram sortitus est & Ignem, &, quæ inter terram & ignem media intercedunt, Aërem & Aquam. E perfectis autem constitutus est corporibus, quæ tota in ipso existunt, ut nulla quidem pars extra ipsum relicta sit: ut sit Universi corpus absolutissimum, ut in ipso nihil desiderari possit, & interitui nullo modo obnoxium, extra omnem leti noxam. Non enim alia quæpiam sunt seorsim à terra & igne, & duobus aliis intermediis elementis. Nam ipsa ex optimæ proportionis formula, æquali quâdem inter se potestate continentur, ut neque contineant neque contineantur ex parte inter se mutuò, ut alia incrementum, alia diminutionem capiant: sed profectò indissolubili quâdam compage, optimæ cujusdam rationis vinculo constricta permaneant. Quum enim tres quidam existant termini, & intervalla quoque eâdem illâ ratione inter se distent: tunc videlicet medium radii instar videmus ad primum esse, quod tertium est ad ipsum: & contrariâ vice, commutatisque congruenter intervallis, servato locorum ordine. Hæc autem recensere, ita ut numeri & quasi articuli harum proportionum intelligantur, nequaquam fieri potest, nisi res quædam pari potestate prædita, subjectâ oculis descriptione, opponantur. quæ quidem docendi ratio opportuna est & ad figuræ & ad motûs ratio-

πυρός τε καὶ τῶν μεταξὺ ἀέρος καὶ ὕδατος. ἐκ παντελέων δὲ συνέστακε σωμάτων, τά περ ὅλα ἐν αὐτῷ ἐντί, ὡς μή ποκα μέρος ἀπολειφθῆμεν ἐκτὸς αὐτῶ· ἵνα ᾖ αὐταρκέστατον τὸ τῶ παντὸς σῶμα, ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν. οὐ γὰρ ἦν δίχα τουτέων ἄλλα, καὶ τῶν ἐντός· τὰ γὰρ καττὰν ἀρίσταν ἀναλογίαν συντεθέντα ἐν ἰσοδυναμίᾳ, οὔτε κρατεῖ ἀλλάλων ἐκ μέρεος, οὔτε κρατέεται· ὡς τὰ μὲν, αὔξαν, τὰ δὲ φθίσιν λαμβάνεν. μένει δ' ἐν συναρμογᾷ ἀδιαλύτῳ κατὰ λόγον ἄριστον. τριῶν γὰρ ὡντινωνοῦν ὅρων, ὅταν καὶ τὰ διαστάματα καττὸν αὐτὸν ἐστάθη λόγον ποτ' ἄλλαλα, τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῶ * δίκαν ὁρῄμεθα ποττὸ πρᾶτον ὅ, τι περ τὸ τρίτον ποτ' αὐτό· κἂν πάλιν καὶ παραλλὰξ, κατ' ἐφάρμοσιν τόπων καὶ τάξιος. ταῦτα δ' ἀριθμήμεναι μὴ μετ' ἰσοκρατείας, ἀμάχανον παντί· εὖ δ' ἔχει καὶ καττὸ σχῆμα, καὶ καττὰν κίνασιν. καθ' ὃ μὲν σφαῖρα ὄν, ὡς ὅμοιον αὐτὸ αὐτῷ, πᾶν τε εἶμεν, καὶ πάντα τἄλλα ὁμογενέα σχήματα χωρεῖν δύνασθαι·
καθὼ

Pag. xxxi. &c.

* Al. δίκας.

καττὰν δὲ ἐγκύκλιον μεταβολὰν, ἀποδιδὸν δι' αἰῶνος. μόνα δὲ ἁ σφαῖρα ἐδύνατο καὶ ἀρεμέουσα καὶ κινουμένα ἐν τᾷ αὐτᾷ συναρμόσεν χώρᾳ, ὡς μή ποκα ἀπολείπεν, μήτε λαμβάνεν ἄλλον τόπον, τῷ ἐκ μέσου ἴσον εἶμεν πάντα. λειότατον δ' ὂν ποτ' ἀκρίβειαν, καττὰν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, οὐ ποτιδέεται θνατῶν ὀργάνων, ἃ διὰ τὰς χρείας τοῖς ἄλλοις ζώοις ποτάρτηταί τε καὶ διᾶκται. τὰν δὲ τῶ κόσμω ψυχὰν μεσόθεν ἐξάψας ἐπάγαγεν ἔξω, περικαλύψας αὐτὸ ὅλον αὐτᾷ, κρᾶμα αὐτὰν κερασάμενος ἔκ τε τᾶς ἀμερίστω μορφᾶς καὶ τᾶς μεριστᾶς οὐσίας· ὡς ἓν κρᾶμα ἐκ δύω τουτέων εἶμεν. ᾧ ποτέμιξε δύο δυνάμις, ἀρχὰς κινασίων, τᾶς τε ταυτῶ καὶ τᾶς τῶ ἑτέρω. ἃ καὶ δύσμικτος ἔασσα, οὐκ ἐκ τῶ ῥᾴστω συνεκίρνατο. λόγοι δ' οἵδε πάντες ἐντὶ κατ' ἀριθμὼς ἁρμονικὼς συγκε-

nem repræsentandam. 1 Quatenus igitur Mundus globosâ est figura, sibique adeo undiquaque similis, omnes certè alias figuras, quæ quidem unius sint generis, capere potest. Jam & ex illo circulari motu perpetuum quendam tenorem conservat. sola enim globosa illa sive circularis figura potest, & dum quiescit & dum movetur, in eodem loco apta quadam commensuratione componi: ut nunquam vel deficiat, vel in alium quempiam commigret locum: quoniam videlicet omnia paribus ab ipso medio distent intervallis. Quum porro lævissimus sit & prorsus æquabilis, ut nihil ad summam perfectámque æquabilitatem desiderari in eo possit: minimè indiget mortalibus instrumentis, quæ ad facilem expeditúmque usum cæteris animantibus aptata sunt & accommodata. 2 Animam autem mundi in ipsius medio indidit Deus, & extrà eduxit: ipsúmque universum ipsa contexit, certo quodam temperamento contemperatam, ex forma nimirum individua, & ex dividua essentia: ut unum quoddam temperamentum ex his duobus existat: cui duas potentias immiscuit, motuum principia, Ejusdem videlicet & Alterius. quæ quidem Anima, quum difficulter suscipiat mixtionem, neque facilè etiam ad hujus temperamenti formulam coaluit. Hæ autem omnes rationes sunt contempe-

κρα-

1 Cur circularis sit mundi FIGURA. iisdem pag.

2 De MUNDI-ANIMA, id est, NATURÆ ORDINE, graphica & διαγραμματικὴ descriptio: præclaris exemplis illustrata: ut ex musicorum, arithmeticorumve numerorum harmonia, Naturæ eximius ille concentus intelligatur, oculis per hæc exempla subjectus. Diagrammatis explicationem vide in Timæo majore. Ταυτῶ autem & Θατέρου articulis illam harmoniam constare docet, pag. XXXIV, usque ad XXXVII.

1 Deus

ratæ ad numeros harmonicos: quas & ipse rationis Opifex congruenter distinxit, certis scientiæ auspiciis: ut quidem minimè incognitum esse possit, ex quibus hæc mundi anima sit constituta. Hanc verò non ultimam ordinavit Deus post corpoream ipsam essentiam, quemadmodum nos affirmamus. (illud enim quod honoratius est atque augustius, & potestate & tempore prius est) sed antiquiorem creavit. & quidem hoc ordine: Quum primæ essent unitates quatuor, unam ex illis aufert, ad octo Denarios & tres Centenarios. hujus autem duplum & triplum facile est colligere, primo numero constituto. Omnes autem numeros cum suis supplementis & sesquioctavis oportet esse, terminos sex & triginta: omnem autem numerum fieri, Centena & quatuordecim millia, sexcenta nonaginta quinque. Divisiones autem hæ sunt, CENTENA QUATUORDECIM MILLIA SEXCENTA NONAGINTA QUINQU:. Universi igitur animam hunc in modum f:rè divisit.

χρώμενοι· ὡς λόγως κατὰ μοῖραν διαιρήκει ποτ' ἐπισάμαν· ὡς μὴ ἀγνοεῖν ἐξ ὧν ἁ ψυχὰ καὶ δι' ὧν συνεσάκει. ἂν οὐχ ὑςέραν τᾶς σωματικᾶς οὐσίας συνετάξατο ὁ θεὸς, ὥςπερ λέγομες ἄμμες. (πρότερον γὰρ τὸ τιμιώτερον καὶ δυνάμει καὶ χρόνῳ) ἀλλὰ πρεσβυτέραν ἐποίει, μίαν ἀφαιρέων τᾶν πρώταν μονάδων· ἐασσαν τεττόρων ποτὶ ὀκτὼ δεκάσι καὶ τρισὶν ἑκατοντάσι. ταύτας δὲ τάν τε διπλασίαν καὶ τριπλασίαν ῥᾷον συλλογίξασθαι, ἐςαμένω τῶ πράτω. δεῖ δ' εἶμέν πως πάντας σὺν τοῖς πληρώμασι καὶ τοῖς ἐπογδόοις, ὅρους ϛ' καὶ λ'. τὸν δὲ σύμπαντα ἀριθμὸν γενέσθαι μυριάδας ια', καὶ τεττόρων χιλιάδων ἑξακοσίων ϟε'. ταὶ δὲ διαιρέσιες αὗται ἐντὶ, μυριάδες ια' δ χ ϟ ε. τὰν μὲν οὖν τῶ ὅλω ψυχὰν ταῦτά πως διεῖλε.

1 DEUM porro sola mens videt in his omnibus sanè rebus, principem autorémque & parentem horum omnium. Id autem quod genitum est, oculis videmus, & hunc mundum per ipsius partes. quarum quidem præcipuæ sunt Cœlestes:

ΘΕΟΝ δὲ, τὸν μὲν αἰώνιον νόος ὁρῆ μόνος, τῶν ἁπάντων ἀρχαγὸν καὶ γενέτορα τουτέων· τὸν δὲ γεννατὸν ὄψει ὁρέομες, κόσμον τε τόνδε καὶ τὰ μέρεα αὐτῶ, ὁκόσσα ὠράνια ἐντί. τάπερ αἰθέρια ὄντα, διαιρετὰ δίχα· ὡς

τὰ

1 Deus, per se inconspicuus, in rerum naturalium opificio apparet. Ipsarum porro rerum aliæ constantiorem habent naturam, aliæ, caducam. Motum autem tauti, uniformem quidem illum cœli motum; & θατέρου, varium & multiplicem explicat, in variis planetarum cursibus, pag. xxxviii, usque ad xl. &c.

1 Solis

τὰ μὲν, τᾶς ταυτῶ φύσιος εἶμεν· τὰ δὲ, τῶ ἑτέρω· ὧν τὰ μὲν, ἔξωθεν ἄγει πάντα ἐν αὐτοῖς τὰ ἐντὸς, ἀπ' ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν τὰν καθ' ἅπαν κίνασιν· τὰ δὲ, τᾶς τῶ ἑτέρω, ἐντὸς ἀπὸ ἑσπέρας, τὰ ποθ' ἕω μὲν ἐπαναφερόμενά τε καὶ καθ' αὐτὰ κινεόμενα. συμπεριδινέεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τᾷ ταυτῶ φορᾷ, κράτος ἐχοίσᾳ ἐν κόσμῳ κάῤῥον. ἁ δὲ τῶ ἑτέρω φορὰ, μεμερισμένα καθ' ἁρμονικὼς λόγως, ἐς ἑπτὰ κύκλως συντέτακται. ἁ μὲν ὦν σελάνα ποτιγειοτάτα ἔασσα, ἔμμηνον τὰν περίοδον ἀποδίδωτι· ὁ δ' ἅλιος μετὰ ταύταν ἐνιαυσιαίῳ χρόνῳ τὸν αὐτῶ κύκλον ἐκτελεῖ. δύο δ' ἰσόδρομοι ἀελίῳ ἐντὶ, Ἑρμᾶ τε καὶ Ἥρας· τὸν, Ἀφροδίτας καὶ Φωσφόρω τοὶ πολλοὶ καλέοντι. νομῆς γὰρ καὶ πᾶς ὅμιλος οὐ σοφὸς τὰ περὶ τὰν ἱερὰν ἀστρονομίαν ἐντὶ, οὐδ' ἐπιστάμων ἀνατολᾶν τᾶν ἑσπερίων καὶ ἑῴων. ὁ γὰρ αὐτὸς, πόκα μὲν ἕσπερος γίγνεται, ἑπόμενος τῷ ἀλίῳ τοσοῦτον, ὁκόσον μὴ ὑπὸ τᾶς αὐγᾶς αὐτῶ ἀφανισθῆμεν· πόκα δὲ, ἑῷος, αἴκα προαγέηται τῶ ἀλίω, καὶ προανατέλλῃ ποτ' ὄρθρον. φωσφόρος ὦν πολλάκις μὲν γίγνεται ὁ τᾶς Ἀφροδίτας, διὰ τὸ ὁμοδρομεῖν

quæ & ipsæ bifariam dividuntur: ut quidem nonnullæ sint Ejusdem naturæ, nonnullæ, Alterius. Harum aliæ quidem extrinsecus ducunt omnes in ipsis internas, ab Oriente ad Occidentem, universi quodam motu: eæ vero quæ ad motum Alterius pertinent intrà ab Occidente ad Orientem revertuntur, & peculiari quodam motu moventur. circumrotantur autem per accidens Ejusdem motu, qui in mundo præstantiorem habet potestatem. At motus ille Alterius per harmonicas rationes distributus, septem circulorum ordinibus distinguitur. Luna siquidem, omnium maximè infima, & ad terram accedens propiùs, menstruum peragit circulum: Sol autem post hanc annuo tempore suum circulum absolvit. Duo verò pari [1] cum Sole cursu eunt, Mercurii & Junonis astrum: quod Veneris sive Luciferum vulgus vocat. neque enim quilibet hominum cœtus rerum astronomicarum ex certæ cognitionis legibus, eruditus est, neque ortuum aut occasuum discrimina peritè novit. Idem enim aliquando Vesperus est, [i. occiduus] dum Solem sequitur, hactenus ut nobis conspicuus sit Sole lucem suam abscondente: aliquando Eous vocatur [i. orientalis] quum Solem adventantem antecedit, & sub diluculum prior oritur. Lucifer igitur sæpenumero est Veneris stella, quòd eodem cum Sole

1 Solis ministerium, iisdem paginis.

cursu feratur. Non tamen unus ipse est Lucifer. nam id præstant multæ stellæ & fixarum & inerrantium. omne enim justâ magnitudine astrum quod super horizontem ante Solem extat, diem denuntiat. Jam verò alii tres Planetæ, Martis nimirum, Jovis & Saturni, habent peculiares celeritates & inæquales annos. Cursus autem suos justis spatiis conficiunt, ita ut certâ exploratаque cognitione percipi possint: quippe qui certis temporibus & appareant & lateant & deficiant, verósque ortus & occasus generent. Jam & manifestas apparitiones orientales & occiduas perficiunt ad Solem: qui DIEM ex eo cursu reddit, dum ab oriente ad occidentem pergit: NOCTEM verò alio contrario modo, ex occidentis ad orientem motu: quatenus Sol videlicet ex illo Ejusdem motu defertur: ANNUM verò, quatenus suo & peculiari motu. Ex duobus his motibus Sol duplicem cursum peragrat, dum universo quidem illo motu cœli circumfertur: & spiram gyrúmque obliquo quodam motu involvit. hoc quidem secundum unam partem dierum tempora & discrimina designat: illo verò, dum fixarum stellarum motu rapido circumvolvitur, ad unumquemque circuitum, Noctem & Diem facit. 1 Sunt verò hæ Temporis partes, quas Circuitus vocant Deus autem TEMPUS cum

ἀλίῳ· οὐχ εἷς δὲ, ἀλλὰ πολλοὶ μὲν τῶν ἀπλανέων, πολλοὶ δὲ τῶν πλαζομένων. πᾶς δὲ ἐν μεγέθει ἀςὴρ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα πρὸ ἀλίω προγενόμενος, ἁμέραν ἀγγέλλει. τοὶ δ' ἄλλοι τρεῖς, Ἄρεός τε καὶ Διὸς καὶ Κρόνω, ἔχοντι ἴδια τάχεα καὶ ἐνιαυτὼς ἀνίσως· ἐκτελέοντι δὲ τὸν δρόμον, περὶ καταλάψιας ποιεύμενοι, φαύσιάς τε, καὶ κρύψιας, καὶ ἐκλείψιας, γεννῶντες ἀτρεκέας τε ἀνατολὰς καὶ δύσιας· ἔτι δὲ φάσιας φανερὰς ἑῴας ἢ ἑσπερίας ἐκτελέοντι ποτὶ τὸν ἅλιον, ὃς ἁμέραν ἀποδίδωτι τὸν ἀπ' ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν αὐτῶ δρόμον· νύκτα δὲ, τὰν ἀπὸ δύσιος ἐπ' ἀνατολὰν κίνασιν κατ' ἄλλο ποιέεται, ἀγόμενος ὑπὸ τᾶς ταυτῶ φορᾶς· ἐνιαυτὸν δὲ, καττὰν αὐτῶ καθ' ἑαυτὸν κίνασιν. ἐκ δὲ τουτέων τῶν κινασίων, δύο ἐασσᾶν, τὰν ἕλικα ἐκτυλίσσει, ποθέρπων μὲν κατὰ μίαν μοῖραν ἐν ἁμεοησίῳ χρόνῳ, περιδινεύμενος δὲ ὑπὸ τᾶς τῶν ἀπλανέων σφαίρας, καθ' ἑκάσταν περίοδον, ὄρφνας καὶ ἁμέρας. χρόνω δὲ τὰ μόρεα, τάσδε τὰς περιόδως λέγοντι, ἃς ἐκόσμησεν ὁ θεὸς σὺν κόσμῳ.

1 TEMPORIS descriptio, id est diei, mensis, anni διορισμὸς, iisdem paginis.

κόσμῳ. οὐ γὰρ ἦν πρὸ κόσμω ἄστρα· διόπερ οὐδ' ἐνιαυτός· οὐδ' ὡρᾶν περίοδοι, αἷς μετρέεται ὁ γεννατὸς * κόσμος οὗτος. εἰκὼν δέ ἐστι τῶ ἀγεννάτω χρόνω, ὃν αἰῶνα ποταγορεύομες. ὡς γὰρ ποτ' ἀΐδιον παράδειγμα τὸν ἰδανικὸν κόσμον ὅδε ὠρανὸς ἐγεννάθη, οὕτως ὡς πρὸς παράδειγμα τὸν αἰῶνα ὅδε χρόνος σὺν κόσμῳ ἐδαμιουργήθη.

Γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρυμένα, ἑστία θεῶν, ὅρος τε ὄρφνας καὶ ἁμέρας γίνεται· δύσιάς τε καὶ ἀνατολὰς γεννῶσα κατ' ἀποτομὰς τῶν ὁριζόντων, ὡς τᾷ ὄψει καὶ τᾷ ἀποτομᾷ τᾶς γᾶς περιγραφόμενα. πρεσβύστα δ' ἐντὶ τῶν ἐντὸς ὠρανῶ σωμάτων. οὐδέποκα ὕδωρ ἐγεννάθη δίχα γᾶς, οὐδὲ μάντοι ἀήρ, χωρὶς ὑγρῶ. πῦρ τε ἔρημον ὑγρῶ καὶ ὕλας ἃς ἐξάπτοι, οὐκ ἂν διαμένοι. ὥστε ῥίζα πάντων καὶ βάσις ἁ γᾶ ἐρήρεισται ἐπὶ τᾶς αὐτᾶς ῥοπᾶς. ἀρχαὶ μὲν ὦν τῶν γενναμένων, ὡς μὲν ὑποκείμενον, ἁ ὕλα· ὡς δὲ λόγος μορφᾶς, τὸ εἶδος. ἀπογεννάματα δὲ τουτέων ἐστὶ τὰ σώματα, γᾶ τε, καὶ ὕδωρ, ἀήρ τε, καὶ πῦρ. ὧν ἁ γέννασις τοιαύτα. ἅπαν σῶμα ἐξ ἐπιπέδων ἐστί· τοῦ-

ipso mundo ordinavit. non enim erant astra ante tempus; neque proinde annus, neque anni tempestates certis circuitibus distinctæ, quibus genitum hoc tempus definitur. Est autem tempus ingeniti temporis imago, quod Æternitatem vocamus. Quemadmodum enim hæc Universitas ad intelligibilis mundi exemplar creata est, ita & hoc tempus ad Æternitatem, veluti ad exemplar quoddam, cum mundo ab Opifice fuit constitutum.

Terra porro in medio stabilita, deorum sedes, terminus est noctis & diei: occasus & ortus generat, prout cœli medium orbium illorum qui ὁρίζοντες [i. finientes] vocantur, quasi abscissionibus dividitur. sic enim ex vario terræ aspectu eos circumscribimus atque definimus. Antiquissimum verò est omnium quæ in hac universitate sunt, corpus. neque enim Aqua nata est sine terra, neque vero Aër sine humido. Ignis autem humido, veluti materiâ quâ inflammetur, destitutus, haudquaquam possit consistere. quocirca omnium radix & firmamentum aliorum, Terra eodem momento firmata est. Rerum igitur creatarum, ut subjectum, est Materia, veluti autem ratio proportióque formæ, est Idea. harum autem fœtus, Corpora: nimirum Terra, Aqua, Aër, Ignis. quorum quidem hujusmodi est generatio atque conformatio, usus pag. LIII, usque ad LVIII.

τὸ δὲ

* γρ. χρόνος.

1 Elementorum ipsorum συζυγίᾳ,

1 γρ.

productio. Omne corpus ex planis constat: hoc verò ex Triangulis: quorum alter quidem est ex rectis angulis æqualium laterum, semiquadrangulus: alter autem inæqualium laterum, qui habet majorem angulum potentia triplum minoris. minimus verò in ipso angulus, tertia recti pars est: hujus autem duplum, medius est. hic enim duarum tertiarum partium est: maximus autem rectus ad mediam sesquialteram proportionem habet: triplus autem est ad minimum. Hic igitur triangulus, semiquadrangulus est, quatenus cum æquilatero triangulo comparatur, perpendiculo bifariam abscisso à vertice ad imum, in partes æquales. duo igitur utrique sunt rectanguli: at in uno, duo quidem latera, quæ quidem in recto sunt, æqualia sunt tantùm, in altero autem omnia tria inæqualia. Hæc verò figura Obliqua vocetur. Ille autem semiquadrangulus primordium fuit constituendæ terræ. nam quadrangulus ex his quatuor videlicet quadrangulis componitur. ex quadrangulo verò cubus generatur, omnium corporum firmissimum & maximè statarium, ut nullam in partem moveri possit: utpote quod sex latera, octo autem habeat angulos. Hâc nimirum constitutione Terra elementum est & gravissimum & difficulter mobile: hujusmodi quidem certè ut in aliud corpus transmutari nullo modo possit, quod nullam habeat cum ullo triangu-

τε δὲ ἐκ τριγώνων, ὧν τὸ μὲν ὀρθογώνιον ἰσοσκελὲς, ἁμιτετράγωνον, τὸ δὲ, ἀνισόπλευρον, ἔχον τὰν μέζονα δυνάμει τριπλασίαν τᾶς ἐλάσσονος· ἁ δ' ἐλαχίστα ἐν αὐτῷ γωνία, τρίτον ὀρθᾶς ἐστι· διπλασία δὲ ταύτας, ἁ μέσα. δύο γὰρ τρίτων ἄδ' ἐστίν. ἁ δὲ μεγίστα ὀρθὰ, ἁμιόλιος μὲν τᾶς μέσας ἔασσα, τριπλασία δὲ τᾶς ἐλαχίστας. τοῦτο δ' ὦν τὸ τρίγωνον, ἁμιτρίγωνόν ἐστιν ἰσοπλεύρω τριγώνω, δίχα τετμαμένω καθέτῳ, ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς ἐς τὰν βάσιν, ἐς ἴσα μέρεα. δύο ὀρθογώνια μὲν ὦν ἐντὶ ἑκατέρῳ· ἀλλ' ἐν ᾧ μὲν, ταὶ δύο πλευραὶ, ταὶ περὶ τὰν ὀρθὰν, μόναι ἴσαι· ἐν ᾧ δὲ, ταὶ τρεῖς πᾶσαι ἄνισοι. σκολιὸν δὲ τοῦτο μὲν καλεέσθω· κεῖνο δὲ ἁμιτετράγωνον, ἀρχὰ συστάσιος γᾶς. τὸ γὰρ τετράγωνον ἐκ τουτέων, ἐκ τεττόρων ἁμιτετραγώνων * συντεθειμένον. ἐκ δὲ τῶ τετραγώνω γεννᾶσθαι τὸν κύβον, ἑδραιότατον καὶ σταδαῖον πάντῃ σῶμα, ἓξ μὲν πλευρὰς, ὀκτὼ δὲ γωνίας ἔχον. κατ- τοῦτο δὲ, βαρύτατόν τε καὶ δυσκίνατον ἁ γᾶ, ἀμετάβλητόν τε σῶμα ἐς * ἄλλα, διὰ τὸ

ἀχοι-

* γρ. συντεθειμένων.

* γρ. ἄλλα.

* γρ.

ἀκοινώνευτον εἶμεν τῶ ἄλλω γένεος τῶ τριγώνω. μόνα γὰρ ἁ γᾶ ἀΐδιον ϛοιχεῖον ἔχει τὸ ἁμιτετράγωνον. τοῦτο δὲ ϛοιχεῖον τῶν ἄλλων σωμάτων ἐϛὶ, πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος. ἑξάκις γὰρ συντεθέντος τῶ ἁμιτριγώνω, τρίγωνον ἐξ αὐτῶ ἰσόπλευρον γίνεται. ἐξ ὧ ἁ πυραμὶς, τέσσαρας βάσιας καὶ τὰς ἴσας γωνίας ἔχοισα, συντίθεται, εἶδος πυρὸς εὐκινατότατον, καὶ λεπτομερέϛατον. μετὰ δὲ τοῦτο, ὀκτάεδρον, ὀκτὼ μὲν βάσιας, * ἓξ δὲ γωνίας ἔχον, ἀέρος ϛοιχεῖον. τρίτον δὲ, τὸ εἰκοσίεδρον, βασίων μὲν εἴκοσι, γωνιᾶν δὲ δώδεκα, ὕδατος ϛοιχεῖον, * πολυμερέϛατον καὶ βαρύτατον. ταῦτα δ' ὦν ἀπὸ ταυτῶ ϛοιχείω συγκείμενα ἐς ἄλλαλα τρέπεται. τὸ δὲ δωδεκάεδρον εἰκόνα τῶ παντὸς ἐϛάσατο, ἔγγιϛα σφαίρα ἐόν. πῦρ μὲν ὦν διὰ τὰν λεπτομέρειαν διὰ πάντων ἥκει· ἀήρ τε διὰ τῶν ἄλλων, ἔξω πυρός· ὕδωρ δὲ, διὰ τᾶς γᾶς. ἅπαντα δ' ὦν πλήρη ἐντὶ, οὐδὲν κενεὸν ἀπολείποντα. συνάγεται δὲ τᾷ περιφορᾷ τῶ παντὸς, καὶ ἠρεισμένα τρίβεται μὲν ἀμοιβαδὸν, ἀδιάλειπτον δὲ ἀλλοίωσιν ποτὶ γενέσιας καὶ φθορὰς ἀποδίδωτι. τούτοις δὲ ποτιχρεόμενος ὁ θεὸς, τόνδε τὸν κόσμον

lorum genere communitatem. ſola enim terra proprium habet & peculiare elementum, Semiquadrangulum. Hoc porro elementum eſt aliorum corporum, Ignis, aëris, aquæ. ſexies enim compoſito ſemiquadrangulo triangulus ex ipſo æqualibus fit cruribus: ex quo pyramis, quæ quatuor baſes & æquales angulos habet, componitur, ſpecies ignis maximè mobilis & tenuiſſimarum partium. Poſt hoc autem, id quod octo conſtat ſedibus, octo quidem baſes, octo verò angulos habens, eſt Aeris elementum. Tertium autem quod viginti ſedes habet, baſes quidem viginti, angulos autem duodecim, Aquæ elementum eſt, plurimarum partium atque graviſſimarum. Hæc igitur ab eodem elemento compoſita, inter ſe commutantur. At id quod duodecim conſtat ſedibus, imaginem Univerſi ſtatuit, quippe quod ad ſphæricam figuram proximè accedat. Ignis igitur ob partium tenuitatem per omnia penetrat: Aër item per alia elementa, excepto igne: Aqua autem, per terram. Omnia igitur plena ſunt, nec vacui quicquam relinquunt. Rapido autem illo univerſi motu circumaguntur, & firmata teruntur quidem viciſſim, indeſinentem verò alterationem ad ortus & interitus perficiunt. Horum miniſterio & operâ utens Deus hunc mundum conſtruxit: qui

* γρ. ὀκτὼ δὲ γωνίας.

* γρ. πολυμερέϛατον καὶ βαρύτατον.

κατε-

quidem mundus propter terram tangi potest, videri autem propter ignem: quæ duo sunt extrema. Per aërem verò & aquam, firmissimi cujusdam vinculi proportione, mundum colligavit, quâ & ipsa & quæ per ipsam comprehenduntur, constringi continerique possint. Si igitur id quod colligatur, planum fuerit, una medietas satis est: sin verò solidum, duabus indiget. Duobus igitur mediis duo extrema adaptavit, ut essent, veluti ignis ad aërem, aër ad aquam, aqua ad terram: & vicissim, ut ignis ad aquam, aër ad terram. & vicissim, veluti terra ad aquam, aqua ad aërem, & aer ad ignem: & vicissim, velut Terra ad aërem, aqua ad ignem Quandoquidem autem omnia sunt potentiâ æqualia, ipsorum rationes totæ sunt in æqualitate. Unus igitur hic mundus felicis cujusdam & planè divini vinculi proportione consistit. Horum porro quatuor corporum unumquodque multas species habet. Ignis quidem, flammam, lucem, splendorem, propter triangulorum, qui in unoquoque ipsorum sunt, inæqualitem. Eodem etiam modo & Aër, partim quidem purus & siccus, partim humidus & nebulosus. Aqua etiam, quædam fluida est, quædam congelata, veluti nix, grando, glacies. Humor autem, alius est humidus, ut mel, oleum: alius, compactus, ut pix, cera. Compacti verò species, alia, fusilis, ut aurum, argen-

κατεσκεύαξεν· ἁπτὸν μὲν, διὰ τὰν γᾶν· ὁρατὸν δὲ, διὰ τὸ πῦρ· ἅπερ δύο ἄκρα. δι' ἀέρος δὲ καὶ ὕδατος συνεδήσατο δεσμῷ κρατίστῳ, ἀναλογίᾳ, ἃ καὶ αὐτὰν καὶ τὰ δι' αὐτᾶς κρατεόμενα συνέχεν δύναται. εἰ μὲν ὦν ἐπίπεδον εἴη τὸ συνδεόμενον, μία μεσότας ἱκανά ἐστιν· εἰ δὲ κα στερεὸν, δύο χρῄζει. δυσὶν ὦν μέσοις δύο ἄκρα προσαρμόξατο, ὅκως εἴη ὡς πῦρ ποτ' ἀέρα, ἀὴρ ποτὶ ὕδωρ, καὶ ὕδωρ ποτὶ γᾶν· καὶ κατ' ἐναλλαγὰν, ὡς πῦρ ποτὶ ὕδωρ, ἀὴρ ποτὶ γᾶν· καὶ ἀνάπαλιν, ὡς γᾶ ποτὶ ὕδωρ, ὕδωρ ποτ' ἀέρα, καὶ ἀὴρ ποτὶ πῦρ· καὶ κατ' ἐναλλαγὰν, ὡς γᾶ ποτ' ἀέρα, ὕδωρ ποτὶ πῦρ. καὶ ἐπεὶ δυνάμει ἴσα ἐντὶ πάντα, τοὶ λόγοι αὐτῶν ἐν ἰσονομίᾳ ἐντί. εἷς μὲν ὦν ὅδε ὁ κόσμος δαιμονίῳ δεσμῷ τὸ ἀνάλογόν ἐστιν. ἕκαστον δὲ τῶν τεττόρων σωμάτων πολλὰ εἴδεα ἔχει. πῦρ μὲν, φλόγα, καὶ φῶς, καὶ αὐγὰν, διὰ τὰν ἀνισότατα τῶν ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν τριγώνων. κατ' αὐτά τε καὶ ἀὴρ, τὸ μὲν, καθαρὸν καὶ αὖον, τὸ δὲ, νοτερὸν καὶ ὀμιχλῶδες. ὕδωρ τὲ, τὸ μὲν, ῥυτὸν, τὸ δὲ πακτόν· ὁκόσον χιών τε καὶ πάχνα, χάλαζά τε καὶ κρύσταλλος. ὑγρόν τε, τὸ μὲν ῥυτὸν, ὡς μέλι, ἔλαιον· τὸ δὲ, πακτὸν, ὡς πίσσα, κηρός. πακτῶ δὲ εἴδεα, τὸ μὲν, χυτόν· χρυσὸς,

ἄργυ-

ἄργυρος, χαλκὸς, κασσίτερος, μόλιβδος, σαγών· τὸ δὲ, θραυστὸν· θεῖον, ἄσφαλτον, νίτρον, ἅλες, στυπταρία, λίθοι τοὶ ὁμογενέες.

ΜΕΤΑ δὲ τὰν τῶ κόσμω σύστασιν, ζώων θνατῶν γέννασιν ἐμαχανάσατο, ἵν' ᾖ τέλεος, ποτὶ τὰν εἰκόνα παντελῶς ἀπειργασμένος. τὰν μὲν ὦν ἀνθρωπίναν ψυχὰν ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων καὶ δυναμίων συγκερασάμενος, καὶ μερίξας, διένειμε τᾷ φύσει τᾷ ἀλλοιωτικᾷ παραδούς. διαδεξαμένα δ' αὐτὸν ἐν τῷ ἀπεργάζεν θνατά τε καὶ ἐφαμέρια ζῶα, ὧν τὰς ψυχὰς ἐπιῤῥύτως ἐνέσαγε, τὰς μὲν, ἀπὸ σελάνας, τὰς δ', ἀφ' ἀλίω· τὰς δὲ, ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν πλαζομένων ἐν τᾷ τῶ ἑτέρω μοίρᾳ· ἔξω μιᾶς τᾶς τῶ αὐτῶ δυνάμιος, ἃν ἐν τῷ λογικῷ μέρει ἔμιξεν, εἰκόνα σοφίας τοῖς εὐμοιρατοῦσι. τᾶς μὲν γὰρ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς τὸ μὲν, λογικόν ἐστι καὶ νοερὸν, τὸ δ', ἄλογον καὶ ἄφρον. τῶ δὲ λογικῶ τὸ μὲν κρέσσον, ἐκ τᾶς ταυτῶ φύσιος· τὸ δὲ χέρειον, ἐκ τᾶς τῶ ἑτέρω. ἑκά-

tum, æs, stannum, plumbum; ferri defæcati genus, quod σαγόνα sive σαγονίαν vocant: alia, fragilis, ut sulphur, bitumen, nitrum, sal, alumen, & lapides ejusdem generis.

1 JAM VERO post mundi constitutionem, mortalium animantium generationem molitus est Deus ut ad imaginem illam perfectus esset planè atque absolutus. 2 Humanam igitur animam ex iisdem rationibus atque potentiis contemperatam atque divisam distribuebat, Naturæ alteratrici hoc tributo ministerio: quæ acceptis harum rerum mandatis, ipsius Opificis quasi vicem obivit in mortalibus & diurnis animalibus efficiendis, quorum animas quasi per fluxum quendam instillabat: ita alias quidem à Luna, alias à Sole, alias à cæteris quæ in Alterius parte oberrant astris deducebat. Unam animam excepit, quæ Ejusdem potentiâ prædita est, quam in parte illa rationis participe admiscuit, imaginem sapientiæ his qui bono fato utuntur. nam humanæ animæ altera pars rationis est particeps & intelligens: altera, rationis expers atque insipiens. Ejus verò quæ rationis est particeps, melior potiórque pars de Ejusdem natura est: deterior verò, Alterius. Utraque autem circa caput sedem ha-

τερον

1 Animalium, & hominis maximè, qui cæteris animalibus dignitate præstat, μικρόκοσμος nimirum, creatio. Corporum autem creandorum potestatem, ut συναιτίῳ & Opificis ministræ Naturæ tribuit, distinctius quàm Plato, qui θεῶν illorum γεννητῶν crebriorem facit mentionem quàm philosophum deceret: cui est inhonesta in rebus maximis ἀκυρολογία. p. x l i. &c.

2 De animæ creatione. Ibidem.

1 De

bet. ut reliquæ tum animæ tum corporis partes huic inserviant, quemadmodum sub ipso corporis tabernaculo universo. 1 At partis ejus quæ rationis est expers: ea pars quæ ad iram prona est, circa cor: ea quæ concupiscit, circa jecur sedem habet. Jam verò Cerebrum, est principium & radix medullæ, in eóque etiam est animæ principatus. Ab hoc autem diffusio quædam manat per dorsi vertebras, quasi prono alveo, ut inde ad semen generationémque materia sufficiatur. Ossa autem, medullarum munimenta sunt: Caro, horum tegmen & coopertmentum est. Articulos autem nervis connexuit per ligamenta ad modum. Ex internis autem instrumentis quædam alimenti gratiâ, quædam salutis fecit. Ex motibus autem qui ab externis proficiscuntur, hi qui ad sapientem illum locum tribuuntur, sensibus sunt expositi: qui verò sub perceptionem non cadunt, sensus effugiunt: sive quòd corpora quæ afficiuntur, magis sint terrea, sive quòd motus sint imbecilliores. Quicunque igitur motus sint, qui naturam excedunt, dolorem pariunt: quicunque autem ad ipsam restituuntur, Voluptates nominantur. At verò ex sensibus visum quidem nobis accendit Deus ad rerum cœlestium contemplationem scientiámque comparandam. Audi-

τερον δὲ περὶ τὰν κεφαλὰν ἵδρυται μόνον, ὡς τἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ σώματος ὑπηρετέεν τούτω, καθάπερ ὑπ' αὐτῶ τῶ σκάνεος ἅπαντος. τῶ δ' ἀλόγω μέρεος τὸ μὲν θυμοειδὲς, περὶ τὰν καρδίαν· τὸ δ' ἐπιθυματικὸν, περὶ τὸ ἧπαρ. τῶ δὲ σώματος, ἀρχὰν μὲν καὶ ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἁγεμονία· ἀπὸ δὲ τούτω, * ἀπόχυμα ῥεῖ διὰ τῶν νωτίων σπονδύλων τὸ λοιπὸν, ἐξ ὧ ἐς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεται. ὀστέα δὲ, μυελῶν περιφράγματα. τουτέων δὲ σκέπαν μὲν τὰν σάρκα καὶ προκάλυμμα· συνδέσμοις δὲ ποττὰν κίνασιν τοῖς νεύροις σύναψε τὰ ἄρθρα. τῶν δ' ἐντοσθίων τὰ μὲν, τροφᾶς χάριν, τὰ δὲ, σωτηρίας. Κινασίων δὲ, τῶν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς, τὰς μὲν ἀναδιδομένας εἰς τὸν φρονέοντα τόπον, αἰσθάσιας εἶμεν· τὰς δ' ὑπ' ἀντίλαψιν μὴ πιπτοίσας, ἀνεπαισθάτως, ἢ τῷ τὰ πάσχοντα σώματα γεωδέστερα εἶμεν, ἢ τῷ τὰς κινάσιας ἀμενηνοτέρας γίγνεσθαι. ὁκόσαι μὲν ὦν ἐξιςᾶντι τὰν φύσιν, ἀλγειναὶ ἐντί· ὁκόσαι δὲ ἀποκαθιςᾶντι ἐς αὐτὰν, ἁδοναὶ ὀνυμαίνονται. τᾶν δ' αἰσθασίων τὰν μὲν ὄψιν ἄμμιν τὸν θεὸν ἀνάψαι ἐς θέαν τῶν ὠρανίων, καὶ ἐπιςάμας ἀνάλαψιν·

τὰν

1 De corporis creatione, pag. XLIII. &c. usque ad XLVIII. De singulis corporis partibus, carúmque officiis atque ministeriis, pag. LXI, usque ad LXXXI. &c.

* γρ. οἷον ἀπόχυμα..

* γρ.

τὰν δ' ἀκοὰν, λόγων καὶ μελῶν ἀντιλαπτικὰν ἔφυσεν· ἇς στερισκόμενος ἐκ γενέσιος ὁ ἄνθρωπος, οὔτε λόγον ἔτι προέσθαι δυνάσεται. διὸ καὶ συγγενεστάταν τῷ λόγῳ ταύταν αἴσθασιν φαντὶ εἶμεν. ὁκόσα δὲ πάθεα τῶν σωμάτων ὀνυμαίνεται, ποτὶ τὰν ἀφὰν κλητίζεται, τᾷ δὲ ῥοπᾷ ποτὶ τὰν χώραν. ἁ μὲν γὰρ ἀφὰ κρίνει τὰς ζωτικὰς δυνάμιας, θερμότατα, ψυχρότατα· ξηρότατα, ὑγρότατα· λειότατα, τραχύτατα· εἴκοντα, ἀντίτυπα· μαλακὰ, σκλαρά. βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον ἀφὰ μὲν προκρίνει, λόγος δ' ὁρίζει, τᾷ ἐς τὸ μέσον καὶ ἀπὸ τῶ μέσω νεύσει. κάτω δὲ καὶ μέσον, ταυτὸν φαντί. τὸ γὰρ κέντρον τᾶς σφαίρας, τοῦτό ἐστι τὸ κάτω· τὸ δ' ὑπὲρ τούτω, ἄχρι τᾶς περιφερείας, ἄνω. τὸ μὲν ὦν θερμὸν, λεπτομερές τε καὶ διαστατικὸν τῶν σωμάτων δοκεῖ εἶμεν· τὸ δὲ ψυχρὸν, παχυμερέστερον πόρων καὶ συμπιλωτικόν ἐστι. τὰ δὲ περὶ τὰν γεῦσιν ἔοικε τᾷ ἀφᾷ. συγκρίσει γὰρ καὶ διακρίσει, ἔτι δὲ τᾷ ἐς τὼς πόρως διαδύσει, καὶ τοῖς σχημάτεσσιν, ἢ στρυφνὰ, ἢ λεῖα. ἀποτάκοντα δὲ καὶ ῥύπτοντα τὰν γλῶτταν, στρυφνὰ φαίνεται· μετριάζοντα δὲ τᾷ ῥύψει, ἁλμυρά· ἐκπυροῦντα δὲ, καὶ διαιρέοντα τὰν σάρκα, δριμέα· τὰ δ' ἐναντία, λεῖά τε

tum autem creavit, accommodatum instrumentum ad sermones & concentus percipiendos: cujus sensus beneficio si homo ab ipso ortus primordio destitutus sit, sermonis quoque emittendi facultate destituetur. Itaque maximè cognatum sermoni hunc sensum esse aiunt. Quæcunque verò affectiones corporum nominantur, tactus ratione appellationem sortiuntur: ipsà verò inclinatione, ad locum. tactus enim vitales facultates dijudicat, caliditatem, frigiditatem: siccitatem, humiditatem: lenitatem, asperitatem: cedentia, renitentia: mollia, dura. Tactus autem grave & leve præjudicat: ratio verò definit atque determinat, eâ inclinatione quæ & ad medium & à medio tendit. Deorsum verò & medium idem omnino esse aiunt. nam centrum sphæræ, ipsum est illud Deorsum: quod verò supra hoc est usque ad circumferentiam, Sursum vocant. Calidum igitur tenuissimarum est partium, & vim habet atque facultatem corporum disparandorum. Frigidum verò, crassiorum est partium & meatus constringit. Gustus autem tactui similis est. nam concretione & discretione, præterea & subtili quodam ad meatus ingressu, & figuris, aut acerba sunt aut lenia ea quæ ad gustum pertinent. Nam ea quæ vim habent inducendi stuporem in linguam, ejúsque abstergendæ, Acerba sentiuntur: quæ moderatè linguam abstergunt, Salsa: at quæ linguam inflammant, &

καὶ

in carnem penitius immanant, Acria. at contraria & lævia & dulcia, in succum eliquescunt. Odoris porro species distinctæ non sunt. per angustos enim meatus percolantur, qui solidiores quidem sunt quàm ut contrahi & dispesci possint putrefactionibus & concoctionibus terræ. rerúmque terrearum. sunt vero vel jucundi vel injucundi odoris. Vox autem, ictus in aëre [aëre intermedio] ad animum perveniens per aures: quarum aurium meatus procedentes ad jecur usque contingunt. in his est spiritus, cujus motus est auditus. Vocis vero & auditus alia velox, alia acuta, alia tarda: gravis media, nullis tamen certæ mensuræ terminis definita: & alia quidem multa & diffusa magna est: alia pauca & contracta, parva: alia vero ad rationes Musicas ordinata, concinna est: alia confusa & à ratione aliena, absurda est atque intemperata. Quartum autem genus eorum quæ sub sensus cadunt, varias habet atque multiplices species. ea porro dicuntur visibilia: quo genere & varii colores & coloratæ res quamplurimæ comprehenduntur. Primi autem colores sunt quatuor, Albus, niger, splendidus, puniceus. reliqui enim ex his permixtis generantur. Albus

καὶ * γλυκέα, κεχύλωται. Ὀσμᾶς δὲ εἴδεα μὲν οὐ κεχώρισαι. διὰ γὰρ στενῶν πόρων διηθεῖται, στερροτέρων ὄντων ἢ ὡς συνάγεσθαι καὶ διΐστασθαι, σάψεσι καὶ πέψεσι, γᾶς τε καὶ γεωειδέων, εὐώδεά τε καὶ δυσώδεα εἶμεν. Φωνὰ δ' ἐστὶ μὲν πλᾶξις ἐν ἀέρι, διϊκνουμένα ποτὶ τὰν ψυχὰν δι' ὤτων, ὧν τοὶ πόροι διήκοντι ἄχρις ἥπατος χωρέοντες. ἐν τούτοις πνεῦμα, οὗ ἁ κίνασις ἀκοά ἐστι. Φωνᾶς δὴ καὶ ἀκοᾶς, ἁ μὲν, ταχεῖα, ὀξεῖα· ἁ δὲ * βραδεῖα· μέσα δ' ἁ συμμετροτάτα. καὶ ἁ μὲν πολλὰ καὶ κεχυμένα, μεγάλα· ἁ δὲ ὀλίγα καὶ συναγμένα, μικρά. ἁ δὲ τεταγμένα ποτὶ λόγως μωσικὼς, ἐμμελής· ἁ δὲ ἄτακτός τε καὶ ἄεργος, ἐκμελής τε καὶ ἀνάρμοστος. Τέταρτόν τε γένος αἰσθατῶν, πολυειδέστατον καὶ ποικιλώτατον. ὁρατὰ δὲ λέγεται· ἐν ᾧ χρώματά τε παντοῖα, καὶ κεχρωσμένα μυρία. πρᾶτα δὲ, τέττορα· λευκὸν, μέλαν, λαμπρὸν, φοινικοῦν. τἆλλα γὰρ ἐκ κιρναμένων τούτων γεννᾶται. τὸ μὲν ὦν λευκὸν διακρίνει τὰν ὄψιν, τὸ δὲ μέλαν συγκρίνει· ὅκως περ τὸ θερμὸν διαχεῖ τὰν ἁφὰν, τὸ δὲ ψυ-

igitur color visum dispescit, niger componit atque coagmentat: quemadmodum Calidum diffundit tactum: frigidum con-

χρὸν

13 Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλιστέρας] Cum similitudines istæ, teste Jamblicho, πρὸς τὰ ἐναργῆ δείγματα τῶν ὄντων. hoc est, rerum perspicuarum comparatione exprimantur, non video qui scripturarum certitudo & securitas cum splendore actionum comparari possit. Gesnerus Melissæ c. 1. ἀρχὰς legisse videtur, ubi vulgò χρημμὰς editur: puto & ipsi hæsisse aquam ideoque hariolum potius egisse quam interpretem, mihi vox ἀσφαλιστέρας suspecta, pro qua levissimâ mutatione ἀσκιοιστέρας scriberem, verterémque: *Picturas umbra, actiones splendor commendat*: nam ut Plinius ait l. 35. c. 5. *Pictura lumen invenit & umbras, differentia colorum alternâ vice sese excitante.* Si de scripturis vocem ancipitem quis accipere malit, referenda erit sententia ad arcanum & reconditum

tas, actiones ſplendidas habere oportet.

λεσέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ.

Sicut in plantis, ita in pueris quoque prima indoles futurum virtutis fructum indicat.

Ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν φυτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν νέων, ἡ πρώτη φυὴ προδείκνυσι τὸν μέλλοντα καρπὸν τῆς ἀρετῆς.

In conviviis quidem ſuavior eſt homo minimè vinolentus, in bonis autem minimè iniquus.

14 Ἐν μὲν τοῖς συμποσίοις ὁ μὴ παροινῶν ἡδύτερος· ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ μὴ παρανομῶν.

Idem eſt enutrire anguem & malum beneficiis afficere; apud neutrum enim gratia benevolentiam parit.

Τὸ αὐτό ἐςιν ὄφιν ἐκτρέφειν, καὶ τὸν πονηρὸν εὐεργετεῖν· παρ' οὐδετέρῳ γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ.

Raro ſecundâ cœli tempeſtate navis frangitur; raro autem ſine conſilio ſervatur.

Ἐν μὲν εὐδίᾳ σπάνιον τὸ ναυαγῆσαι· ἐν δὲ τῇ ἀβουλίᾳ, τὸ μὴ ναυαγῆσαι.

Utres inanes ventus, homines autem ſtultos opinio inflat.

Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐςησι· τοὺς δ' ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα.

In exercitiis laſſitudo, in rebus ſecundis invidia cavenda.

Γυμναζόμενον δεῖ φυλάσσεσθαι τὸν κόπον, εὖ πράσσοντα δὲ τὸν φθόνον.

Modum omnium rerum optimum ſapientum aliquis pronunciavit: cujus conſilio etiam nos, O amiciſſime piiſſiméque Aſclepiades, vitæ curandæ præceptis finem imponemus.

Μέτρον ἄριςον, ἔφη τις τῶν σοφῶν· ᾧ πειθόμενοι καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τὰς τοῦ βίου θεραπείας ἀναπαύσωμεν, ὦ φίλτατε ἡμῖν καὶ ἱερώτατε Ἀσκληπιάδη.

Τοῦ

tum, eóque obſcurum ſcribendi modum Pythagorici gregis, qui ſymbolis & ænigmatis animi ſenſa involvebat, Delphici Apollinis inſtar, οὔτε λέγων, οὔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων. de qua obſcuritate Jamblichum vide lib 2 c. 21. ſed fortè commodiori ſenſu ἀφελεςέρα ſcriberetur: cum ſcriptionis, præſertim Philoſophicæ virtus maxima & præcipua ſit ἀφέλεια, ſive pura & non affectata ſimplicitas: qualis in Xenophonte potiſſimum ab Ariſtide aliiſque magiſtris, commendatur, & qualem in Ruſtici literis obſervat laudátque principum ſapientiſſimus M. Aurelius: atque hæc nativa ſimplicitas in Ocello, Timæo, Cebete, cæteríſque quorum fragmenta ſuperſunt, antiquiſſimis Pythagoreis, maximè elucet.

14 Ἐν μὲν τοῖς συμποσ.] Similis Plutarchi ſententia eſt apud Stobæum ſerm. 4. & Antonium c. 148. ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν· ἐν δὲ ταῖς εὐτυχίαις παρανομοῦσιν οἱ πλεῖςοι. unde & hic παρανομῶν potius quam παροινῶν legendum;

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ΓΝΩ͂ΜΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑΊ.

15. Ἃ κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ θεοῦ. δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον· ὥστε οὐ δώσει ὃ μὴ καθέξεις.

Ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν· συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὕπνος.

Βλάπτει θεὸς οὐ χολωθεὶς, ἀλλ᾽ ἀγνοηθείς· ὀργὴ γὰρ θεοῦ ἀλλότριον. ἐπ᾽ ἀβουλήτοις γὰρ ἡ ὀργή· θεῷ δὲ οὐδὲν ἀβούλητον.

16 Βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθονεῖς σαυτῷ πάσχων ὑπὸ σαυτοῦ κακῶς. καὶ αὐτὸς δὲ μὴ βούλου παρὰ κακοῦ πάσχειν καλῶς. οἷον γὰρ τὸ ἦθος ἑκάστου, τοιόσδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις. ψυχὴ γάρ ἐστι ταμιεῖον, ἀγαθὴ μὲν ἀγαθοῦ, κακὴ δὲ κακοῦ.

Βουλευσάμενος πολλὰ, ἧκε ἐπὶ τὸ λέγειν, ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἕξεις ἐξουσίαν ἀνακαλέσασθαι τὰ πραχθέντα, ἢ λεχθέντα.

17 Γλῶσσα σοφοῦ οὐ προηγουμένως

EJUSDEM SENTENTIÆ PYTHAGORICÆ.

QUæ parta tueri non possis, ea à Deo ne expetas: nullum enim Dei donum eripi potest; idcirco haudquaquam dabit, quod nequeas conservare.

Mente pervigili esto: nam animi veternus veræ morti affinis est.

Mala hominibus immittit Deus non iratus, sed ignoratus: ira enim aliena est a Deo; quippe quæ in rebus contra voluntatem accidentibus locum habet. Deo autem nihil invito accidit.

Ubi de alio mali quid cogitas te ipsum malo prævertis: neque verò boni quidquam à malo expectes: nam quales cujusque mores, talis & vita & actiones: penu enim & promtuarium est animus, bonus quidem bonorum, malus autem malorum.

Postquam diu multúmque consulueris ad dicendum vel agendum accede: neque enim in tua potestate erit facta aut dicta revocare.

Non linguam sed opera sa-

---

gendum; è contrà isthic ἀτυχίαις scribendum existimo: nam res secundæ animos potissimum dementant & transversos agunt.

15 Ἀκτησάμενος] Sexti Philosophi est Sent. 79. & 80. quam Ruffinus vertendo ita pervertit, ut vix vestigia veræ lectionis agnoscas.

16 Βουλευόμενος] apud Sextum ita habetur Sent. 312. & 313. *Qui cogitat adversus alium mala, ipse praeveniens ipse perfert mala*: unde hic quoque legendum constat, φθονεῖς σαυτῷ πάσχων· quod in versione expressi

17 Γλῶσσα] Ita Sextus Sent. 401. & 402. sed græca Ruffinus vertendo interpolavit. In Melissa ser. 93. posterior pars paulo auctior legitur, ut & in

pientis Deus præcipuè æstimat: nam sapiens etiam cùm tacet Deum honorat.

Homo garrulus atque imperitus & orando & sacrificando numen contaminat. Solus igitur sapiens sacerdos, solus pius, solus orandi gnarus.

Sapiens nudus huc missus, nudus eum qui misit invocet: Deus enim solum exaudit illum qui alienis non est oneratus.

Nullum donum majus virtute à Deo accipi potest.

Munera & victimæ nihil honoris Deo conferunt, neque suspensa templis donaria Deum ornant: sed mens pia solidè nos Deo conjungit: nam simile simili adjungi necessum est.

Durius est servire affectibus, quàm tyrannis.

Præstat sæpius cum se ipso, quàm cum externis colloqui.

Si semper memineris, quocunque demum loco anima aut corpus tuum aliquid perpetret, Deum inspectorem adesse; in cunctis quidem orationibus actionibúsque tuis vereberis inspectoris præsentiam quem nihil latet: Deum verò intimum pectoris hospitem habebis.

In quantum temetipsum ignoras, furere & insanire te existima.

μένως τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα· σοφὸς γὰρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.

Γλωσσαλγὸς ἄνθρωπος καὶ ἀμαθὴς, εὐχόμενος καὶ θύων τὸ θεῖον μιαίνει. μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφὸς, μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὔχεσθαι.

Γυμνὸς ἀποσαλεὶς σοφὸς, γυμνιτεύων καλέσει τὸν πέμψαντα· μόνου γὰρ τοῦ μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις πεφορτισμένου ἐπήκοος ὁ θεός.

Δῶρον ἄλλο μεῖζον ἀρετῆς οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ λαβεῖν.

18 Δῶρα καὶ θυσίαι θεὸν οὐ τιμῶσιν, ἀναθήματα θεὸν οὐ κοσμεῖ· ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς συνάπτει θεῷ. χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον.

Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον, ἢ τυράννοις.

Διαλέγεσθαι ἄμεινον ἑαυτῷ πλέον, εἴπερ τοῖς πέλας.

Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ὅπου ἂν ᾖ ἡ ψυχή σου, καὶ τὸ σῶμα ἔργον ἀποτελεῖ, θεὸς ἐφέστηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς εὐχαῖς καὶ πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληστον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον.

Ἐφ' ὅσον σαυτὸν ἀγνοεῖς, νόμιζε μαίνεσθαι.

19 Ζα-

in MS. anthologia bibliothecæ Barberinæ, ubi Sexto disertim tribuitur. Sequens etiam partim apud Sextum, partim apud Hieroclem p. 25. aurei commentarii habetur.

18 Δῶρα κ̀] Hæc quoque dicto Hieroclis

19 Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα τὰ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου τούτου παραμένοντα.

Ii conjuges & liberi quærendi, qui etiam post hanc vitam superstites maneant.

Ζῇ ὡς ἀληθῶς θεῷ ὁμοίως ὁ αὐτάρκης καὶ ἀκτήμων φιλόσοφος, καὶ πλοῦτον ἡγεῖται μέγιστον, μηδὲν ἀλλότριον κεκτῆσθαι καὶ μὴ ἀναγκαῖον. ἐπιτείνει γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ποτὲ ἡ τῶν χρημάτων ἐπίκτησις· ἄυταρκες δὲ πρὸς εὐζωίαν τὸ μηδὲν ἀδικεῖν.

Vivit reverà vitam Deo similem frugalis inópsque philosophus, & opes maximas ducit nihil externum & non necessarium possidere: nam divitiarum acquisitio quandoque cupiditatem accendit: sed ad bene beatéque vivendum sufficit ne quid injustè agas.

Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτῆσις διὰ ῥαστώνης οὐ περιγίνεται.

Vera bona nequaquam otio & ignaviâ parantur.

Ἡγοῦ μάλιστα ἀγαθὸν εἶναι, ὃ καὶ ἑτέρῳ μεταδιδόμενον σοὶ μᾶλλον αὔξεται.

Illud potissimùm bonum esse existima, quod cum alio communicatum tibi magis augetur.

Ἡγοῦ μάλιστα φίλους τοὺς ὠφελοῦντας τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα.

Eos præcipuè amicos judica, qui animum potiùs quàm corpus juvant.

Ἡγοῦ παντὸς ἀνοήτου καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὸν ψόγον καταγέλαστον, καὶ ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸν βίον.

Cujusvis stulti & laudem & vituperium ridiculum ducito: & totam hominis imperiti vitam opprobrium existima.

Θέλε μᾶλλον τοὺς συνόντας αἰδεῖσθαί σε, ἢ φοβεῖσθαι· αἰδοῖ γὰρ πρόσεστι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος.

Da operam ut tui te familiares vereantur potiùs, quàm metuant: nam verecundia venerationem, metus odium conjunctum habet.

Θυηπολία ἀφρόνων, πυρὸς τροφή· τὰ δὲ ἀναθήματα, ἱεροσύλων χορηγία.

Stultorum sacrificia ignis alimenta sunt; donaria autem, sacrilegorum proventus.

Ἴσθι ὡς οὐδεμία προσποίησις πολλῷ χρόνῳ λανθάνει.

Id scito, nullam simulationem diu latere.

Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τὸ συνειδὸς ὁ ἀδικῶν, βασανιζόμε-

Homo iniquus majora perpetitur mala dum animus sce-

vos

roclis loco extat: ubi auctiùs meliúsque λ[illegible] [illegible] legitur.

19 Ζητεῖν δεῖ] vide & hanc paulò auctiorem apud Stobæum ser. 1.

20 Ξίνος

lerum conſcientiâ excruciatur, quàm ſi corpus cædatur verberibus.

νος τῇ ψυχῇ, ἤπερ τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος.

Apud homines pravis opinionibus imbutos ſermonem de Deo inſtituere haudquaquam tutum eſt; nam æquè periculoſum eſt, ſeu vera ſeu falſa iis dicantur.

Λόγον περὶ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ τ' ἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων, καὶ τὰ ψευδῆ, κίνδυνον φέρει.

Rationem ubique ducem ſequendo nequaquam peccabis.

Λόγῳ ἡγεμόνι ἐν παντὶ χρώμενος οὐχ ἁμαρτήσεις.

Aliis moleſtus haud facilè ipſe moleſtiis carebit.

Λυποῦντα τὸν πλησίον, οὐ ῥᾴδιον αὐτὸν ἄλυπον εἶναι.

Magnam doctrinam exiſtima, quâ ignorantium imperitiam ferre poſſis.

Μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἣν δυνήσῃ φέρειν ἀγνοούντων ἀπαιδευσίαν.

Improbitas legi divinæ aurem non præbet; ideóque contra leges agit.

Νόμου θείου τὸ φαῦλον ἀνήκοον, διὸ καὶ παρανομεῖ.

Peregrinus vir juſtus non tantùm civi, ſed etiam cognato quodammodo præſtat.

[20] Ξένος ἀνὴρ δίκαιος οὐ μόνον πολίτου, ἀλλ' οὐδὲ συγγενοῦς τι διαφέρει.

Quot animi affectus, tot immanes domini.

Ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι οἱ ὠμοὶ δεσπόται.

Nemo liber, qui ſui ipſius non ſit compos.

Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.

Cujuſcunque boni acquiſitionem conjunctus cum continentia labor præcedit.

Παντὸς καλοῦ κτήματος πόνος προηγεῖται ὁ κατ' ἐγκράτειαν.

Id perſuaſum habeto, tuas opes non eſſe quas animo reconditas non ſervas.

Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.

Fac quæ honeſta judicas, etiamſi nullam tibi allatura ſint gloriam: vulgus enim malus rectè factorum arbiter.

Ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλά, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξήσειν· φαῦλος γὰρ κριτὴς καλοῦ πράγματος ὄχλος.

Ex operibus potiùs quàm ex ſermonibus hominis pericu-

Πεῖραν ἀνθρώπου ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον λάμβανε ἢ ἐκ τῶν λόγων·

20 Ξένος ἀνὴρ] apud Stobæum ſer. 9. rectiùs, ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς, ſcriptum eſt.

21 Pe-

bus, & corpori, & opibus patandis, simúlque Deo vacet: nam qui voluptatibus deditus est, idem quoque studet corpori: at cui corpus curæ est, idem profectò & opibus studet: atqui opum studiosus necessariò injustus est: injustus autem & impius est erga Deum, & iniquus erga homines. Proinde etiamsi hecatombas sacrificet, multò magis impius est, & ab omni religione Deóque aversus, & animi proposito sacrilegus: quapropter omnem voluptarium, ut impium & sacrilegum, aversari oportet.

τὸν αὐτὸν ἀδύνατον εἶναι. ὁ γὰρ φιλήδονος, καὶ φιλοσώματος· ὁ δὲ φιλοσώματος, πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος, ἐξ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος, εἰς μὲν θεὸν ἀνόσιος, εἰς δὲ ἀνθρώπους παράνομος· ὥστε κἂν ἑκατόμβας θύῃ, πολὺ μᾶλλον ἀνοσιώτερός ἐστι, καὶ ἀσεβὴς, καὶ ἄθεος, καὶ τῇ προαιρέσει ἱερόσυλος. διὸ καὶ πάντα φιλήδονον, ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρή.

Animo casto & puro locum convenientiorem in terris non habet Deus.

[23] Ψυχῆς ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει θεός.

FINIS.

ΤΈΛΟΣ.

23 Ψυχῆς] Hierocles pag. 24. & Sextus sent. 36.

ΔΗΜΟΚΡΆΤΟΥΣ ΦΙΛΟΣΌΦΟΥ ΓΝΩ͂ΜΑΙ ΧΡΥΣΑΙ.

ΓΝΩΜΈΩΝ μεν τῶνδε εἴτις ἐπαΐοι ξὺν νόῳ, πολλὰ μὲν ῥέξει πράγματ' ἀνδρὸς ἄξια, πολλὰ δὲ φαῦλα οὐχ ἕξει.

[1] Ψυχῆς μὲν τελειότης σκήνους μοχθηρίαν ὀρθοῖ· σώματος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδὲν ἀμείνω τίθησιν.

Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος, τὰ θειότερα ἐρέεται· ὁ τὰ σκήνους, τ' ἀνθρώπινα.

[2] Καλὸν μὲν τὸν ἀδικέοντα κωλύειν· εἰ δὲ μὴ, μὴ ξυναδικέειν.

[3] Ἀγαθὸν εἶναι χρὴ, ἢ μιμεῖσθαι.

Οὔτε σώμασιν οὔτε χρήμασιν εὐδαιμονοῦσιν ἄνθρωποι, ἀλλ' ὀρθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ.

DEMOCRATIS PHILOSOPHI AUREÆ SENTENTIÆ.

SENTENTIIS hisce si quis aures animúmque adverterit, multa ille opera viro digna patrabit, multis contrà carebit malis.

Animi quidem perfectio corporis vitium corrigit; corporis autem vires ratione destitutæ animum nihilo meliorem reddunt.

Quisquis animi bona amat, diviniora; qui corporis, humana ambit.

Hominem iniquè agentem impedire præstat; id si fieri nequeat, saltem non adjuvanda ejus iniquitas.

Bonum esse, non simulare oportet.

Neque in corpore, neque in opibus posita est hominum felicitas, sed in animo recto, & justitia.

Μὴ

1 Ψυχῆς μὲν] Stobæus ser. 1. & Melissa c. 167. tribuunt Democrito: & expressit Plato lib. 3. de Rep. pag. 403.

2 Καλὸν] In Epirotico exemplari bibliothecæ Barberinæ legebatur, εἰ δὲ μὴ, ξυναδικέειν· sed loci sensus geminam negationem requirit: cum pag. 58. non solum injuriâ, sed & animo lædendi abstinendum moneat. Democritus apud Stobæum ser. 3. & 5. ad propulsandum & vindicandum cohortatur: unde hic ξυναδικέειν potiùs scribendum foret, si Democratem nostrum eundem cum Democrito esse certò constaret.

3 Ἀγαθὸν] Stobæus ser. 37. ἀγαθὸν ἢ εἶναι χρεὼν ἢ μιμέεσθαι· sed cui bono hæc imitatio aut simulatio, cum bonum esse non videri oporteat? nam quod Epicurus dicebat de studio sapientiæ, id virtuti etiam quadrat. οὐ προσποιεῖσθαι δεῖ φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφεῖν· οὐ γὰρ προσδεόμεθα τοῦ δοκεῖν ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὑγιαίνειν. rectiùs ergo meâ quidem sententiâ hic scri-

Non metu sed officii causâ peccatis abstinendum. — Μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων.

Res magna est, in adversis quæ in rem sint sapere. — Μέγα τὸ ἐν συμφορῇσι φρονέειν ἃ δεῖ.

Rerum turpium pœnitentia vitæ salus est. — Μεταμέλεια ἐπ' αἰσχροῖσι πρήγμασι βίου σωτηρίη.

Veridicum non multiloquum esse oportet. — Ἀληθόμυθον χρὴ εἶναι, οὐ πολύλογον.

Infelicior est injuriam qui facit, quàm qui sustinet. — Ὁ ἀδικῶν τοῦ ἀδικουμένου κακοδαιμονέστερος.

Animi magni est humaniter ferre siquid peccatum fuerit. — Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν πρᾳέως πλημμέλειαν.

Legi, principi, & sapientiori cedere pulcrum est. — Νόμῳ, καὶ ἄρχοντι, καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν, κόσμιον.

Vir bonus improborum reprehensiones nihili facit. — Μεμφομένων φαύλων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιεῖται λόγον.

Deteriori parére durum est. — Χαλεπὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χείρονος.

Qui pecuniis facilè vincitur haudquaquam erit justus. — Ὁ χρημάτων παντελῶς ἥσσων οὐκ ἄν ποτε εἴη δίκαιος.

Ad persuadendum sæpenumero plùs oratio quàm aurum valet. — Ἰσχυρότερος ἐς πειθὼ λόγος πολλαχῇ γίνεται χρυσοῦ.

Quisquis eum monet, qui prudentiâ se pollere existimat, operam perdit. — 4 Τὸν οἰόμενον νοῦν ἔχειν ὁ νουθετῶν ματαιοπονεῖ.

Multi, qui rationem non excoluêre ex ratione vivunt. — Πολλοὶ λόγον μὴ μαθόντες, ζῶσι κατὰ λόγον.

Multi turpissima perpetrantes opera optimè meditatis utuntur sermonibus. — Πολλοὶ δρῶντες τὰ αἴσχιστα λόγους ἀρίστους ἀσκέουσιν.

Stulti rebus adversis conflictantes sapiunt. — Οἱ ἀξύνετοι δυστυχέοντες σωφρονέουσιν.

Ἐργατ

scriberetur, εἰ μιμεῖσθαι. vel sanè addendum, aut saltem subintelligendum, μᾶλλον.

4 Τὸν οἰόμενον] hinc corrigendus Stobæus ser. 10.

Ἔργα καὶ πρῆξιν ἀρετῆς, οὐ λόγους ζηλοῦν χρεών.

Reipsa atque opere, non verbis, virtuti studendum.

Τὰ καλὰ γνωρίζουσι καὶ ζηλοῦσιν οἱ εὐφυέες πρὸς αὐτά.

Homines naturâ ad honestatem facti, & cognoscunt quæ honesta sunt, iisque faciendis operam navant.

Κτηνέων μὲν εὐγένεια ἡ τοῦ σώματος εὐσθένεια· ἀνθρώπων δὲ, ἡ τοῦ ἤθους εὐτροπίη.

Jumentorum generositas, in corporis robore; hominum verò in recta morum conformatione consistit.

Οὔτε τέχνη, οὔτε σοφίη ἐφικτὸν, εἰ μὴ μάθῃ τίς.

Neque ars, neque scientia absque doctrina acquiritur.

Κρεῖσσον τὰ οἰκεῖα ἐλέγχειν ἁμαρτήματα, ἢ τὰ ὀθνεῖα.

Præstat propria, quàm aliena peccata reprehendere.

[5] Ὧν ὁ τρόπος ἐστὶν εὔτακτος, τουτέοισι καὶ ὁ βίος συντέτακται.

Quorum mores bene sunt compositi, hisce & vita rectè componitur.

Ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν.

Bonum est non solùm ab injuria sed etiam à voluntate lædendi abstinere.

Εὐλογέειν ἐπὶ καλοῖς ἔργοισι χρή· τὸ γὰρ ἐπὶ φαύροισι, κιβδήλου καὶ ἀπατεῶνος.

De rectè factis bene loquendum: nam de malis bene loqui hominis est subdoli, atque impostoris.

Πολλοὶ πολυμαθέες νοῦν οὐκ ἔχουσι.

Multi eruditione varia instructi bona mente destituuntur.

Πολυνοΐην, οὐ πολυμαθίην ἀσκέειν χρή.

Multiplici potiùs animi sapientiæ, quàm multifariæ eruditioni studendum.

Προβουλεύεσθαι κρεῖσσον τῶν πράξεων, ἢ μετανοεῖν.

Præstat consilium actiones præcedere, quàm pœnitentiam subsequi.

Μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς δοκίμοισι πιστεύειν· τὸ μὲν γὰρ εὔηθες, τὸ δὲ σωφρονέοντος.

Non omnibus, sed spectatis fidendum: illud enim fatui, hoc prudentis est.

Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐξ ὧν πράσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν βούλεται.

Vir probus, aut improbus, non ex operibus tantum, sed etiam ex voluntate spectatur.

5 Ὧν ὁ τρόπ.] Stob. ser. 37. & Mel. c. 97. rectiùs, οἷσιν.

Παι-

Immoderatâ cupiditate trahi pueri est, non viri.

Παιδὸς, οὐκ ἀνδρὸς, τὸ ἀμέτρως ἐπιθυμεῖν.

Intempestivæ voluptates dolores pariunt.

Ἡδοναὶ ἄκαιροι τίκτουσιν ἀηδίας.

Nimis vehementes cujuscunque rei appetitus etiam ad cætera animum occœcant.

Αἱ περί τι σφοδραὶ ὀρέξεις τυφλοῦσιν εἰς τ᾽ ἄλλα τὴν ψυχήν.

Justus amor citra nullius injuriam honesta ambire.

Δίκαιος ἔρως ἀνύβριστος, ἐφίεσθαι τῶν καλῶν.

Nihil jucundum admittas, nisi idem sit conducibile.

Ἡδὺ μηδὲν ἀποδέχεσθαι, ἢν μὴ συμφέρῃ.

Imprudentes aliis parére præstat, quàm imperare.

Κρεῖσσον ἄρχεσθαι τοῖς ἀνοήτοις, ἢ ἄρχειν.

Non ratio, sed damnum stultorum magistra.

Νηπίοισιν οὐ λόγος, ἀλλ᾽ ἡ συμφορὰ γίνεται διδάσκαλος.

Honor & divitiæ absque prudentia, opes sunt parùm securæ.

Δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ συνέσεως, οὐκ ἀσφαλέα κτήματα.

Opes parare haud quidem inutile; sed injustè parare id verò omnium perniciosissimum.

Χρήματα μὲν πορίζειν οὐκ ἀχρεῖον, ἐξ ἀδικίας δὲ πάντων χαλεπώτατον.

Malum est imitari improbos, & spernere bonos.

Χαλεπὸν μιμεῖσθαι μὲν τοὺς κακοὺς, μὴ ἐθέλειν δὲ τοὺς ἀγαθούς.

Aliena curiosè scrutantem propria ignorare turpe est.

Αἰσχρὸν τὰ ὀθνεῖα πολυπραγμονέοντα, ἀγνοεῖν τὰ οἰκεῖα.

Continua cunctatio imperfecta reddit opera.

Τὸ ἀεὶ μέλλειν ἀτελέας ποιέει τὰς πρήξιας.

Subdoli homines sunt, & specie tenus boni, qui verbo omnia, re ipsâ nihil præstant.

Κίβδηλοι καὶ ἀγαθοφανέες, οἳ λόγῳ μὲν ἅπαντα, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἔρδοντες.

Felix cui opes & mens suppetunt: nam rectè iisdem ubi res poscit utitur.

Μακάριος ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· χρῆται γὰρ εἰς ἃ δεῖ καλῶς.

Peccandi causa, ignorare quid sit melius.

Ἁμαρτίης αἰτίη ἡ ἀμαθίη τοῦ κρείσσονος.

Ἑαυτὸν πρῶτον αἰσχύνεσθαι χρεὼν τὸν αἰσχρὰ ἔρδοντα.

Primùm ſeipſum vereri debebat quiſquis turpia perpetrat.

Ὁ ἀντιλογεόμενος καὶ πολλὰ καλλωπιζόμενος, ἀφυὴς εἰς μάθησιν ὧν χρή.

Homo contentioſus nimiúmque ſcitus, ineptus eſt ad diſcendum ea, quæ uſus poſtulat.

Πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἀκούειν ἐθέλειν.

Arrogantia quædam eſt omnia dicere, nihil audire velle.

Τὸν φαῦλον παραφυλάττειν δεῖ, μὴ καιροῦ λάβηται.

Improbum obſerves, ne occaſionem arripiat.

Ὁ φθονῶν, ἑαυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπέει.

Homo invidus ſeipſum, ut hoſtem, dolore afficit.

Ἐχθρὸς οὐχ' ὁ ἀδικῶν, ἀλλὰ καὶ ὁ βουλεύων.

Inimicus eſt non ſolùm qui injuriam infert, ſed etiam qui de inferenda cogitat.

Ἡ τῶν συγγενῶν ἔχθρη τῆς τῶν ὀθνείων χαλεπωτέρη μάλα.

Conſanguineorum inimicitiæ multò aſperiores ſunt externis.

Μὴ ὕποπτος πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' εὐλαβὴς γενοῦ καὶ ἀσφαλής.

Non ſuſpicioſum, ſed facilem te, & ſecurum cunctis præbe.

Χάριτας δέχεσθαι χρεὼν προσκοπευόμενον κρείσσονας αὐτῶν ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι.

Ita admittenda ſunt beneficia, ut jam antè tecum diſpexeris, quomodo gratias majores reponas.

Χαριζόμενος προσκέπτου τὸν λαμβάνοντα, μὴ κακὸν ἀντ' ἀγαθοῦ κίβδηλος ἐὼν ἀποδῷ.

Vide cui beneficium præſtes, ne fortè, ſi ſubdolus fuerit, malum pro bono reddat.

Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισται τοῖς λαμβάνουσι.

Parvum beneficium tempeſtivè collatum accipientibus fit maximum.

Τιμαὶ παρὰ τοῖς εὐφρονέουσι μέγα δύνανται, εἰ ξυνίασι τιμώμενοι.

Honores plurimùm valent apud prudentes, ſi ſibi collatos intelligant.

Χαριστικὸς οὐχ' ὁ βλέπων πρὸς τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλ' ὁ εὖ δρᾶν προῃρημένος.

Beneficus eſt, non qui remunerationem ſpectat, ſed qui liberâ ſponte præſtat beneficium.

Πολλοὶ δοκέοντες φίλοι εἶναι οὐκ εἰσὶ, καὶ οὐ δοκέοντες εἰσίν.

Multi cùm videantur amici, non ſunt: ſúntque multi, qui non videntur.

Unius prudentis amicitia ſtultorum omnium amicitiæ præferenda.

Ἑνὸς φιλίη ξυνετοῦ κρέσσων ἀξυνέτων ἁπάντων.

Indignus eſt qui vivat, cui nullus eſt amicus commodus.

Ζῆν οὐκ ἄξιος, ὅτῳ μηδείς ἐστι χρηστὸς φίλος.

Multi amicos devitant, ſi ex larga fortuna in paupertatem inciderint.

Ἐκτρέπουσι πολλοὶ τοὺς φίλους, εἰ ἐξ εὐπορίης εἰς πενίην μεταπέσωσιν.

Æqualitas ubique eſt bona; ſed quod ultra vel citra modum eſt, haud bonum puto.

Καλὸν ἐπὶ παντὶ τὸ ἴσον, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις οὔ μοι δοκέει.

A nemine amari exiſtimo, quiſquis amat neminem.

Οὐδ' ὑφ' ἑνὸς φιλέεσθαι δοκέει μοι ὁ φιλέων μηδένα.

Senex lepidus & fabulator longè eſt gratiſſimus.

Γέρων εὔχαρις ὁ αἱμύλος καὶ σπουδαιόμυθος.

Corporis pulchritudo, niſi mens ſubſit, animantium propria eſt.

Σώματος κάλλος ζωῶδες, ἢν μὴ νοῦς ὑπείη.

Rebus ſecundis amicum invenire facile eſt; in adverſis autem, omnium difficillimum.

Ἐν εὐτυχίῃ φίλον εὑρεῖν εὔπορον· ἐν δὲ δυστυχίῃ πάντων ἀπορώτατον.

Amici ſunt non quicunque agnati, ſed qui commodis tuis favent.

Φίλοι οὐ πάντες οἱ ξυγγενέες, ἀλλ' οἱ συμφωνέοντες περὶ τοῦ συμφέροντος.

Homines cùm ſimus, humanas calamitates non irridere, ſed deplorare convenit.

Ἄξιον ἀνθρώπους ὄντας ἐπ' ἀνθρώπων συμφοραῖς μὴ γελᾷν, ἀλλ' ὀλοφύρεσθαι.

Bona vix quærentibus, mala autem etiam non quærentibus obtingunt.

Διζημένοισι τ' ἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.

Homines queruli ad amicitiam ſunt inepti.

Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίην οὐκ εὐφυέες.

Mulier dicendi facultatem non exerceat; res enim periculoſa eſt.

Γυνὴ μὴ ἀσκείτω λόγον· δεινὸν γάρ.

Mulieris imperio parére, contumelia & ignavia extrema eſt.

Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις καὶ ἀνανδρία ἐσχάτη.

Θείου νοῦ τὸ ἀεὶ διαλογίζεσθαι καλόν.

Animi divini est semper aliquid boni cogitare.

Ἢν πιςεύῃ τὶς, θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται.

Qui Deum cuncta inspicere crediderit, neque clanculum, neque apertè peccabit.

Μεγάλα βλάπτουσι τοὺς ἀξυνέτους οἱ ἐπαινέοντες.

Qui stultos laudant magno eos damno afficiunt.

Βέλτερον ὑφ' ἑτέρου, ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ ἐπαινέεσθαι.

Ab alio, quàm à se ipso laudari præstat.

Ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους, κολακεύεσθαι ἡγέου.

Si laudes in te ipso non agnoveris, palpum tibi obtrudi existimes.

[6] Ὁ κόσμος σκηνὴ, ὁ βίος πάροδος· ἦλθες, ἴδες, ἀπῆλθες.

Mundus scena, vita transitus: venisti, vidisti, abiisti.

[7] Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις· ὁ βίος ὑπόληψις.

Mundus mutatio, vita opinio.

Τέλος τῶν τοῦ Δημοκράτους γνωμῶν.

Finis Sententiarum Democratis.

6 Ὁ κόσμ☉ σκηνὴ] Egregiè Plotinus Enn. 3. lib. 2. c. 15. cæterùm Πάροδος, vox è theatro & media scena petitta: estque primus chori ingressus in scenam, primusque ostentus, teste Polluce & Hephæstione.

7 Ὁ κόσμ☉ ἀλλοίωσις] extat apud Marcum Antoninum Imp. lib. 4. cui & alibi passim in ore suum illud, πᾶν ὑπόληψις.

Περὶ

DE SECUNDO

PHILOSTRATUS

In vitis Sophist. lib. I.

SEd nec Secundi Atheniensis nobis obliviscendum, quem Epithyrum, ut fabri puerum appellabant.

Secundus ergò Sophista in sentiendo copiosus, in animi sensis exprimendis parcus; cùm Herodem instituisset, in controversiam cum ipso jam alios docente incidit: unde Herodes ipsum cavillo perstringens usurpabat illud:

Et figulus figulo, fabro faber invidet alter.

Sed mortuo & orationem dixit, & lacrymas addidit; quamvis senex admodùm obiisset. Et multa quidem alia hujus viri memoriâ digna sunt, maxime autem hæc controversia. Qui seditionem excitat, moriatur: & qui sedat, præmium accipiat. Idem seditionem excitans & sedans, præmium petiit: Hanc autem causam sic breviter peroravit. Igitur, inquit, quid primum? seditionem excitâsse. quid secundum? sedâsse. Des ergò pœnas ob illatam injuriam; deinde præmium ob rectè facta, si potes, accipe. Talis iste vir fuit. sepultus est in via Megarensi juxta Eleusina.

Περὶ ΣΕΚΟΎΝΔΟΥ

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ

ἐν βίοις σοφισ. βιβ. α΄.

ΜΗδὲ Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν Ἐπίθυρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα.

Σεκοῦνδος τοίνυν ὁ σοφιστὴς, γνῶναι μὲν περιττὸς, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέριττος. Ἡρώδην δὲ ἐκπαιδεύσας, ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη· ὅθεν Ἡρώδης διετώθαζεν αὐτὸν, ἐκεῖνο λέγων·

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

Ἀλλ᾽ ἀποθανόντι καὶ λόγον ἐπεφθέγξατο, καὶ δάκρυα ἐπέδωκε, καίτοι γηραιῷ τελευτήσαντι. μνήμης δὲ ἄξια τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ πλείω μὲν, μάλιστα δὲ ἥδε ἡ ὑπόθεσις. ὁ ἄρξας στάσεως ἀποθνησκέτω, καὶ ὁ παύσας στάσιν ἐχέτω δωρεάν. ὁ αὐτὸς καὶ ἄρξας καὶ παύσας αἰτεῖ τὴν δωρεάν. τὴν δὲ ὑπόθεσιν ὧδε ἐβραχυλόγησεν. οὐκοῦν, ἔφη, τί πρότερον; τὸ κινῆσαι στάσιν. τί δεύτερον; τὸ παῦσαι· δοὺς οὖν ἐφ᾽ οἷς ἠδίκεις τιμωρίαν, τὴν ἐφ᾽ οἷς εὖ πεποίηκας, εἰ δύνασαι, * λάμβανε· τοιόσδε ὁ ἀνὴρ οὗτος. τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆς Μεγαράδε ὁδοῦ.

* Interponendam hic puto δωρεὰν, aut ejusmodi vocem.

ἈΝΤΩ͂ΝΙΟΣ μελίσσης λόγῳ ρκβ΄.

Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι γυνὴ, εἶπεν· Ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεστιώμενον θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη Σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

ANTONIUS Melissa sermone 122.

Secundus ille Sapiens interrogatus quid esset mulier, respondit: Viri naufragium, domûs tempestas, tranquillitatis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, bellua contubernalis, solicitudo assidens, leæna complectens, exornata Scylla, animal malitiosum, malum necessarium.

ἈΝΩΝΎΜΟΥ ἀνθολογία ἀνέκδοτος.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· τριῶν κακῶν τέτευγμαι, γραμματικῆς, πενίης, καὶ οὐλομένης γυναικός· τῶν δύο ἐξέφυγον, οὐλομένης γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα.

ANONYMI florilegium MS. in Bibl. Barberina.

Idem aiebat: in tria mala incidi, grammaticam, penuriam, & malam mulierem: duo effugi, malam mulierem effugere non potui.

Ἐκ τῶν Σουίδα.

Σεκοῦνδος Ἀθηναῖος σοφιστὴς, ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος· ἐπωνομάζετο δὲ Ἐπίουρος, ὡς υἱὸς τέκτονος. καθηγητὴς δὲ γέγονε καὶ Ἡροδότου [γρ. Ἡρώδου] τοῦ σοφιστοῦ· ἔγραψε μελέτας ῥητορικάς.

Ex Suida.

Secundus Atheniensis Sophista, qui vocatus est Plinius: sed cognomento dicebatur Epiurus, quasi fabri filius. Fuit autem Herodoti [leg. Herodis] Sophistæ magister: scripsit declamationes oratorias.

VINCENTIUS Bellovacensis spec. hist. lib. XII. *cap.* 70.

Temporibus Adriani floruit SECUNDUS Philosophus, qui philosophatus est omni tempore silentium servans, & Pythagoricam vitam ducens.

ΣΕΚΟΎΝ-

SECUNDI PHILOSOPHI SENTENTIÆ.

ΣΕΚΟΥ͂ΝΔΟΥ ΤΟΥ͂ ΣΟΦΟΥ͂ ΓΝΩ͂ΜΑΙ.

Quid est Mundus?

INcomprehensibilis complexio, structura mente contemplanda, altitudo oculis inaccessa, ex se natum spectaculum, multiformis figuratio, æternus tenor, almus æther, multipartitus spiritus, septivagus circuitus; sol, lumen, dies, luna, stellæ, tenebræ, nox; terra, ignis, aqua, aër.

Τί ἐςι κόσμος;

* ἈΚατάληπτος περιοχὴ, θεωρητικὸν κατασκεύασμα, ἀσύνοπτον ὕψωμα, αὐτογέννητον θεώρημα, πολυχάρακτον μόρφωμα, αἰώνιον διακράτημα, αἰθὴρ θρεπτικὸς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἑπταπλανὲς κύκλωμα, ἥλιος, φῶς, ἡμέρα, σελήνη, ἄςρα, σκότος, νύξ· γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ.

Quid est Oceanus?

Mundi amplexus, corona maritima, salsum vinculum, cingulum Atlanticum, totius naturæ ambitus, orbis fascia.

Τί ἐςιν ὠκεανός;

Κόσμου ἐναγκάλισμα, θαλάσσιον ςεφάνωμα, ἁλμυρὸς δεσμὸς, ἀτλαντικὸς ζωςὴρ, πάσης φύσεως περίδρομος, οἰκουμένης κάτοχος.

Quid est Deus?

Bonum nativum, multiformis imago, altitudo invisibilis, variè effigiata forma, quæstio intellectu difficilis, mens immortalis, spiritus cuncta pervadens, pervigil oculus, propria omnium essentia, multinominis potestas, manus omnipotens, lumen, mens, potestas.

Τί ἐςι Θεός;

Ἰδιόπλαςον ἀγαθὸν, πολύμορφον εἴκασμα, ἀσύνοπτον ὕψωμα, πολυχάρακτον μόρφωμα, δυσνοούμενον ζήτημα, ἀθάνατος νοῦς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, ἰδία πάντων οὐσία, πολυώνυμος δύναμις, παγκρατὴς χεὶρ, φῶς, νοῦς, δύναμις.

Quid est Dies?

Stadium laboris, duodecim

Τί ἐςιν ἡμέρα;

Στάδιον κακοπαθείας, δωδε-

* Ἀκατάληπτος περιοχὴ] veteris versionis auctor ἀκατάληπτος περίοδος legit, & paulo pòst ἀπλανὲς κύκλωμα: sed utrique nostram lectionem præfero. Verùm hæc cuivis conferre facile est.

κάωρος

κάιρος διαδρομὴ, ἀρχὴ καθημερινὴ, ὑπόμνησις βιωτικὴ, δειλινὴ ἀπόστασις, αἰώνιον ἀρίθμημα, φυσικὸν ἐσόπτρισμα, ἀερίζουσα μέριμνα.

horarum decurſus, quotidianum principium, admonitio victitandi, veſpertina dilatio, perpetua ſupputatio, ſpeculum naturale, ſollicitudo aërea.

Τί ἐςιν ἥλιος;

Οὐράνιος ὀφθαλμὸς, νυκτὸς ἀνταγωνιςὴς, αἰθέριον κύκλωμα, κοσμικὸς ἔλεγχος, ἀκήρατος φλὸξ, καρπῶν περιβόλαιον, ἄσβεςος ἀκτὶς, κεχορηγημένη λαμπὰς, οὐράνιος ὁδοιπόρος, ἀδιάλειπτον φέγγος, ἡμέρας κόσμιον.

Quid eſt Sol?

Oculus cœleſtis, noctis adverſarius, æthereus circuitus, mundi index, flamma ſincera, frugum fomentum, radius inextinguibilis, fax ſemper ſuppetens, viator cœleſtis, indeficiens lumen, ornamentum diei.

Τί ἐςι σελήνη;

Οὐρανοῦ πορφύρα, νυκτερινὴ παραμυθία, πλεόντων παννύχισμα, ὁδευόντων παρηγορία, ἡλίου διαδοχὴ, οὐράνιος ὁδοιπορία, κακούργων ἔχθρα, σημεῖον ἑορτῶν, μηνιαῖον ἀνακύκλωμα, παλίνδρομος ἀνάμνησις.

Quid eſt Luna?

Cœli purpura, ſolamen nocturnum, navigantium pervigilium, peregrinantium conſolatio, ſolis vicaria, iter cœleſte, facinoroſorum inimica, ſignum feſtorum, menſtrua revolutio, reciprocum memoraculum.

Τί ἐςιν ἄνθρωπος;

Νοῦς σεσαρκωμένος, πνευματικὸν ἀγγεῖον, αἰσθητικὸν οἴκημα, οἰκητήριον ὀλιγοχρόνιον, ἐπίπονος ψυχὴ, τύχης παίγνιον, φρόντισμα χρόνου, ὠστεωμένον ὄργανον, κατάσκοπος βίου, φωτὸς ἀποςάτης, γῆς ἀπαίτημα.

Quid eſt homo?

Mens induta carne, vas ſpiritale, ſenſile domicilium, breve habitaculum, anima ad labores nata, fortunæ ludibrium, temporis cura, inſtrumentum oſſeum, vitæ explorator, lucis deſertor, terræ creditum.

Τί ἐςι γυνή;

Ἀνδρὸς ἐπιθύμιον, συνεσιώμενον θηρίον, συγκοιμωμένη λέαινα, συντηρουμένη δράκαινα, ἱματισ-

Quid eſt mulier?

Viri deſiderium, fera contubernalis, leæna lecti ſocia, dracæna cuſtodita, vipera ve-

μένη

ſtita, pugna voluntaria, bellum ſumptuoſum, diſpendium quotidianum, hominum procreandorum officina, animal malitioſum, malum neceſſarium.

μένη ἔχιδνα, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, καθημερινὴ ζημία, ἀνθρωποποιὸν ὑπούργημα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

Quid ſunt divitiæ?

Sarcina aurea, voluptatum miniſtræ, res inſidiis expoſita, voluptas ineffabilis, invidia domeſtica, ſperatus timor, ſtudium quotidianum, res lubrica, amabile infortunium, deſiderabilis ærumna, ſummus rerum apex, teſſera argentea, erratica felicitas.

Τί ἐςὶ πλοῦτος;

Χρυσοῦν φορτίον, ἡδονῶν ὑπηρέτης, ἐπιβουλευόμενον πρᾶγμα, ἀπόλαυσις ἀνέκφρασος, φθόνος συνεςιώμενος, φόβος ἐλπιζόμενος, καθημερινὴ μελέτη, εὐμετάπτωτον πρᾶγμα, φιλούμενον ἀτύχημα, περιπόθητον ταλαιπώρημα, ὑψηλὸν πῶμα, ἀργυρικὸν σύνθεμα, περιερχόμενον εὐτύχημα.

Quid eſt paupertas?

Bonum odioſum, mater ſanitatis, impedimentum voluptatum, vita ſine curis, tuta poſſeſſio, magiſtra cogitationum, ſapientiæ repertrix, res abſque invidiâ, opes ab exploratoribus ſecuræ, mercatura indemnis, divitiæ non ſupputandæ calculis.

Τί ἐςὶ πενία;

Μισούμενον ἀγαθὸν, ὑγιείας μήτηρ, ἡδονῶν ἐμποδισμὸς, ἀμέριμνος διατριβὴ, δυσαπόσπαςον κτῆμα, ἐπινοιῶν διδάσκαλος, σοφίας ἀνεύρησις, ἄφθονον πρᾶγμα, ἀσκόπευτος οὐσία, ἀζημίωτος ἐμπορία, ἀψήφιςος οὐσία.

Quid eſt amicus?

Nomen inane, homo nuſquam comparens, res inventu difficilis, infelicitatis refugium, anguſtiarum ſolatium, miſeriarum fomentum, vitæ inſpector, homo incomprehenſibilis, theſaurus nuſquam exiſtens, indeſinens felicitas.

Τί ἐςὶ φίλος;

Ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανὴς, δυσεύρητον κτῆμα, καταφυγὴ δυςυχίας, ἀπορίας παραμύθιον, ἄκος ταλαιπωρίας, κατάσκοπος βίου, ἄνθρωπος ἀκατάληπτος, ἀνυπόςατον κειμήλιον, ἀκατάληκτος εὐτυχία.

Quid eſt ſenectus?

Plenitudo dierum, ſanus morbus, viva mors, cura expectata, ſperatus timor, annoſum

Τί ἐςι γῆρας;

Πλήρωσις ἡμερῶν, ὑγιαίνουσα νόσος, ζῶν θάνατος, προσδοκωμένη μέριμνα, φόβος ἐλπιζόμενος, πολυ-

πολυ-

πολυχρόνιον γέλασμα, ἄτονος φρόνησις, ἔμπνους νεκρὸς, ἀφροδίτης ἀλλότριον, θάνατος προσδοκώμενος, νεκρὸς κινούμενος.

deridiculum, enervis prudentia, cadaver ſpirans, Veneris odium, mors expectata, mobile cadaver.

Τί ἐστιν ὕπνος;

Καμάτων ἀνάπαυσις, ἰατρῶν κατόρθωμα, δεδεμένων λύσις, ἀγρυπνούντων σοφία, νοσούντων εὐχὴ, θανάτου εἰκὼν, ταλαιπωρούντων παραμυθία, πάσης πνοῆς ἡσυχία, πλουσίων ἐπιτήδευμα, πενήτων ἀδολεσχία, καθημερινὴ μελέτη.

Quid eſt ſomnus?

Laborum requies, deſideratus medicorum effectus, vinctorum ſolutio, inſomnioſorum ſapientia, ægrotantium votum, mortis imago, afflictorum ſolamen, univerſi ſpiritûs quies, divitum ſtudium, pauperum oblectamentum, quotidiana occupatio.

Τί ἐστι κάλλος;

Φυσικὴ ζωγραφία, ἰδιόπλαστον ἀγαθὸν, ὀλιγοχρόνιον εὐτύχημα, εὐπαράλλακτον κτῆμα, ἔμπνους πόρνευσις, ἀνδρὸς ἀσελγοῦς ναυάγιον, ἀπαράμονον ἀγαθὸν, σεσαρκωμένη εὐτυχία, ἡδονῶν ὑπηρεσία, ἄνθος μαραινόμενον, ἀσύνκτητον πρᾶγμα, ἀνθρώπων παραμυθία.

Quid eſt pulchritudo?

Nativa pictura, inaffectatum bonum, momentanea felicitas, mutabilis poſſeſſio, ſpirans lenocinium, hominis incontinentis naufragium, bonum inſtabile, carnea felicitas, voluptatum miniſtra, flos marcidus, res non parabilis, hominum ſolatium.

Τί ἐστι γῆ;

Οὐρανοῦ βάσις, ἀπύθμενον θεώρημα, ἀεροφυὲς ῥίζωμα, γυμνάσιον ζωῆς, σελήνης παννύχισμα, ἀσύνοπτον θεώρημα, ὄμβρων τιθήνη, καρπῶν μήτηρ, ᾅδου καλυπτὴρ, αἰώνιον φύλαγμα, πολυδιοίκητον χώρημα, γέννα καὶ ἀποδοχὴ πάντων.

Quid eſt terra?

Cœli baſis, ſpeculatio ſine fundo, radicatio aërea, gymnaſium vitæ, lunæ pervigilium, ſpectaculum viſu incomprehenſibile, imbrium nutrix, frugum mater, inferorum operculum, cuſtodia æterna, ſpacium multarum ditionum, generatio & receptaculum rerum omnium.

Τί ἐστι γεωργός;

Καρπῶν ὑπηρέτης, ὄμβρων

Quid eſt agricola?

Frugum miniſter, imbrium

διαι

arbiter, solitudinis amicus, mercator maris expers, silvæ adversarius, victûs operarius, corrector camporum, terræ medicus, plantator arborum, avium magister, ærumnæ consuetudo.

διαιτητὴς, ἐρημίας συνήθης, ἀθαλασσίας ἔμπορος, ὕλης ἀνταγωνιστὴς, τροφῆς ὑπουργὸς, πεδίων ἀριστευτὴς, γῆς ἰατρὸς, δένδρων φυτουργὸς, ὀρνέων παιδαγωγὸς, κακοπαθείας συνήθης.

Quid est navigium?

Res fluctuans, domus sine fundamento, sepulcrum paratum, tabula quadrata, ventorum peregrinatio, volitans carcer, mors natitans, equus marinus, decipula aperta, fluctivagum iter.

Τί ἐστι πλοῖον;

Ἐπίσαλον πρᾶγμα, ἀθεμελίωτος οἰκία, ἡρμοσμένος τάφος, κυβικὴ σανὶς, ἀνέμων ὁδοιπορία, ἀνιπταμένη φυλακὴ, ἐπιπλέων μόρος, πελάγιος ἵππος, ἠνεωγμένη γαλεάγρα, ἐγκύματος ὁδοιπορία.

Quid est nauta?

Fluctuum viator, veredarius maris, ventorum comes, orbis hospes, terræ desertor, tempestatum adversarius, maritimus gladiator, pervestigator ventorum, salutis incertus, mortis vicinus, maris amator.

Τί ἐστι ναύτης;

Κυμάτων ὁδοιπόρος, θαλάσσης * βερηδάριος, ἀνέμων σύνοδος, οἰκουμένης ξένος, γῆς ἀποστάτης, χειμῶνος ἀνταγωνιστὴς, διαπόντιος μονομάχος, ἀνέμων ἰχνευτὴς, ἄδηλος ἐπὶ σωτηρίᾳ, θανάτου γείτων, θαλάσσης ἐραστής.

Quid est mors?

Somnus æternus, resolutio corporis, afflictorum desiderium, recessus spiritûs, fuga & abdicatio vitæ, divitum timor, pauperum solamen, resolutio membrorum, pater somni, verus terminus fixus, dissolutio omnium.

Τί ἐστι θάνατος;

Αἰώνιος ὕπνος, ἀνάλυσις σώματος, ταλαιπορούντων ἐπιθυμία, πνεύματος ἀπόστασις, φυγὴ καὶ ἀπόκτησις βίου, πλουσίων φόβος, πενήτων παραλαλία, ἀνάλυσις μελῶν, ὕπνου πατὴρ, ἀληθινὴ προθεσμία, ἀπόλυσις πάντων.

* Est vox Græco-barbara, de quâ vide Jo. Meurs. Glossar.

FINIS. ΤΕΛΟΣ.

SECUN-

SECUNDI PHILOSOPHI

Responsa ad interrogata Adriani,

Ex Vincentio Bellovacense, spec. hist. lib. x. *cap.* lxxi.

Quid est Mundus? Incessabilis circuitus, spectabilis supellex, multiformis formatio, æternus tenor, circuitus sine errore.

Quid est Oceanus? Mundi amplexus, terminus coronatus, (*al.* coarctatus,) hospitium fluviorum, fons imbrium.

Quid est Deus? Immortalis mens, incontemplabilis celsitudo, forma multiformis, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens, lux, bonum, & quod est hujusmodi.

Quid est Sol? Cœli oculus, caloris circuitus, splendor sine occasu, diei ornatus, horarum distributor.

Quid est Luna? Cœli purpura, Solis æmula, malefactorum inimica, solamen iter agentium, directio navigantium, signum solemnitatum, larga roris, præsagium tempestatum.

Quid est Terra? Basis cœli, meditullium mundi, fructuum custos & mater, operculum inferni, mater nascentium, nutrix viventium, devoratrix omnium, cellarium vitæ.

Quid est Homo? Mens incarnata, phantasma temporis, speculator vitæ, mancipium mortis, transiens viator, loci hospes, anima laboriosa, parvi temporis habitaculum.

Quid est Pulchritudo? Flos marcidus, carnalis felicitas, humana concupiscentia.

Quid est Mulier? Hominis confusio, insaturabilis bestia, continua sollicitudo, indesinens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium.

Quid est Amicus? Desiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indesinens felicitas.

Quid Divitiæ? Auri pondus, curarum ministri, delectatio injucunda, insatiabilis invidia, desiderium inexplebile, os excelsum, invisa concupiscentia.

Quid est Paupertas? Odibile bonum, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiæ repertrix,

trix, negocium sine damno, possessio absque calumnia, sine sollicitudine felicitas.

Quid Senectus? Optatum malum, mors viventium, incolumis languor, spirans mors.

Quid Somnus? Mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miserorum desiderium.

Quid est Vita? Beatorum lætitia, miserorum mœstitia, expectatio mortis.

Quid est Mors? Æternus somnus, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vitæ, resolutio omnium.

Quid est Verbum? Proditor animi.

Quid est Corpus? Domicilium animæ.

Quid est Barba? Sexûs discretio.

Quid est Cerebrum? Custos memoriæ.

Quid est Frons? Imago animi.

Quid Oculi? Duces corporis, vasa luminis.

Quid est Cor? Receptaculum vitæ.

Quid Jecur? Custodia caloris.

Quid Fel? Suscitatio iracundiæ.

Quid Splen? Risûs & lætitiæ capax.

Quid est Stomachus? Ciborum coquus.

Quid Ossa? Robur corporis.

Quid Pedes? Mobile fundamentum.

Quid est Ventus? Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

Quid sunt Flumina? Cursus indeficiens, refectio Solis, irrigatio terræ.

Quid Amicitia? Æqualitas animorum.

Quid Fides? Ignotæ rei miranda certitudo.

Quid est quod hominem lassum fieri non sinit? Lucrum.

SECUNDI PHILOSOPHI SENTENTIÆ,

Sive Quæstiones Problematum ſcriptæ ad Adrianum Imp.

Ex Caſp. Barthii Adverſ. lib. xi. cap. xvii.

Mundus, eſt ineffabilis circulus, cunctorum via & tranſitus.

Mare, mater aquarum, terræ amplexus.

Deus, mens immortalis, incomprehenſibilis certitudo, forma omniformis.

Cœlum, Sphæra volubilis, campus intelligentiæ, hortus æternitatis, theatrum vitale omnium.

Sol, oculus Dei, cœli & naturæ ſenſus, temperator vitarum, horarum æternus diſtributor.

Luna, Solis famula, tenebrarum arbitra, index malefactorum, directio æſtuum, tempeſtatum & ventorum indicium.

Homo, mens incarnata, anima ſubjecta tempori, luſus aſtrorum, ſpeculator vitæ, motûs & mortis mancipium.

Terra, baſis mundi, mater corporum.

Dies, ſtadium laborum, viventium reſpectus, mortis calculatio.

Aër, cuſtodia vitarum, animarum fundus.

Lux, rerum facies, colorum index.

Pluvia, terræ exſudatio, nutrix fructuum.

Nebula, tenuis nox.

Ventus, aëris turbatio, mobilitas aquarum, ſiccitas terræ.

Aqua, ſubſidium vitæ, fons fructuum, ſcatebra agilitatis, macularum ablutio.

Flumen, imago temporis, curſus indeficiens, refectio ſolis, irrigatio terræ.

Gelu, Frugum exſiccatio, pons aquarum naturalis.

Hyems, caloris exſilium.

Ver, parturitio terræ.

Æſtas, rerum voluptas, naturæ prægnatio, venuſtas laborum.

Mulier, ſollicitudo perpetua, humana furia, quotidianum damnum, perpetua iracundia, pondus immobile, neceſſarium malum.

Pulchritudo, naturalis captio, parvi temporis flos, error humanus, omnium cupiditas, dulcis morbus, amabile tormentum.

Finis Sententiarum Secundi.

SEXTI

SEXTI PYTHAGOREI

SENTENTIÆ,

E Græco in Latinum

A *RUFFINO* VERSÆ.

SEXTI PYTHAGOREI SENTENTIÆ

E Græco in Latinum

A *Ruffino* Versæ, & *Xysto* Romanæ Ecclesiæ Episcopo falsò attributæ.

Fidelis homo, electus homo est.

Electus homo, homo Dei est.

Homo Dei est, qui Deo dignus est.

Deo dignus est, qui nihil indignè agit.

Dubius in fide, infidelis est.

Infidelis homo, mortuus est corpore vivente.

Verè fidelis est, qui non peccat, atque etiam in minimis cautè agit.

Non est minimum in humana vita, negligere minima.

Omne peccatum impietatem puta. Non enim manus, vel oculus peccat, vel aliquod hujusmodi membrum: sed malè uti manu vel oculo, peccatum est.

Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum est. Melius est uno membro vivere, quàm cum duobus puniri.

Immortales crede te manere in judicio honores & pœnas.

Si quæcunque in hoc mundo habes aliquis auferat tibi, ne indigneris.

Inculpatus esto.

Omnia auferenti à te cede, præter libertatem.

Sapiens vir, & pecuniæ contemptor, similis est Deo.

Rebus mundanis in causis tantùm necessariis utere.

Quæ mundi sunt, mundo: & quæ Dei sunt, reddantur Deo.

Certus esto, quòd animam tuam fidele depositum acceperis à Deo.

Cum loqueris Deo, scito quod judiceris à Deo.

Optimam purificationem putato, nocere nemini.

Anima purificatur Dei verbo per sapientiam.

Non putes Dei sapientiam insensibilem esse.

Deus sicut mens est, quæ movetur sponte, secundum hæc & subsistit.

Magnitudinem Dei non invenies, etiam si pennis volare possis.

Nomen Dei ne quæras, quia non invenies: nam omne quod nomine appellatur, à digniore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. Quis ergo est, qui nomen imposuit Deo? Deus autem non nomen

est Deo, sed indicium quod sentimus de Deo.

Nihil ergo de Deo, quod non licet quæras.

Deus sapiens lux est, non capax contrarii.

Quæcunque fecit Deus, pro hominibus ea fecit.

Angelus minister est Dei ad hominem.

Tam pretiosus est homo apud Deum, quam Angelus.

Primus beneficus est Deus: Secundus est is, qui beneficii ejus fit particeps homo. Vive igitur ita, tanquam qui sis secundus post Deum, & electus ab eo.

Habes, inquam, in te aliquid simile Dei, & ideo utere teipso velut templo Dei, propter illud quod in te simile est Dei.

Revereatur vitam tuam mundu. Nihil admittas quod tibi invehat notam.

Male viventes cum è corpore excesserint, cruciabit malus dæmon: usque quo etiam novissimum quadrantem exigat ab eis.

Beatus vir cujus animam nemo reprehendit ad Deum euntem.

Deum ergo honora super omnia, ut ipse dominetur tibi.

Quicquid super omnia honoraveris, hoc tibi dominabitur. Si autem dominatum tui gerit Deus, ita tu demum dominaberis omnibus.

Honor summus Deo, scire eum & imitari.

Simile quidem Deo per omnia nihil est, grata tamen ei est inferioris quantum possibile est imitatio.

Templum Sanctum est Deo, mens pii, & altare est optimum ei, cor mundum, & sine peccato.

Hostia soli Deo acceptabilis, benefacere hominibus pro Deo.

Deo gratiam præstat homo, qui quantum possibile est vivit secundum Deum.

Deus quidem nullius eget, fidelis autem Dei solius: æmulatur ergo illum qui nullius eget, is qui paucis in rebus necessariis indiget.

Satage magnus quidem esse apud Deum, apud homines vero invidiam fuge.

Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud Deum.

Sapiens vir, cujus viventis quidem parva est apud homines opinio, defuncti vero gloria prædicatur.

Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidisse.

Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem semper sit apud Deum.

Intellige quæ sint bona, ut bene agas.

Bona cogitatio hominis Deum non latet, & ideo cogitatio tua pura sit ab omni malo.

Dignus esto eo, qui te dignatus est filium dicere, & age omnia ut filius Dei.

Quod Deum patrem vocas, hujus in actionibus tuis memor esto.

Vir castus & sine peccato, pote-

potestatem accepit à Deo esse filius Dei.

Bona mens, chorus est Dei.

Mala mens, chorus est dæmonum malorum.

Injustum si inhibeas agere injuste, hoc est secundum Deum punire.

Satage non videri, sed esse justus: certum est enim, non esse eum, qui videri vult esse.

Honora quod justum est, propter hoc ipsum quod justum est.

Nequaquam latebis Deum agens injuste, sed nec cogitans quidem.

Vir sapiens castus erit Deo.

Omnem spurcitiem fuge.

Semper de bonis loqui stude.

Libidinem vince, continens corpus in omnibus, quia ex delitiis & voluptatibus non effugies spurcitiem.

Voluptuosum Deus non exaudit.

Delitiarum finis corruptio.

Non verbum, sed ratio præcedat actus tuos.

Perniciosum est servire vitiis, quia quot vitia habet anima, tot & dominos.

Amor pecuniæ amorem carnalium indicat.

Acquire possessionem animæ firmam, virtutem. Quid est firma possessio, nisi virtus aut vis animæ?

Renuncia rebus corporis, dum adhuc potes, & quantum potes.

Hoc solum tuum ducito quod bonum est.

Qualis vis esse dum Deum oras, talis semper esto.

Dum optima quæque abjeceris prædia, tunc purificatus pete quod vis à Deo.

Lingua maliloqua indicium est mentis malæ.

Insuesce linguam tuam bene proloqui, & maxime cum de Deo fit sermo.

Nocere Deo nemo potest.

Impius, in Deum maledicus, & infestus, & contumeliosus est.

Fundamentum pietatis est continentia: culmen autem pietatis, amor Dei.

Pium hominem habeto tanquam teipsum.

Opta tibi evenire non quod vis, sed quod expedit.

Qualem vis esse proximum tuum tibi, talis esto & tu tuis proximis.

Quæ culpes, facere noli.

Nulli suadenti acquiescas petere quod non est bonum.

Quod Deus tibi dat nullus auferre potest.

Delibera priusquam agas, & antequam agas, provide quale sit quod factus es.

Si quid non vis scire Deum, istud nec agas, nec cogites.

Priusquam agas quodcunque agis, cogita Deum, ut lux ejus præcedat actus tuos.

Grandis impietas in Deum, affligere hominem.

Anima illustratur recordatione Dei.

Contentus esse mediocribus stude.

Noli omnia concupiscere.

Occasiones donorum perquire etiam cum labore.

Noli diligere ea quæ corporis sunt.

Immundum hominem facit actus turpis.

Purgatur anima insipientis, cùm arguitur intrinsecus latens sensus ejus.

Deus in bonis actibus hominibus dux est.

Neminem inimicum deputes.

Dilige omne quod ejusdem tecum naturæ est: Deum verò plus quam animam dilige.

Pessimum est peccatoribus, in unum convenire cùm peccant.

Multi cibi impediunt castitatem, & incontinentia ciborum immundum facit hominem.

Animantium omnium usus quidem in cibis indifferens, abstinere verò rationabilius est.

Non cibi qui per os inferuntur polluunt hominem, sed ea quæ ex malis actibus proferuntur.

Quicquid cupiditate victus acceperis, polluit.

Multitudini placere ne satagas.

In omni quod bene agis, autorem esse deputa Deum.

Mali nullius autor est Deus.

Non amplius possideas quam usus corporis poscit.

Aurum non eripit animam è malis.

In delitiis corporis positus, certum est quod ignores illa, quæ præparata sint tibi à Deo.

Ea posside quæ nullus possit auferre à te.

Fer quod necesse est, sicut necesse est.

Magnanimus esse stude.

Ea quæ contemnes si rectè laudaris, ne retineas. In quibus probabiliter magnificus eris, hæc obtine.

Hæc posce à Deo quæ dignum est præstare Deum.

Ratio quæ in te est, vitæ tuæ lux est.

Ea pete à Deo, quæ accipere ab homine non potes.

In quibus præcedere debet labor, hæc tibi opta evenire post laborem.

Oratio vel vota pigri sermo vanus.

Non oportet contemnere ea, quibus etiam post dispositionem corporis egemus.

Non petas à Deo id, quod cùm habueris non perpetuò obtinebis.

Insuesce animam tuam aliquid magnum de se sentire post Deum.

Nil pretiosum ducas, quod auferre à te possit homo malus.

Hoc solum bonum putato, quod Deo dignum est.

Quod Deo dignum est, hoc & viro bono.

Quicquid non convenit ad beatitudinem Dei, non conveniat homini Dei.

Ea debes velle, quæ & Deus vult.

Filius Dei est, qui hæc sola pretiosa ducit, quæ & Deus.

Donec in desideriis est caro, anima ignorat Deum.

Cupiditas possidendi origo avaritiæ est.

Ex sui ipsius amore injustitia nascitur.

Corpus animæ molestum non natura, sed peccatum fecit.

Omne quod homini plus est quam necesse sit, inimicum ei est.

Qui

Qui amat quod non expedit, non amabit quod expedit.

Sapiens verbis innotescit paucis.

Qui studet his quæ non bona, latebunt quæ sunt bona.

Semper apud Deum mens est Sapientis.

Sapientis mentem Deus inhabitat.

Inexplebilis est omnis cupiditas, propterea & semper indiget.

Sapiens semper similis est sibi.

Sufficit ad beatitudinem agnitio Dei solius, & imitatio.

Malis qui adulatur, pejores eos facit.

Intolerabilis fit malitia cum laudatur.

Lingua tua sensum tuum sequatur.

Melius est lapidem frustra jactare, quàm verbum. Delibera antequam dicas, ne quæ non expedit dicas. Verba sine sensu opprobria.

Verbositas non effugiet peccatum.

Brevis est in sermonibus sapiens.

Indicium imperitiæ longa narratio.

Veritatem dilige.

Mendacio tanquam veneno utere.

Ante omnia tempus verbis tuis requirito.

Tum loquere, quando tacere non expedit.

De quibus ignoras tace, de quibus autem certus es, loquere opportunè.

Sermo extra tempus indicium malitiosæ mentis est.

In conventu ne satagas primum dicere.

Melius est vinci vera dicentem, quàm vincere mentientem.

Fides actus tuos omnes præcedat.

Sapientia animam perducit ad Deum.

Nihil tam vernaculum sapientiæ, quam veritas.

Nunquam potest anima bona mendacium diligere.

Pravo & pessimo ingenio fides aliena est.

Fidelis homo audire quæ oportet amat magis, quàm dicere quæ non oportet.

Vir libidinosus ad omnia inutilis est.

Irreprehensibilis in verbis utitur Deo.

Peccata discentium opprobria sunt doctorum.

Mortui sunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicitur.

Sapiens homo beneficus post Deum.

Sermones tui vitam tuam commendent auditoribus.

Quod fieri non decet, neque in suspicionem veniat, quasi id feceris.

Quod pati non vis ab alio, neque id facias.

Quæ tibi facere est turpe, hæc & aliis imperare facienda turpissimum est.

Etiam in cogitationibus tuis mundus esto à peccato.

Cùm præes hominibus, memento quod & tibi præest Deus.

Vindictam exercens, scito quia & judiceris à Deo.

Majus est periculum judicantis, quàm ejus qui judicatur.

Levius est omne vulnus, quàm verbum.

Possibile est verbo fallere homines, non autem Deum.

Non putes malum, si tu cùm veritatem scias culparis in verbo.

Malè sentire de fide, amor jactantiæ facit.

Fidelis esse magis quàm videri stude.

Cole sapientem virum tanquam imaginem Dei viventis.

Sapiens vir etiamsi nudus sit, sapiens apud te habeatur.

Neminem propterea magni æstimes, quòd pecuniâ divitiisque abundet.

Difficile est divitem salvari.

Derogare viro sapienti ac Deo, æquale ducito peccatum.

Verbum de Deo loquens, depositum te putato accepisse animas.

Quod bonum est, hoc solum te decere puta.

Age magna, non magna pollicens.

Non eris sapiens, si te reputaveris sapientem.

Non potest bene vivere qui non integre credit.

In tribulationibus quis sit fidelis agnoscitur.

Finem vitæ existima vivere secundùm Deum.

Nihil putes malum, quod non sit turpe.

Mali finis injuria, injuriæ autem perditio.

Non dominatur mala affectio in mente fidelis.

Omnis mala affectio animi, rationi est inimica.

Quicquid feceris animo malè affecto, pœnitebis.

Affectiones pravæ ægritudinum initia.

Malitia est ægritudo animæ.

Animæ autem mors injustitia & impietas.

Tunc te putato fidelem, cùm passionibus animæ carueris.

Omnibus hominibus ita utere, quasi communis omnium post Deum curator.

Qui hominibus malè utitur, seipso malè utitur.

Qui nihil mali vult, fidelis est.

Opta ut bene possis facere inimicis.

Sine Deo non poteris vivere Deo.

Malis ineptus videtur vir sapiens.

Omnia sufferto pro eo, ut secundùm Deum vivas.

Orationem Deus non exaudit hominis, qui egenum non exaudit.

Sapientia sapienti donum à Deo.

Honorans sapientem teipsum honorabis.

Fidelem te esse nosce.

Cùm filium te quis Dei dicet, memento cujus te filium dicat.

Deum patrem invocans in actibus hoc recordare.

Verba tua pietate semper plena sint.

In actibus tuis ante oculos pone Deum.

Nefas est Deum patrem invocare, & aliquid inhonestum agere.

Qui non diligit sapientem, nec seipsum diligit.

Nulla propria possessio putetur sapientis.

Quorum communis est Deus idémque pater, hi nisi auxilia & opem in commune conferant, impii sunt.

Deo ingratus est qui non magni ducit sapientem.

Conjugium tibi refutare concessum est, idcirco ut vivas indesinenter adhærens Deo. Si autem tanquam prælium sciens tamen pugnare vis, & uxorem duc, & filios procrea.

Adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior.

Nihil propter solam libidinem facias.

Scito te adulterum esse, etiam si cogites de adulterio. Sed & de omni peccato eadem sit tibi ratio.

Fidelem te esse professus, spopondisti pariter non peccare Deo.

Fideli mulieri ornatui ducatur pudicitia.

Vir qui uxorem dimittit, profitetur se nec mulierem gerere.

Mulier pudica gloria viri est.

Reverentiam habens uxori, habebis eam reverentem.

Fidelium conjugium certamen habeat continentiæ.

Ut continueris ventrem, ita & venereos motus.

Devita infidelium laudes.

Quæ gratis accipis à Deo, præsta gratis.

Multitudinem fidelium non invenies. Rarum est enim omne quod bonum est.

Sapientem honora post Deum.

Cùm argueris sapientem, diliget te.

Qui sapienti non obtemperaverit, nec Deo obtemperabit.

Fidelis volens esse, præcipuè quidem hoc nitere, ne pecces: quod etiam si fortè acciderit, saltem cave ne iteretur idipsum.

Doctrinam quæ non est Deo digna ne dicas.

Multa velle scire, curiositas animi putanda est.

Qui cognoscit quæ Deo digna sunt, ille sapiens est.

Doctrinam ex qua proficere potes in amore Dei, illam necessariò expete.

Sapiens vir parcit ne perdat tempus

Fiduciam cum verecundia habeto.

Excrucient te liberi malè viventes, magis quàm morientes.

Filii infideles nec filii.

Fidelis vir non ægre fert abjectionem liberorum.

Vivere quidem non est in nobis, rectè autem vivere in nobis est.

Non judices esse sapientiæ studiosum, cui non de omnibus credis.

Criminationes adversùs sapientiæ studiosum noli admittere.

Stude communiter omnibus benefacere.

Execrabile tibi sit, etiam justè aliquid punire.

Si vis cum lætitia animi vivere,

re, noli multa agere. In multis enim actionibus minor eris.

Quod non posuisti ne tollas, sed sufficiant tibi quæ tua sunt.

Relinquens quæ possides, sequere verbum Dei. Liber enim eris ab omnibus cum Deo servieris.

Cessa à cibo.

Ede citra satietatem.

Omni homini impartito.

Pro reficiendo paupere etiam jejunare bonum est.

Omne poculum tibi suave sit, quod sitim extinguit.

Ebrietatem quasi insaniam fuge.

Homo qui à ventre vincitur, belluæ similis est.

Ex carne nihil oritur bonum.

Turpissimæ libidinis ea quidem, quæ suavia sunt citò transeunt, probra verò perpetuò manent.

Solent homines abscindere aliqua membrorum suorum pro sanitate reliquorum; quanto id præstantius pro pudicitia fiet?

Grandem pœnam putato cum in desideriis obtinueris, nunquam enim sedat desiderium adeptio desideratorum.

Non est sapienter factum, in quo libertas aufertur.

Bona habere omnes quidem optant, obtinent autem qui semetipsos integre verbo Dei mancipârunt.

Sapientiæ amator, & honestus esto, & non obtrectator.

Rara sit objurgatio tua, & opportuna.

Nimius risus indicium est animi negligentis, ne ergo tantum tibi indulgeas ut risu diffluas.

Castorum vita sit tibi honestatis exemplum.

Optimum quidem est non peccare, peccantem verò agnoscere quàm ignorare, melius est.

Jactans non est sapiens.

Magnam scito esse sapientiam, per quam ferre potes ineruditorum insipientiam.

Turpe ducito proprio ore laudari.

Sapientum animæ insatiabiles sunt in amore Dei.

Exordium in agendo à Deo sume quæ agis.

Ore autem priùs Deum habeto & mente quàm respires.

Ea quæ oportet discere & ita facere, ne coneris facere antequam discas.

Carnem noli amare.

Animam bonam post Deum dilige.

Domesticorum indignationes ferre sapientis est.

Sapientum divitiæ continentia.

Si quid proprium alii tradideris, at ipse non habebis, non judices bonum.

Justa communio servanda.

Non dicas aliquod alio peccato levius.

Sicut in benefactis laudari vis, ita in delictis patienter accipe si culperis.

Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magni pendas.

Thesaurum quidem defodere inhumanum est, inventum auferre non est sapientis.

Quantum laboras pro corpore, si tantum labores pro anima, sapiens eris.

Sapiens

Sapiens non est qui nocet.

Ad omnia quæ agis, Deum invoca testem.

Deus bonos actus hominum confirmat.

Malorum actuum malus dæmon dux est.

Sapiens vir Deum hominibus commendat.

Deus super omnia opera sua, plùs super sapientem gloriatur.

Nihil tale post Deum verum sicut sapiens.

Quæcunque Deus possidet, hæc & sapiens.

Malus vir non putat esse providentiam.

Anima mala Deum fugit.

Omne quod malum est, Deo inimicum est.

Qui sapit in te, hunc dicito esse hominem.

Particeps Dei est vir sapiens.

Ubi est quod sapit in te, ibi est & bonum tuum.

Bonum in carne non quæras.

Quod animæ non nocet, nec homini.

Sapientem hominem tanquam Dei ministrum honora post Deum.

Tabernaculum quidem corporis graviter ferre superbum est.

Deponere autem posse, cum oportuerit, in pace, beatum est.

Mortis quidem ipse tibi causa non fias.

Si quis autem vult te corpore exuere, ne indigneris.

Sapientem si quis de corpore extrudat injustè, in iniquitate sua beneficium ei præstat, absolvitur enim tanquam è vinculis.

Hominem metus mortis contristat pro imperitia animæ.

Ferrum quo homines interimuntur optimum fuerat non fieri, factum tamen apud te non sit.

Nulla simulatio multo tempore latebit, maximè in fine.

Ut sunt mores tui, talis & vita tua: mors enim religiosi facit vitam beatam.

Qui cogitat adversùs alium mala, ipsa præveniens ipse perfert mala.

Ne te impediat à benefaciendo homo ingratus.

Optimè facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit.

Fratrem volentem à fide recedere, hortare ne faciat, & si insanabilis sit, magis observa.

In fide conare omnes homines vincere.

Intellectum non priùs habebis quam intellexeris te habere.

Stude tuâ sorte contentus esse.

Membra corporis sarcina sunt iis qui eis non utuntur.

Ministrare aliis melius est, quàm ab aliis ministrari.

Quem Deus non emittit è corpore, ne graviter ferat.

Sententiam quæ misericordiam vetat, non solum non tenere sed audire refuge.

Qui dat aliquid & imputat, contumeliam magis quàm beneficium dedit.

Qui tuetur pupillos, erit multorum filiorum secundùm Deum pater.

Quicquid egeris causâ gloriæ, merces facti tui erit.

Si quid dederis ut hominibus innotescas, non homini, sed propriæ libidini præstitisti.

Ira-

Iracundiam multitudinis ne provoces in te.

Disce quod oportet fieri ut beatus fias.

Melius est fame mori, quàm per incontinentiam ventris maculare animam.

Vestimentum esse putato animæ corpus tuum, mundum igitur id conserva.

Qualia studia gesserit anima corpus inhabitans, tales habebit testes in judicio.

Immundam animam sibi dæmones immundi vendicant.

Fidelem animam & bonam in via Dei mali dæmones non impediunt.

Verbum de Deo non omni homini committas.

Non est tutum audire de Deo homines vanæ gloriæ jactantiâ corruptos.

De Deo etiam quæ vera sunt, loqui periculum est, & non parvum.

De Deo nihil dicas quod non didiceris à Deo: vel ei qui non credit de Deo nihil loquaris.

Verbum verum ut Deum honora.

Si immunis non es à flagitiosis operibus, de Deo nihil discepres.

Sermo verus de Deo, sermo Dei est.

Si scis quòd acceptum habent de te, quòd diligis Deum, hi qui te audiunt, tunc eis loquere de Deo.

Opera charitatis Dei procedant abs te, & tunc sermonem facito de Deo.

In multitudine dicere de Deo non audeas.

Verbum de Deo parciùs proferto quàm de anima. Melius est animam perdere, quàm verbum vanum de Deo proferre.

Viri amantis Deum, corporis potestatem habet leo, & tyrannus similiter.

Cùm tibi minatur tyrannus, cujus sis, tunc memor maximè esto.

Verbum de Deo reticere præstat magis, quàm temere proferre.

Qui dicit de Deo quæ non sunt, contra eum falsum loquitur.

Deum non cognovit, qui non colit.

Non est verum quòd Deum colat qui hominem lædit.

Fundamentum, & initium est cultus Dei, amare Dei homines.

Qui hominum curam gerit, & orat Deum pro eis, iste verè à Deo esse putandus est.

Dei proprium est salvare, quos dignos judicat.

Cultoris autem Dei est orare Deum pro salute hominum.

Cum oranti tibi præstitum fuerit quod poposcisti à Deo, tunc tibi potestatem permissam à Deo intellige.

Dignus Deo homo, Deus est & in hominibus.

Melius est nihil habere, quàm multa habentem nemini impertiri.

Si non das egenti cùm poscit, non accipies a Deo cum popósceris.

Qui ex animo dat cibum indigenti, parùm quidem est quod dat, sed magna fiet ei bonæ voluntatis retributio.

Deum

Deum qui putat esse, & nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui non credit esse Deum.

Optimè honorat Deum ille, qui mentem suam quantùm fieri potest similem Deo facit.

Deus quidem nequaquam egét, lætatur tamen super his qui indigentibus tribuunt.

Fidelium pauca sint verba, opera autem multa.

Fidelis qui libenter vult doceri, operarius efficietur veritatis.

Præpara & apta te ad tribulationes, & lætus eris.

Neminem lædens nullum timebis.

Tyrannus beatitudinem non aufert.

Quod fieri necesse est voluntariè sacrificato.

Quod non oportet fieri, nullo modo facias.

Omnem magis causam refer ad Deum.

Nemo sapiens est qui deorsum respicit in terram.

Immensa amatoris sapientiæ libertas non sit in homine, sed in anima.

Mentiri, in vita decipere est, & decipi.

Quid sit Deus agnosce, & quid in te quod agnoscit Deum.

Dei opus bonum, homo bonus.

Sine Deo sunt hi, pro quibus verbum Dei maledicitur.

Animam mors non perdit, sed mala vita.

Si scis à quo factus es teipsum agnoscis.

Non est secundùm Deum vivere, nisi pudicè, & bene, & justè quis agat.

Hominum infidelium vita opprobrium est.

Animam de terra fides elevat ad Deum.

Animæ sapientis magnitudinem non invenies, sicut nec Dei quidem.

Quæcunque dat mundus, nemo firmiter tenet.

Quæcunque dat Deus, nemo auferre potest.

Divina sapientia vera est scientia.

Immundæ animæ ne audeas loqui de Deo.

Viri periculum in operibus primò sicut in verbis facito.

Aures tuas non omnibus committas.

Operari quidem Deo omnibus facile est, dicere autem de Deo soli justo permittendum.

Non cruciet anima tua corpus tuum; neque animam tuam libido corporis.

Insuesce teipsum quidem corpori præbere quæ sua sunt castè, & animæ quæ sua sunt piè.

Pasce animam tuam verbo Dei, & corpus simplicibus cibis.

Illis insuesce animam tuam gaudens in quibus rectè gaudeat. Anima quæ iniquis rebus gaudet, indigna est apud Deum.

Sapientis anima audit Deum, sapientis anima aptatur à Deo, sapientis anima semper est cum Deo.

Cor diligentis Deum in manu Dei stabilitum est.

Animæ ascensus ad Deum per Dei verbum est.

Sapiens sequitur Deum, & Deus animam sapientis.

Gau-

Gaudet rex ſuper his quos regit, gaudet ergo Deus ſuper ſapiente. Inſeparabilis eſt & ab his quos regit ille qui regit, ita ergo & Deus ab anima ſapientis quam tuetur & regit.

Regitur à Deo vir ſapiens, & idcirco beatus eſt.

Anima ſapientis ac mens Deo probatur.

Sapiens vir & cùm tacet honorat Deum.

Venerem & ea quæ ſub alvo ſunt non continens, nec fidelis. Homo incontinens polluit Deum.

Hominem ſcientia Dei paucis verbis uti facit.

Multis verbis uti de Deo ignorantia Dei facit.

Homo qui Dei cognitionem habet non multâ ambitione utitur.

Qui electus Dei eſt, facit quidem omnia ſecundùm Deum, eſſe autem ſeipſum non jactat.

Fidelis homo ſemper in metu eſt uſquequo eat ad Deum.

Homo qui ſecundo ſatiatur cibo, non dormit noctu, nec concubitum effugit, ſed nec dignus eſt apud Deum.

Alioquin & Deus graviter fert libidines corporis.

Fidelis vir continentiâ paſcitur.

Sapientem fatum non facit, gratia enim Dei fato non ſubjacet.

Agnoſce qui ſunt filii Dei in creaturis ejus, & honora unumquemque pro merito poſt Deum.

Nil proprium Dei dicas quod malum eſt.

Fidelis anima & caſta & ſapiens, Propheta veritatis Dei eſt.

Non amabis Dominum Deum niſi habueris in te aliquid ſimile Dei.

Amicum deputa ſimilem ſimili tantummodo.

Si non diligis Deum, non ibis ad Deum.

Conſueſce teipſum ſemper reſpicere ad Deum.

Intuendo Deum videbis Deum.

Videns Deum facies mentem tuam qualis eſt Deus.

Excole quod intra te eſt, nec ei ex libidine corporis contumeliam facias.

Incontaminatum cuſtodi corpus tuum, tanquam ſi indumentum acceperis à Deo, & ſicut veſtimentum corporis immaculatum ſervare ſtude.

Sapiens mens ſpeculum eſt Dei.

F I N I S.

ΠΥΘΑ-

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ

ΤΙΝΩΝ

ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ

ἈΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

EX QUORUNDAM

PYTHAGOREORUM

LIBRIS FRAGMENTA,

In quibus de Philoſophia
Morali agitur.

E STOBÆO desumpta sunt hæc

Hippodami,	*Sermone* CI
Euryphami,	*Eodem*
Hipparchi,	*Serm.* CVI
Archytæ,	*Serm.* I
Theagis,	*Eodem*
Metopi,	*Eodem*
Cliniæ,	*Eodem*
Theagis,	*Eodem*
Archytæ,	*Eodem*
Critonis,	*Sermone* III
Archytæ,	*Serm.* III & XLI
Poli,	*Serm.* IX.

Vertit ea in Latinum sermonem GULIELMUS CANTERUS, & Notas addidit.

Annectuntur autem

Incerti cujusdam dissertationes.
Archytæ fragmenta ex Jamblichi protrept.
Pythagoræ Epistolæ II.
Lysidis Epistola.
Theanûs Epist. III.
Melissæ Epistola.
Myæ Epistola.

EX HIPPODAMO

Thurio, Pythagoréo, in libro De felicitate.

ἘΚ ΤΩΝ ἹΠΠΟΔΑΜΟΥ

Θουρίου, τοῦ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίας.

DE FELICITATE, SEU FINE.

Gulielmo Cantero *Interprete.*

ANIMALIA beatitudinis alia capacia sunt, alia non sunt. Capacia sunt ea, quæ ratione sunt prædita: quandoquidem beatitudo sine virtute subsistere non potest: virtus autem in eo, quod rationis est compos, cernitur. Capacia non sunt, quæ ratione carent. Etenim nec quod visu caret, visûs aut operis aut virtutis est capax: nec quod rationis est expers, ratione præditi vel opus vel virtutem potest capere. At beatitudo & virtus ratione prædito, illa tanquam opus, hæc tanquam ars quædam est. Jam ratione prædita quædam ipsa perfecta sunt, quæ per se sunt perfecta, nec ullâ re externâ

ΤΩΝ ζώων τὰ μὲν ἐντὶ δεκτικὰ τᾶς εὐδαιμονίας· τὰ δὲ, ἄδεκτα. καὶ δεκτικὰ μὲν ὅσσα λόγον ἔχει· (ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, οὐκ ἄτερθεν ἀρετᾶς· ἁ δὲ ἀρετὰ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι πρᾶτον) ἄδεκτα δὲ, [1] ὅσα λόγον οὐκ ἔχει. οὔτε γὰρ τὸ ὄψιος ἄμοιρον, δέχεται τᾶς ὄψιος ἔργον, ἢ τὰς ὄψιος ἀρετάν· οὔτε τὸ λόγω ἄμοιρον, τὸ τῶ λόγον ἔχοντος ἔργον, ἢ τὰν τῶ λόγον ἔχοντος ἀρετάν. ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῷ λόγον [2] ἔχοντι, τὰ μὲν ὡς ἔργον, τὰ δὲ ὡς τέχνα τὶς ἐντί. τῶν δὴ λόγον ἐχόντων ζώων, τὰ μὲν ἐντι αὐτοτέλημα, ὅσσα δι' αὐτὰ τέλημά ἐντι, καὶ οὐδενὸς ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν, οὔτε ποτὶ τὸ ἦμεν,

1 ἄδικα δὲ] *Locum mutilum sic restituimus, cùm prius legeretur, ἀδικία δὲ, ὄψιος ἔργον, &c.*

2 Ita hoc loco scribendum, hoc sensu: Beatitudo & virtus ratione prædito competunt; illa (beatitudo) tanquam opus (cui consequendo omnes homines intenti sunt) hæc (virtus) tanquam ars quædam, (quâ beatitudo vera adquiritur) Gesnerus edidit, ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῷ λόγον ἔχοντι κλώμενος ἔργον· τὰ δὲ ὡς τέχνα τίς ἐντι. Inde Canterus fecit: ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντος τὸ μὲν ὡς ἔργον, τὸ δὲ ὡς τέχνα τίς ἐντι. Bene quidem, τέχνα pro τίνα. sed male mutavit ἔχοντι in ἔχοντος. & particularum scripturam Doricam non observavit. Hic enim τὰ μὲν, τὰ δὲ, singulari numero, pro ἃ μὲν, ἃ δὲ usurpantur. Sic enim paullo post hic invenimus: συμπεριτίθητι δὲ τὰς πράξιας ἀρετὰ καὶ τύχα. τὰ μὲν ἀρετὰ, καττὰν χρῆσιν· τὰ δ' εὐτυχία, καττὰν κατόρθωσιν. *M. Meibom.*

ἦμεν, οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἦμεν. τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ θεός. οὐκ αὐτοτέλη δὲ, ὅσα μὴ δι' αὑτὰ τέληά ἐντι, ποτιδέεται δὲ τᾶς ἔξωθεν αἰτίας. τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ ἄνθρωπος. τῶν δὴ οὐκ αὐτοτελήων, τὰ μέν ἐντι τέληα, τὰ δ' οὐ τέληα. καὶ τέληα μὲν, ὅσα καὶ παρὰ τὰν αὐτῶν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὰς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται. καὶ παρὰ μὲν τὰν αὐτῶν, τῷ καὶ φύσιν ἀγαθὰν καὶ προαίρεσιν ποτενέγκασθαι· παρὰ δὲ τὰς ἔξωθεν, τῷ εὐνομίαν καὶ ἐπιςάτας ἀγαθὼς λαβεῖν. [3] οὐ τέληα δὲ, τὰ ἤτοι μηδετέρω τούτων κοινωνάσαντα, ἢ τινὸς αὐτῶν, ἢ τὸ καθόλου φαῦλα ὑπάρχοντα· καττόν γε τρόπον τᾶς ψυχᾶς. [4] τοιοῦτος δὲ καὶ εἴη θάτερος ἄνθρωπος. τῶν δὲ τελήων ἀνθρώπων δοιαὶ διαφοραί. τοὶ μὲν γάρ ἐντιν αὐτῶν καττὰν φύσιν τέληοι· τοὶ δὲ, καττὸν βίον. καὶ καττὰν φύσιν μὲν, μόνοι τοὶ ἀγαθοί. οὗτοι δὲ κ' εἶεν, τοὶ ἔχοντες τὰν ἀρετάν· [5] αἱ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάςω φύσιος καὶ ἀκρότας, καὶ τελειότας ἐντί. αἱ

vel ut sint, vel ut bene sint, indigent. qualis quidem sit Deus. Non ipsa perfecta sunt, quæ per se non sunt perfecta, verùm externas res requirunt. qualis quidem sit homo. Non ipsa perfecta porro quædam perfecta sunt, quædam imperfecta. Perfecta, quæ & suis & externis caussis nituntur: suis, quòd & naturam bonam, & consilium rectum attulerint: externis, quòd rectam legum constitutionem ac probos præfectos nacti sint. [*qualis quidem sit homo bonus.*] Imperfecta sunt, quæ vel neutrum horum, vel tantùm aliquod sunt consecuta, vel prorsus pravo sunt ingenio. qualis quidem sit alterius generis homo. Perfecti homines porro alii naturâ sunt, alii vitâ perfecti. Naturâ, qui boni duntaxat sunt, id est, virtute præditi. Virtus enim cujusque in cujusque rei natura supremum est & perfectio: tum oculi, in oculi natura supremum & perfectio: tum hominis, in hominis natura supremum & perfectio. Vitâ perfecti sunt, qui non boni tantùm, sed etiam beati sunt. Cùm enim beatitudo sit humanæ vi-

μὲν τῷ ὀφθαλμῶ, τᾶς τῶ ὀφθαλμῶ φύσιος ἀκρότας καὶ τελειότας· αἱ δὲ τῶ ἀνθρώπω, τᾶς τῶ ἀνθρώπω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας. καττὸν βίον δὲ τέληοι, τοὶ μὴ μόνον ἀγαθοὶ ὄντες, ἀλλὰ καὶ εὐδαίμονες. αἱ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, τελειότας

ἐντὶ

3 ἐπιςάτας ἀγαθὼς λαβεῖν.] *Addenda videntur*, τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ καλοκαγαθὸς ἄνθρωπος.

4 καὶ εἴη.] *Fortasse rectiùs*, κεν εἴη.

5 αἱ γὰρ ἀρεταί.] *Deest*, ἑκάςω. αἱ γὰρ ἑκάςω ἀρετά.

6 ἔντι

tæ perfectio: vita quidem est actionum compositio, eas autem ad finem deducit beatitudo: id quod per virtutem fit & felicitatem: illam propter usum, hanc propter successum. Ac Deus quidem nec virtute ab aliquo perceptâ bonus, nec felicitate comitante beatus est redditus. Etenim naturâ tum bonus tum beatus erat, semperque & fuit & erit, nec unquam talis esse desinet, cùm interire non possit. Homo verò nec bonus naturâ nec beatus est, verùm disciplinam & fortunam requirit: virtutis quidem, ut bonus, felicitatis autem, ut beatus evadat, indigens. Quocirca duo hæc beatitudinem humanam constituunt, laudatio & felicitatis prædicatio. Laudatio virtuti, altera felicitati tribuitur. Jam virtutem ex divina, felicitatem ex humana sorte adipiscitur. Differunt autem cùm divina cælestiáque à mortalibus ac terrenis, tum à melioribus deteriora. Itaque qui Deos sequitur, beatus: qui mortales, miser evadit. Nam prudentiâ prædito decens & utilis est felicitas: decens, quoniam uti novit: utilis quia factis manum

ἐντὶ βίω ἀνθρωπίνω· ὁ δὲ βίος ὁ ἀνθρώπινος, σύσαμα τῶν πραξίων· ἁ δ' εὐδαιμονία, συμπεραίνοισα τὰς πράξιας. συμπεραίνει δὲ τὰς πράξιας, ἀρετὰ καὶ τύχα. τὰ μὲν ἀρετὰ, κατ τὰν χρῆσιν· τὰ δ' εὐτυχία, κατ τὰν κατόρθωσιν. ὁ μὲν ὦν θεὸς οὔτε μαθὼν παρά τινος τὰν ἀρετὰν, ἀγαθὸς ἐγένετο, οὔτε ἐπισυναρξαμένας αὐτῷ τᾶς τύχας εὐδαίμων. φύσει γὰρ ἦν ἀγαθὸς, καὶ φύσει εὐδαίμων, καὶ ἀεὶ ἦν, καὶ ἐσεῖται, καὶ οὐδέποκα ὑπολείψει τοιοῦτος ἐὼν, ἄφθαρτος ἐὼν, καὶ φύσει ἀγαθός. ὁ δὲ ἄνθρωπος, οὔτε τᾷ φύσει εὐδαίμων, [6] ἀλλὰ μαθήσιος, καὶ προνοίας ποτιδέεται. ποτὶ μὲν τὸ γενέσθαι ἀγαθὸς, τᾶς ἀρετᾶς· ποτὶ δὲ τὸ γενέσθαι εὐδαίμων, τᾶς εὐτυχίας. καὶ διὰ τοῦτο ἐκ δύο τούτων ἁ ἀνθρωπίνα εὐδαιμονία συγκεφαλαιοῦται, ἐπαίνω τε καὶ μακαρισμῶ. ἐπαίνω μὲν τῶ ἐξ ἀρετᾶς· μακαρισμῶ δὲ τῶ ἐξ εὐτυχίας. τὰν μὲν ὦν ἀρετὰν ἔχει, διὰ τὰν θείαν μοῖραν· τὰν δὲ εὐτυχίαν, διὰ τὰν θνατάν.

[7] ἐξήρηται δὲ τὰ μὲν θνατὰ, ἀπὸ τῶν θεῶν· καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, τῶν ὠρανίων· τὰ δὲ χερήονα, ἀπὸ τῶν βελτιόνων. καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἑπόμενος τοῖς θεοῖς ἀγαθὸς, εὐδαιμονεῖ· ὁ δὲ ἑπόμενος τοῖς θνατοῖς, κακοδαιμονεῖ. τῷ μὲν γὰρ τὰν φρόνασιν ἔχοντι, ἀγαθὸν εὐτυχία, καὶ χρήσιμον. καὶ ἀγαθὸν μὲν, διὰ τὰν γνῶσιν τᾶς χρή-
[illegible]

6 οὔτε τᾷ φύσει εὐδαίμων.] Deest, οὔτε τᾷ φύσει ἀγαθὸς, quod paulo ante vacat.

7 Pro ἐξήρηται scribendum ἐξήρτηται, dependent. M. M.

σιος· ὠφέλιμον δὲ διὰ τὸ συνεργὲν ταῖς πράξεσι. καλὸν ὦν, ὅκα ἁ εὐτυχία παρῇ τῷ νῷ, ὥσπερ οὐρίῳ ἀνέμῳ θέοντα, ποττὰν ἀρετὰν ἀποβλέποντα ποιέεσθαι τὰς πράξιας· ὥσπερ καὶ τὸν κυβερνάταν ποτὶ τὰς τῶν ἄστρων κινάσιας. οὕτω γὰρ οὐ μόνον ἀκολουθήσει τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ συντάξει τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ποτὶ τὸ θῆον. καὶ μὰν καὶ τοῦτό γε φανερὸν, ὅτι ἐκ διαθέσιος καὶ πράξιος βίος διαφέρων γίνεται. ἀνάγκα δὲ τὰν μὲν διάθεσιν, ἢ σπουδαίαν ἢ φαύλαν ἦμεν· τὰν δὲ πρᾶξιν, ἢ εὐδαίμονα, ἢ κακοδαίμονα. καὶ σπουδαίαν μὲν, τὰν ἀρετᾶς μετειληφυῖαν· φαύλαν δὲ, τὰν κακίας. τὰς δὲ πράξιας, εὐδαίμονας μὲν ἐν τᾷ εὐτυχίᾳ· (συμπεραίνονται γὰρ ποτὶ τὸν λόγον) κακοδαίμονας δ' ἐν τᾷ ἀτυχίᾳ. ἀποτευκτικὸν γὰρ τῶ συμπεράσματος. διόπερ οὐ μόνον μαθεῖν δεῖ τὰν ἀρετὰν, ἀλλὰ καὶ κτάσασθαι, καὶ χράσασθαι αὐτᾷ· ἤτοι ἐς ἀσφάλειαν, ἢ ἐς συναύξασιν, ἢ τὸ μέγιστον, ἐς ἐπανόρθωσιν οἴκων καὶ πολίων. οὐ γὰρ μόνον τὰν κτᾶσιν ἔχειν δεῖ τῶν καλῶν, ἀλλὰ καὶ τὰν ὄνασιν. ταῦτα δὲ πάντα ἐσσεῖται, αἴκα πόλιος εὐνομουμένας τύχῃ ὁ ἄνθρωπος. καὶ ταῦτα μὲν ἐγὼ φαμὶ ἦμεν, τὸ ὀνομαζόμενον ἀμαλθείας κέρας. ἐν εὐνομίᾳ γὰρ τὰ πάντα ἐντί. καὶ ἄνευ ταύτας, οὔτε γεννᾶται τὸ μέγιστον τᾶς ἀνθρωπίνας φύσιος ἀγαθὸν, οὔτε γενναθὲν καὶ αὔξα-

admovet. Pulcrum igitur est a quando cum felicitate prudentia conjungitur, tanquam secundo vento actiones ad virtutem tanquam Cynosuram respiciendo perficere. Sic enim non Deum tantum sequetur, sed etiam humanum bonum cum divino componet. Hoc quoque manifestum est, ex affectionibus & factis vitæ discrimen gigni. Est autem tum affectio vel honesta vel turpis; tum factum vel beatum vel miserum. Honesta affectio est, quæ virtutis; turpis, quæ vitii particeps est. Facta quoque beata sunt, quæ in felicitate cernuntur, quoniam ratione perficiuntur: misera, quæ in infelicitate, quoniam finem non assequuntur. Quapropter virtus non modò discenda, sed etiam possidenda, & ad familiarum ac rerumpublicarum vel securitatem, vel augmentum, vel etiam, quod est maximum, emendationem est usurpanda. Rerum enim præclararum non tam possessionem quàm usum sectari debemus. Quæ quidem omnia contingent, si quis rempub. bene constitutam nanciscatur. id quod equidem Amalthéæ, quod dicitur, cornu voco. Etenim in recta legum constitutione sunt omnia, neque maximum humanæ naturæ bonum vel existere absque ea, vel compa-

θὲν

ratum & auctum permanere possit. Nam & virtutem & ad virtutem viam hæc in se continet, quandoquidem in ea partim naturæ bonæ procreantur, partim & mores, studia, leges optimè se habent, & recta ratio, pietas, sanctimonia magnopere vigent. Quamobrem qui beatus futurus & feliciter victurus est, eum in bene constitutâ republica & vivere necesse est & mori. Quid quod etiam necessariò, quæ antè dicta sunt, ita se habent. Cùm sit enim homo societatis pars, hâc ratione fit eodem pacto perfectus, si non tantùm socium, sed & probum socium se præbeat. Quædam etenim in pluribus, non in uno: quædam in uno, non in pluribus cernuntur: quædam & in pluribus & in uno, ideóque in uno, quoniam & in pluribus. Nam harmonia, concentus, numerus, in pluribus cernuntur. quandoquidem horum nulla pars totum queat constituere. Jam visûs & auditûs præstantia, pedúmque velocitas in uno duntaxat existunt. At beatitudo & animi virtus & in uno, & in pluribus, & in toto, & in universo cernitur: Ideóque in uno, quoniam & in plu-

θὲν δύναιτο καὶ διαμένειν. καὶ γὰρ τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν φορὰν ποττὰν ἀρετὰν, αὐτὰ ἀμπέχει, τῷ καὶ φύσιας ἀγαθὰς γεννᾶσθαι κατ' αὐτὰν· καὶ ἤθεα δὲ καὶ ἐπιταδεύματα, καὶ νόμως ἦμεν τὼς ἀρίστως. ἔτι δὲ λόγως ὀρθογνώμονας, καὶ εὐσέβειαν δὲ καὶ ὁσιότατα ποτὶ τὰν τιμιότατα. ὥστε τῷ μέλλοντι εὐδαιμονάσειν, καὶ ὀρθόπλοον ἕξειν τὸν αὐτῶ βίον, εὐνομίας ὑπαρχοίσας, καὶ διαπερᾶσαι δεῖ καὶ διελθεῖν αὐτὸν, * εὐνομίαν καταλιπόντα. ἅμα δὲ καὶ ἀνάγκαν ἐπεμφέρει ὁ λόγος τοῖσιν ἔμπροσθεν εἰρημένοις. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, κοινωνίας μέρος ἐντί. καὶ σὺν τούτοις ὁλόκλαρος γίνεται καττὸν αὐτὸν λόγον, σὺν τῷ μὴ μόνον κοινωνὲν, ἀλλὰ καὶ καλῶς κοινωνὲν. ἃ μὲν γὰρ ἐν πλείοσιν, ἀλλ' οὐκ ἐν ἑνὶ πέφυκε γίγνεσθαι· ἃ δὲ ἐν ἑνὶ μὲν, οὐ μὰν ἔτι ἐν πλείοσιν· ἃ δὲ καὶ ἐν πλείοσι, καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἑνὶ, ὅτι καὶ ἐν πλείοσιν. ἁρμονία μὲν γὰρ καὶ συμφωνία καὶ ἀριθμὸς, ἐν πλείοσιν ἐγγίγνεσθαι πέφυκεν. οὐδὲν γὰρ αὔταρκες, ὃ τούτων τῶν μορίων ποιεῖ τὸ ὅλον. ὀξυακοΐα δὲ καὶ ὀξυδορκία, καὶ ποδῶν ὠκύτας, ἐν ἑνὶ μόνον. εὐδαιμονία δὲ καὶ ἀρετὰ ψυχῆς, καὶ ἐν ἑνὶ καὶ ἐν πλείοσι, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ, καὶ ἐν τῷ παντί. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ ἑνὶ, ὅτι καὶ ἐν πλείοσι· καὶ ἐν τοῖς πλείοσιν, ὅτι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ καὶ ἐν τῷ παντί. ἅτε γὰρ τὰς [illegible] ὅλας

* Pro εὐνομίαν sententia requirit ἀνομίαν. v. 7.

ὅλας φύσιος διακόσμασις, καὶ τὸ καθ' ἓν ἕκαστον διακεκόσμακε. [8] καὶ ἁ καθ' ἕκαστον δὲ διακόσμασις, τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ἐκπεπλάρωκε. τοῦτο [9] δὲ ἀκολουθεῖ διὰ τὸ τᾷ φύσει πρᾶτον ἦμεν τὸ ὅλον τῶ μέρεος, ἀλλ' οὐ τὸ μέρος τῶ ὅλω. αἴτε γὰρ μὴ ἦ ὁ κόσμος, οὐδ' ἂν ὁ ἅλιος ἦν, οὐδ' ἁ σελάνα, οὐδ' οἱ πλανᾶτες ἀστέρες, οὐδ' οἱ ἀπλανέες. ὄντος δέ γε τῶ κόσμω, καὶ τούτων ἕκαστόν ἐντι. ἴδοι δὲ καὶ τοῦτο ἄν τις, καὶ ἐπ' αὐτᾶς τᾶς τῶν ζώων φύσιος. αἴκα γὰρ μὴ ἦ ζῶον, οὐδ' ὀφθαλμὸς, οὐδ' ἂν στόμα, οὐδ' ἂν ἀκοά. ὄντος δὲ καὶ ζώω, καὶ τούτων ἕκαστόν ἐντι. ὡς δὲ ἔχει τὸ ὅλον ποτὶ τὸ μέρος, οὕτω καὶ ἁ τῶ ὅλω ἀρετὰ, ποτὶ τὰν τῶ μέρεος. μὴ ὑπαρχοίσας γὰρ ἁρμονίας, καὶ ἐπιψίος θήας περὶ τὸν κόσμον, οὐκ ἂν ἐδύνατο συνῆμεν ἔτι καλῶς ἔχοντα τὰ ἐγκεκοσμαμένα. μὴ ὑπαρχοίσας δ' εὐνομίας περὶ τὰς πόλιας, οὐκ ἂν δύναιτό τις ἀγαθὸς ἢ εὐδαίμων πολίτας ἦμεν. μὴ ὑπαρχοίσας δ' ὑγιείας περὶ τὸ ζῶον, οὐκ ἂν δύναιτο πoὺς ἢ χεὶρ σθεναρά τε καὶ ὑγιεινὰ ἦμεν. ἐστὶ γὰρ ἁ μὲν ἁρμονία, ἀρετὰ κόσμω· [10] ἁ δ' εὐδαιμονία, ἀρετὰ πόλιος· ἁ δ' ὑγίεια καὶ ἡ ἰσχὺς, ἀρετὰ σώματος· καὶ ἕκαστον δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς μερέων, συντέτακται ποτὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν. ὀ-

ribus: ideóque in pluribus, quoniam & in toto atque universo. Nam & naturæ totius constitutio singulas partes constituit: & singulorum constitutio totum atque universum absolvit. Id autem inde fit, quòd natura prius est parte totum, non pars toto. Si enim mundus non esset, nec sol, nec luna, nec vel fixæ vel errantes extarent stellæ. Postquam verò mundus est, horum quoque singula cernuntur. Atque hoc in ipsa quoque animalium natura perspicitur. Si enim animal non esset: nec oculus, nec os, nec auris appareret. Postquam autem est animal, hæc quoque singula cernuntur. Sicut porro totum ad partem, sic etiam totius virtus ad partis virtutem se habet. Siquidem absque harmonia divináque mundi cura non possent, quæ constituta sunt, in statu suo permanere: absque recta legum in civitate constitutione nullus vel bonus vel beatus posset esse civis: absque animalis sanitate non posset nec pes nec manus roboris & valetudinis esse particeps. Est enim ut mundi virtus, harmonia, ita civitatis, bona legum constitutio, & corporis, sanitas ac robur. Atque

8 καὶ ἁ καθ' ἕκαστον.] Corruptè prius, αὐ καθ' ἕκαστον.

9 τοῦτο δὲ.] Conjunctionem δὲ, pro δὴ, posuimus.

10 ἁ δ' εὐδαιμονία.] Legendum εὐνομία.

φθαλ-

singulæ totorum partes ad totum & universum referuntur. Nam & oculi totius corporis causâ cernunt, & reliquæ partes totius atque universi causâ constitutæ sunt.

φθαλμοί τε γὰρ ὁρῶνται, ὑπὲρ τῶ παντὸς σώματος· καὶ τἆλλα δὲ μόριά τε καὶ μέρεα, ὑπὲρ τῶ ὅλω καὶ τῶ παντὸς συντέτακται.

EX EURYPHÁMO Pythagoreo in libro De Vita.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ἘΥΡΥΦΆΜΟΥ τοῦ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ Βίου.

PERFECTA hominis vita quemadmodum Deo cedit, quoniam ipsa perfecta non est, ita brutis præstat, quoniam virtutis & beatitatis est particeps. Nam nec Deus externam causam requirit (cùm enim natura bonus ac beatus sit, per se perfectus est) nec brutum ullum. Etenim cùm ratione careant, actionum quoque carent scientiâ. At hominis natura partim sui est consilii, partim etiam divinum requirit auxilium. Quòd enim rationem capere, honesta turpiáque cognoscere, recta in cœlum à terra suspicere, deósque altissimos potest comprehendere: divinum quoque adeptus est auxilium. Rursum quòd voluntatem habet atque consilium, ac tale in se initium, quo possit & virtuti & vitio studere, deós-

Βίος ἀνθρώπω τελήϊος, θεῶ μὲν λείπεται, τῷ μὴ αὐτοτελὴς ἦμεν, ἀλόγων δὲ ζώων καθυπερέχει, τῷ ἀρετᾶς καὶ εὐδαιμοσύνας ἐπίμοιρος ἦμεν. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς τᾶς ἔξωθεν αἰτίας ποτιδεής ἐντι. (φύσει γὰρ ἀγαθὸς ἐὼν καὶ φύσει εὐδαίμων, ἐξ ἑαυτῶ τελήϊός ἐντι) οὔτε τῶν ἀλόγων ζώων οὐδέν. λόγω γὰρ ἄμοιρα ὄντα, καὶ τᾶς ἐς τὰς πράξιας ἐπιςάμας ἄμοιρά ἐντι. ἀνθρώπω δὲ φύσις, τὰ μὲν ἐκ τᾶς ἰδίας προαιρέσιος· τὰ δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶ θήω γινομένας ἐπικουρήσιος, ποτιδεής ἐντι. τῷ μὲν γὰρ λόγω τυπωτικὸς ἦμεν καὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν νοατικὸς, καὶ τῷ ὀρθῶς ἀπὸ γῆς ἀνακεκλίσθαι, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀποβλέπεν, καὶ θεῶν τῶν ἀνωτάτων νοατικὸς ἦμεν. ταῦτα δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶν θεῶν ἐπικουρήσιος τέτευχε. τῷ δὲ βούλησιν ἔχεν καὶ προαίρεσιν καὶ ἀρχὰν ἐν ἑαυτῷ τοιαύταν, καθ᾽ ἂν κύριος οὗτός ἐντι, καὶ ἀρετὰν ἐπιταδεῦσαι, καὶ κακίαν ζαλῶσαι· καὶ θεοῖς ὀπαδῆσαι, καὶ ἀπὸ θεῶν ἀπο-

ἀποτραπῆμεν· ταῦτα δὲ καὶ καθ' αὐτὸν κινέεσθαι δυνατός ἐντι. διὸ καὶ ψόγων καὶ ἐπαίνων, καὶ τιμᾶς καὶ ἀτιμίας, τὰ μὲν τᾶς ἐκ τῶν θεῶν, τὰ δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶν ἀνθρώπων τυγχάνοντί τοι, ἤτοι ἀρετὰν, ἢ κακίαν ζαλώσαντες. ἔχει γὰρ οὕτως ὁ σύμπας λόγος. τὸ θήϊον ἄνθρωπον, πολυτελέςατον ζῶον, ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν, ἀντίτιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος. διὸ καὶ ὀνόματα μὲν ἔθηκε τοῖς πράγμασι, χαρακτὴρ αὐτῶν γενόμενος, ἀνεύρετο δὲ καὶ γράμματα, θησαυροὺς τᾷ μνάμᾳ παρασκευασάμενος. ἐμιμάσατο δὲ καὶ τὰν τῶ παντὸς διακόσμασιν, δίκαις τὲ καὶ νόμοις κοινωνίαν πόλεων συναρμοξάμενος. οὐθὲν γὰρ οὕτω κοσμοπρεπὲς, καὶ θεῶν ἄξιον ἔργον ἀνθρώποις πέπρακται, ὡς πόλιος εὐνομουμένας συναρμογὰ, καὶ νόμων καὶ πολιτείας διακόσμασις. εἷς γὰρ ἕκαςος ἄνθρωπος αὐτὸς καθ' αὐτὸν οὐδεὶς ἐὼν, οὔτε ποττὸ ζῆν ἐν ὁμοφροσύνᾳ ξυνᾷ καὶ ξυναρμογᾷ πολιτείας, αὐτὸς καθ' αὐτὸν ἱκανὸς, γέγονε καὶ ποττὸ ὅλον καὶ τὸ τέληον σύςημα τῆς κοινωνίας [1] εὐάρμοσος. ἀνθρώπω γὰρ ὁ βίος λύρας ἐξακριβωμένας καὶ κατὰ πᾶν ἐπι-

que & colere & aversari: per se quoque moveri valet. Quapropter tum laudem & honorem, tum vituperium & ignominiam partim divino, partim humano facto consequuntur, sive virtuti sive vitio dederint operam. Sic namque se tota res habet. Hominem Deus, animal præstantissimum, & ut suæ naturæ respondens, ita Universi constitutionis oculum in mundo collocavit. Quamobrem hic & rebus imposuit nomina, quarum fuit signator: & literas invenit, memoriæ thesauro instructo: & Universi constitutionem imitatus, jure ac legibus urbium societatem concinnavit. Nullum enim factum nec mundo nec diis potest esse dignius, quàm civitatis bene constitutæ compositio, legúmque & reipublicæ constitutio. Cum enim unusquisque per se nullus esset, nec ad vitam in communi concordia, reique publicæ compositione degendam per se aptus, idem tamen & ad integram perfectámque societatis compagem constituendam fuit aptissimus. Etenim humana vita lyræ undique perfectæ & accuratæ similis est.

τελέος

1 Hujus loci sententiam non adsecutus est doctissimus Canterus. Vertit enim scribendo ἀνάρμοςος pro εὐάρμοςος. Siquidem unusquisque cum sit per se nullus, nec ad vitam in communi concordia, reique publicæ compositione degendam per se aptus est, & ad integram perfectamque societatis compagem constituendam ineptus. Lenissimo remedio hic usus sum, transponendo distinctionem. comma enim quod post γέγονε factum erat, ante illud ponendum. *M. Meibom.*

2 Per-

Sicut enim lyra omnis tria hæc requirit, apparatum, compositionem, & pulsum musicum (apparatum dico propriarum partium omnium copiam, ut chordarum, & ad pulsum ac sonum pertinentium instrumentorum: compositionem autem mutuam sonorum proportionem: pulsum denique horum pro compositione motum) sic etiam humana vita tribus his indiget. Apparatus quidem est vitæ partium justus numerus. sunt autem vitæ partes corporis bona, opes, amici, gloria. Compositio est horum secundum virtutem & leges constructio. Pulsus denique musicus est horum secundum eadem permistio, cùm secundo vento virtus fertur, neque adversi quicquam aliunde sentit. Non enim in eo, si ab instituto operum sponte sibi propositorum arceatur homo, verùm si illud assequatur, est posita beatitudo: neque tam ut satellitibus ac ministris virtus careat, quàm ut suis facultatibus ad res agendas affatim instruatur. Nam non ipse perfectus, sed imperfectus est homo. Fit autem

τελέος ἐάσας εἰκὼν ἐντι. λύρα τὲ γὰρ πᾶσα χρήζει τριῶν τούτων τυχέν· ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἐπαφᾶς τινος μωσικᾶς. ἐξάρτυσις μὲν ὦν ἐντὶ ἁ τῶν οἰκήων μερέων τῶ σώματος παρασκευὰ πάντων: λέγω δὲ τᾶν χορδᾶν, καὶ τῶν ὀργάνων τῶν ποτ' εὐφωνίαν καὶ πληγὴν ἐπισυνεργούντων. συναρμογὰ δὲ, ἁ ποτ' ἀλλήλως σύγκρασις τῶν φθόγγων. ἐπαφὰ δὲ μωσικὰ, ἁ κατὰ συναρμογὰν κίνασις ἤδη τούτων. οὕτως ὦν καὶ βίος ἀνθρώπων χρήζει τριῶν τούτων τυχέν. ἐξάρτυσις μὲν ἁ τῶν τῶ βίω μερέων ἐντὶ συμπλάρωσις. βίω δὲ μέρεα, τά τε σώματος ἀγαθὰ, καὶ τὰ τῶν χρημάτων, καὶ τὰ τᾶς δόξας, καὶ τὰ τῶν φίλων. συναρμογὰ δὲ ἁ κατ' ἀρετὰν καὶ νόμως τούτων σύνταξις. ἐπαφὰ δὲ μωσικὰ, ἁ κατ' ἀρετὰν καὶ νόμως τούτων σύγκρασις, ὀρθοπλοουμένας τᾶς ἀρετᾶς, καὶ μηθὲν ἔξωθεν ἀντιπίπτον ἐχοίσας αὐτῆ. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀπερύκεσθαι τᾶς [2] προθέσιος τῶν ἑκουσίων σκοπῶν πέπτωκε τὸ εὐδαιμονὲν, ἀλλ' ἐν τῷ κατατυγχάνεσθαι· οὐδ' ἐν τῷ ἀδορυφόρατον ἦμεν, καὶ ἀνυπηρέτατον τὰν ἀρετὰν· ἀλλ' ἐν τῷ συμπλαροῦσθαι ταῖς οἰκήαις δυνάμεσι ποτὶ τὰς πράξιας. οὐ γὰρ αὐτοτελὴς ἐντὶ ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀτελής. τέλῃος

δὲ

2 Perperam Canterus, τᾶς προθέσιας. Sensus loci, & verbum κατατυγχάνεσθαι editam lectionem defendunt. Vertit ille: Non enim in eo, si voluntario scopo excidant consilia, verùm si eum assequantur, est posita beatitudo. M. M.

δὲ γινόμενος, ἃ μὲν παρ' αὐτὸν, ἃ δὲ καὶ παρὰ τὰν ἔξωθεν αἰτίαν. καὶ τέληος, ἤτοι καττὰν φύσιν, ἢ καττὸν βίον. καὶ κατὰ μὲν τὰν φύσιν, αἴκα ἀγαθὸς γένηται. ἁ γὰρ ἑκάστω ἀρετὰ, ἀκρότας καὶ τελειότας ἐντὶ τᾶς ἑκάστω φύσιος. οἷον ἁ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν φύσις ἀκρότας καὶ [3] τελειότας τᾶς τῶν ὀφθαλμῶν· ἁ δὲ τῶν οὐάτων, τᾶς τῶν οὐάτων. οὕτω δὲ τῶ ἀνθρώπω ἁ ἀρετὰ, ἀκρότας ἐντὶ καὶ τελειότας τᾶς ἀνθρώπω φύσιος. τέληος δὲ καττὸν βίον, αἴκα εὐδαίμων γένηται. ἁ γὰρ εὐδαιμονία, τελειότας καὶ συμπλάρωσις ἐντὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν. διὸ πάλιν ἀρετὰ καὶ εὐτυχία, μέρεα γίγνονται τῶ ὑπ' αὐτῶ βίω. τᾶς μὲν ἀρετᾶς, ὡς ψυχᾶς κειμένας· τᾶς δ' εὐτυχίας, ὡς σώματος. τῶν δὲ συναμφοτέρων αὐτῶν ὡς ζώω. [4] τᾶς μὲν γὰρ χρέεσθαι καλῶς αὐτὸν ἐςι τοῖς κατὰ φύσιν ἀγαθοῖς· τῶ δὲ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρέχεν. καὶ χρέεσθαι μὲν ἀρετᾷ· χρᾶσιν δὲ παρέχεν εὐτυχίᾳ. καὶ ἃ μὲν τὰν προαίρεσιν καὶ τὸν λόγον ὀρθὸν παρέχεσθαι· ἃ δὲ τὰς ἐνεργείας καὶ τὰς πράξιας. τὸ μὲν γὰρ βουληθῆμεν τὰ καλὰ, καὶ ὑποςᾶμεν τὰ δεινὰ, τᾶς ἀρετᾶς οἰκῆον ἐντί· τὸ δ' ὀρθοπλοῆσαι, τᾶς [5] προαιρέσιος. καὶ ἐπὶ τέλος ἐλθεῖν τὰς πράξιας, τᾶς εὐτυχίας. ἐνίκασε γὰρ ὁ ςραταγὸς, καὶ σύν τᾷ ἀρε-

perfectus partim suâ, partim alienâ operâ: ídque vel naturâ, vel vitâ. Naturâ, si bonus evadat. virtus enim cujusque in cujusque rei natura supremum est & perfectio: tum oculorum, in oculorum natura supremum & perfectio: tum aurium in aurium: tum hominis, in hominis natura supremum & perfectio. Vitâ perfectus fit, si beatus evadat. Beatitudo enim humanorum bonorum summa, est & perfectio. Quo fit, ut rursum virtus & felicitas ejus vitæ partes existant, & virtus animæ, felicitas corporis, simul utrumque animalis vicem gerat. Ut enim illius est, naturæ bonis rectè uti, ita hujus usum suppeditare: & ut uti, virtutis, ita usum præbere, felicitatis. Illius est, consilium & rationem rectam: hujus, actiones & facta conferre. Nam ut honesta velle & ferre gravia, virtutis est proprium: ita consiliorum optatus eventus, & factorum finis in felicitate situs est. *Quemadmo-

3 ἀκρότας κὴ τελειότας] *Post* ὀφθαλμῶν, *addo* φύσιος.

4 Canterus perperam mutavit in τῷ μὲν, τῷ δὲ. Scribendum, ut hic editum. Illius enim (animæ) recte eam uti &c. hujus (corporis) autem sui usum præbere. *M. Meibom.*

5 Canterus, τὰς προαιρέσιας. Sed addita voce scribendum, τὸ δ' ὀρθοπλοῆσαι τὰς προαιρέσιας, τᾶς εὐτυχίας. quod & vertendo Canterus expressit. M. Meib.

dum etenim vincit imperator virtute & felicitate: feliciter gubernator navigat arte & vento secundo: rectè cernit oculus & videndi facultate & luce: ita præstantissima humana vita & virtute & felicitate redditur.

ἀρετᾷ, καὶ σὺν τᾷ εὐτυχίᾳ. καὶ εὐπλόησεν ὁ κυβερνάτας, καὶ σὺν τᾷ τέχνᾳ, καὶ σὺν τοῖς οὐρίοις πνεύμασιν. καὶ ἴδεν ὁ ὀφθαλμὸς καλῶς, καὶ σὺν τᾷ ὀξυδορκίᾳ, καὶ σὺν τῷ φάει. καὶ ἄριστος ὁ βίος ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ διὰ τὰν ἀρετὰν αὐτὰν, καὶ διὰ τὰν εὐτυχίαν.

EX HIPPARCHO Pythagoréo in libro De animi tranquillitate.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ἹΠΠΆΡΧΟΥ τοῦ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας.

CUM brevissimum sit humanæ vitæ tempus, cum æternitate collatum, pulcherrimam homines tanquam peregrinationem instituent, si in animi tranquillitate vivere statuerint. Id autem consequentur maximè, si seipsos diligenter cognoverint, qui mortales & carnei sint, injuriæ & interitui obnoxio præditi corpore, rebúsque omnibus gravissimis ad extremum usque halitum expositi. Ac primùm quidem ad ea, quæ corpori accidunt, veniamus. hæc sunt pleuritides, pulmonis morbi, phrenitides, podagræ, vesicæ morbi, dysenteriæ, veterni, comitiales, ulcera putrescentia, cætera infinita. At animo multò

Ὧς πρὸς τὸν ξύμπαντα αἰῶνα ἐξετάζοντι, βραχύτατον ἔχοντες τοὶ ἄνθρωποι τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, κάλλιστον ἐν τῷ βίῳ οἱονεί τινα παρεπιδημίαν ποιησοῦνται, ἐπ' εὐθυμίᾳ καταβιώσαντες. ταῦτα δὲ ἕξοντι μάλιστα πάντων ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, καὶ ἐπεγνωκότες ἑαυτοὺς, ὅτι ἐντὶ θνατοὶ καὶ σάρκινοι, εὐαδίκητον καὶ φθαρτὸν κεκταμένοι σῶμα, καὶ πάντων χαλεπωτάτων αὐτοῖς ἐπικρεμαμένων, μέχρις ἐσχάτας ἀναπνοᾶς. καὶ πρῶτόν γε [1] πενθῶμεν ἐπὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ τὸ σῶμα· πλευρίτιδες, περιπλευμονίαι, φρενίτιδες, ποδάγραι, στραγγουρίαι, δυσεντερίαι, ληθαργίαι, ἐπιληψίαι, σηπεδόνες, ἄλλα μυρία. περὶ

1 πενθῶμεν] Hujus loco placeret mihi verbum, προσέλθωμεν.

ἐπαρ-

περὶ δὲ τὰν ψυχὰν, πολλῷ μείζονα καὶ χαλεπώτερα. πάντα γὰρ τὰ κατὰ τὸν βίον ἄθεσμα, κακὰ, παράνομα, καὶ ἀσεβήματα, ἐκ τῶν κατὰ τὰν ψυχὰν παθημάτων ἐντί. διὰ γὰρ τὰς παρὰ φύσιν ἀμέτρους ἐπιθυμίας, πολλοὶ εἰς ἀκατασχέτους ὁρμὰς ἐξώκειλαν· καὶ οὔτε τᾶς ἐκ τῶν θυγατέρων, οὔτε τᾶς ἐκ τῶν ματέρων ἀνοσιωτάτας ἁδονᾶς ἀπέσχοντο· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πατροκτονίας παρεγένοντο, καὶ πολλοὶ τὰ ἴδια τέκνα κατέσφαξαν. τί δὲ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἐπηρτημένα [2] κατὰ τὰς ἐπομβρίας, καὶ αὐχμοὺς, ὑπερβολὰς καυμάτων, ὑπερβολὰς ψύξιος· ὥστε πολλάκις ἐκ τᾶς κατὰ τὸν ἀέρα ἀνωμαλίας, λοιμόν τε καὶ λιμὸν γίνεσθαι, καὶ ποικιλίαν παντοδαπῶν συμπτωμάτων, καὶ ὅλας πόλεις ἐρημοῦσθαι; πολλῶν ὧν τοιούτων ἐπικρεμαμένων, μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες, σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἵτινες ὀλίγῳ πυρετῷ ἐπιγενομένῳ, σὺν θεῷ τρόπῳ, συντόμως μαραίνονται· μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις, καὶ αὗται πολλάκις τάχιον ἀπόλλυσθαι ἢ γίνεσθαι πεφύκασι. πάντα γὰρ ταῦτα, ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια [3] εὗρε τὸν τρόπον, ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν. καὶ οὐδὲν αὐτῶν

μένον,

majora atque graviora contingunt. Quicquid enim sceleris, vitii, peccati, impietatis in hominum vita cernitur, ex animi perturbationibus ortum ducit. Etenim per immoderatas & à natura alienas cupiditates multi in effrenes impetus inciderunt, nec vel à filiabus vel à matribus turpissimam potuerunt cohibere libidinem. Quid quòd & parentes multi, & liberos proprios jugulârunt? Jam quid aliunde obvenientia referam mala, diluvia, siccitates, æstus & frigoris inclementiam, sic ut ex aëris inæqualitate nonnunquam pestis, fames, variique casus oriantur, ác totæ desolentur urbes? Quæ cùm impendeant multa, neque corporis bonis confisi, quæ vel unâ febriculâ statim corrumpuntur, nec externâ, quæ videtur, efferamur felicitate, cùm & hæc sæpe citiùs recedere soleat, quàm accedere. Hæc enim omnia incerta esse & instabilia, nec eorum quicquam firmum, perpetuum, aut immobile existere, multis & variis ex mutationibus cognovimus.

2 ἐπηρτημένα] Lego κακά, pro κατά. Sic Canterus. Forsan fuit: τί δὲ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἐπηρτημένα κακά, τάς. Quid autem longo sermone te censere pergam extrinsecus impendentia mala. M. Meibom.

3 εὗρε] An non rectius, εἶτα.

4 τομί-

vimus. Quapropter hæc animo reputantes, & bene nobiscum actum cogitantes, si ea, quæ præsto sunt nobisque data, vel minimum temporis durare possint; bono animo vivemus, fortiterque quæ acciderint feremus. Nunc verò permulti, quæcunque vel natura vel fortuna dedit, meliora cùm finxerunt, nec tam ea qualia sint, quàm qualia maximè cerni possint, æstimarunt, subitò privati, multis ac magnis turpibúsque malis animum deprimunt. quo fit, ut acerbissimè vivant ac miserrimè. Id autem vel in opum jactura, vel in amicorum aut liberorum morte, vel in aliarum rerum, quæ carissimæ ducuntur, amissione conspicitur. Tum verò flentes & ejulantes, infelicissimos ac miserrimos se solos prædicant: cum nec eodem se, quo alios multos, modo & habuisse & habere meminerint, nec tum sui, tum superioris temporis hominum vitam queant perspicere, quantis videlicet in calamitatibus & miseriarum cumulis & nunc agant, & olim permulti egerint. Quocirca si ex historia nobis tradita repe-

μένον, οὐδὲ ἀκίνητον, οὐδὲ βέβαιον, οὐδὲ ἀδιαίρετον. διὸ ταῦτα μὲν ἐνθυμηθέντες, νομίζοντες εἰ τὰ [4] παρεόντα καὶ δεδομένα, καὶ τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι δύναιτο, ἐν εὐθυμίᾳ διάξομεν γενναίως φέροντες τὰ προσπίπτοντα. νῦν δὲ πολλοὶ πάντα τὰ ὑπὸ φύσιος καὶ τύχας παρεόντα, καὶ δεδομένα αὐτοῖς ἐπὶ τὸ βέλτιον προαναπλάσαντες, καὶ οὐχ οἷά ἐστι λογισάμενοι, ἀλλ' οἷα ἐπ' ἄκρον ἐπιτυγχανόμενα δύναται γενέσθαι, ἄφνω στερόμενοι, πολλοῖς καὶ μεγάλοισι καὶ ἀθέσμοις καὶ ἀνοήτοις κακοῖς καταφορτίζοντι τὰν ψυχάν. καὶ οὕτω συμβαίνει αὐτοῖς πικρότατον ἔχεν τὸν βίον καὶ χαλεπώτατον. ταῦτα δὲ γίνεται, ἐπί τε ἀποβολαῖς χρημάτων, ἢ φίλων θανόντων, ἢ τέκνων, ἢ τινῶν ἄλλων τῶν νομιζομένων τιμιωτάτων ἦμεν. εἶτα κλαίοντες καὶ ὀδυρόμενοι, λέγοντι αὐτοὺς μόνους ἀτυχεστάτους καὶ κακοδαίμονας, οὐ μεμναμένοι ὅτι καττ' αὐτὰ καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐγένοντο, καὶ νῦν γίνονται· οὔτε δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων [5] βίον, καὶ τὸν τῶν προεξεστακότων, ἐν ὅσαις συμφοραῖς καὶ κακῶν τρικυμίαις, καὶ νῦν ἐντι πολλοὶ, καὶ πρὸ τοῦ ἐγένοντο. ἐπιλογισάμεναι οὖν, ὅτι πολλοὶ ἀποβαλόντες

χρή-

4 νομίζοντες εἰ τὰ] Fortassis δὲ particula addenda, νομίζοντες δὲ εἰ τά. ita Canterus. Aliquid deest. Legerem, νομίζοντες δὲ ὧ ἔχει, εἰ τὰ παρεόντα καὶ δεδομένα καὶ τὸν. quod in versione secutus sum. M. Meibom.

5 Ita Stobæi Wecheliana editio. & utraque H. Stephani. Librarii errore βίων legitur in editione Zuinggeri p. 464. M. Meibom.

6 μισαὶ

χρήματα, ὕστερον διὰ τὰν τῶν χρημάτων γενομέναν ἀπώλειαν, αὐτοὶ περιεσώθησαν, ἢ λῃσταῖς διὰ τοῦτο μέλλοντες περιπίπτειν, ἢ τυράννῳ· πολλοὶ δὲ φιλήσαντές τινας, καὶ καθ' ὑπερβολὴν εὐνοήσαντες, ἐν τῷ μετέπειτα χρόνῳ μεγάλως ἐμίσησαν· ἃ δὴ πάντα ἀναλογισάμενοι ἐκ τᾶς παραδεδομένας ἁμῖν ἱστορίας, καὶ μαθόντες ὅτι καὶ ὑπὸ τέκνων καὶ φίλων μάλιστα φιληθέντων, πολλοὶ ἀπώλοντο· καὶ ἀντιπαραβάλλοντες τὸν αὑτῶν βίον, πρὸς τὸν τῶν πρασσομέναν φαυλότερον, καὶ τὰ προσπίπτοντα ἀνθρώπινα νομίζοντες, καὶ μὴ μόνοις συμβαίνοντα, εὐθυμότερον διάξομεν. οὐδὲ γὰρ θέμις ἄνθρωπον ὄντα, τῶν ἀλλοτρίων συμπτώματα εὔφορα νομίζειν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴδια κάδεα, ἰδόντας ὅτι πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκαντι. οἱ δὲ κλαίοντες καὶ κατοδυρόμενοι, πρὸς τῷ μὴ δ' ἀντινοῦν ὠφέλειαν τῷ ἀπολλυμένῳ ἢ τῷ ἀποιχομένῳ πεφαίνεσθαι, ἐς μείζονα παθήματα τὰν ψυχὰν ἐλαύνοντι; [6] μεσὰν πολλῶν φαύλων φυσαμάτων οὖσαν. προσήκει ἄρ' ἐκνίπτοντας καὶ ἀνακαθαίροντας, ἀποῤῥύπτεσθαι πάσαις μηχαναῖς τὰς ἐγκατεσκιῤῥωμένας κηλῖδας, τῷ κατὰ φιλοσοφίαν λόγῳ. ποιήσομεν δὲ τοῦτο, ἀντεχόμενοι φρονάσιος καὶ σωφροσύνας, καὶ [7] μεταποιούμενοι τοῖς παρεοῦσι, καὶ μὴ πολλῶν ὀρεγόμενοι. οἱ γὰρ

ἄνθρω-

tamus, multos amissis opibus; eam ob jacturam ipsos postea salvos evasisse, cùm vel in latrones, vel in tyrannum eam ob rem potuissent incidere: multos quoque quos maximâ benevolentiâ prosecuti quondam fuerant, eos pòst maximè odisse: nec paucos à liberis & amicis carissimis fuisse interemtos: si etiam nostram vitam cum aliorum infeliciore conferamus, casúsque omnes humanos atque communes habeamus, vivemus tranquillius. Nec enim debet, qui homo sit, aliena mala, sed & sua ducere facilia, cum totam vitam multis videat ærumnis refertam. At qui flent & ejulant, prætérquam quòd nec rem amissam, nec mortui vitam recuperant, animum, multis pravis rebus inflatum, in majores perturbationes impellunt. Quamobrem debemus omnibus modis inveteratas maculas abluentes & repurgantes philosophicâ doctrinâ detergere. Id porro faciemus, cùm prudentiæ ac temperantiæ operam dabimus, & præsentem fortunam boni consulemus; ac plura non appetemus. Qui enim plurima coa-

6 μεσὰν scribendum esse pro μέσαν, haud difficulter colligitur. M. M.

7 καὶ μεταποιούμενοι.] An fortè καταρκούμενοι legendum.

8. μετὰ

cervant, nunquam se post hanc vitam nusquam victuros animadvertunt. id quod quia non continget, bonis, quæ præstò sunt, fruamur, & philosophicæ gravitatis operâ, turpium immodica cupiditate liberemur.

ἄνθρωποι τὰ πολλὰ παρασκευαζόμενοι, ὡς οὐκ ἔςι ζῆν μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, [8] ἔξεσι γενέσθαι, χρησώμεθα παρουσίᾳ τῶν ἀγαθῶν, ἐκ δὲ τᾶς φιλοσοφίας καλῶν καὶ σεμνῶν, καὶ τᾶς ἐκ τῶν φαύλων ἀπολυθησόμεθα ἀπληςίας.

8 μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον.] Deesse videntur hæc, οὐκ ἀναλογίζονται. ἐπεὶ ὧν τοῦτο οὐκ ἔξεσι, &c.

EX ARCHYTA

Pythagoreo in libro De bono viro & beato.

HOc igitur primum est intelligendum, virum quidem bonum non statim esse necessariò beatum, verùm beatum etiam bonum esse. Ut enim beatus laudationem & felicitatis prædicationem, ita bonus laudationem duntaxat meretur. Laudatio quidem virtuti, altera felicitati tribuitur. Jam vir bonus suis bonis talis redditur, beatus aliquando beatitate privatur. Virtutis enim facultas est libera: beatitatis non item. Nam & diuturni corporis morbi, & sensuum jacturæ, beatitatis vigorem tabefaciunt. Eo autem differt à viro bono Deus, quòd Deus

ἘΚ ΤΩ͂Ν ἈΡΧΎΤΟΥ

τοῦ Πυθαγορείου ἐν τῷ περὶ τῶ ἀγαθῶ ἀνδρὸς καὶ εὐδαίμονος.

ΠΡΩ͂ΤΟΝ μὲν ὦν χρὴ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ οὐκ εὐθέως εὐδαίμων ἐξ ἀνάγκας ἐςίν· ὁ δὲ εὐδαίμων καὶ ἀγαθὸς ἀνήρ ἐςιν. ὁ μὲν γὰρ εὐδαίμων ἐξ ἐπαινετῶ καὶ μακαριςῶ γίνεται· ὁ δὲ ἀγαθὸς ἀνὴρ ἐξ ἐπαινετῶ μόνον. γίνεται δὲ ὁ μὲν ἔπαινος ἐπ' ἀρετᾷ· ὁ δὲ μακαρισμὸς, ἐπ' εὐτυχίᾳ. καὶ ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτὸν ἀγαθοῖς γίνεται τοιοῦτος· ὁ δ' εὐδαίμων ἐςὶν ὄκ' ἀφαιρέεται τὰν εὐδαιμοσύναν. τᾶς μὲν γὰρ ἀρετᾶς ἀνυπεύθυνος ἁ δύναμις· τᾶς δ' εὐδαιμοσύνας εὐθυνομένα. νόσοι τε γὰρ μακραὶ σώματος, καὶ πηρώσιες αἰσθαταρίων ἀπομαραίνοντι τὰν εὐθάλειαν τᾶς εὐδαιμοσύνας. διαφέρει δὲ θεὸς ἀνθρώπω ἀγαθῶ, ὅτι θεὸς μὲν οὐ μόνον εἰλικρι-

νῆ καὶ διυλισμέναν ἔχει τὰν ἀρετὰν ἀπὸ παντὸς τῶ θνητῶ πάθεος· ἀλλὰ καὶ τὰν δύναμιν αὐτᾶς ἄτρυτον [1] πέπαται καὶ ἀνυπεύθυνον, ὡς πρὸς αἰωνίων ἔργων σεμνότατά τε καὶ μεγαλοπρέπειαν. ἄνθρωπος δ' οὐ μόνον τῷ θνατῷ τῆς φύσεως καταστάματι μήονα ταύταν πέπαται· ἔστι δ' ὄκκα καὶ δι' ἀγαθῶν [2] οὐ μετρίαν, καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν, καὶ διὰ φύσιν μοχθηρὰν, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας πολλὰς, ἀδυνατεῖ κατ' ἄκραν γεναθῆμεν παναλαθέος ἀγαθῶ.

non tantum sincerâ & omnis humanæ perturbationis experte virtute præditus est, verùm etiam ejus facultatem tranquillam & liberam pro æternorum factorum majestate ac magnificentia possidet: homo verò non tantùm per humanam naturam eâ minore fruitur, verùm sæpe vel per bonorum neglectum, vel per potentem consuetudinem, vel per pravam naturam, vel per alia multa non potest veri boni fastigium assequi.

Ἐπεὶ ὦν τῶν ἀγαθῶν ἃ μὲν αὐτὰ ἐντὶ διὰ ταυτὰ αἱρετὰ, οὐ μὰν δι' ἕτερον· ἃ δὲ δι' ἅτερον, οὐ μὰν διὰ ταυτά· ἦν ὦν καὶ τρίτον τι εἶδος ἅτερον ἀγαθῶν, ὃ καὶ διὰ ταυτὸν αἱρετόν ἐντι, καὶ δι' ἅτερον. τίνων ὦν ἐντὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν; ἅπερ αὐτὰ διὰ ταυτὰ αἱρετὰ πέφυκεν ἦμεν, οὐ μὰν δι' ἅτερον; φανερὸν ὅτι ἁ εὐδαιμοσύνα. ταύτας γὰρ ἕνεκα τὰ ἄλλα αἱρεόμεθα, αὐτὰν δὲ ταύταν οὐδενὸς ἁτέρω. τίνα δὲ πάλιν ἐντὶ, ἃ δι' ἅτερον μὲν αἱρεόμεθα, οὐ μὰν διὰ ταυτά γε; δᾶλον ὅτι τὰ ὠφέλιμα, καὶ τὰ [3] προαιρετικὰ τῶν ἀγαθῶν, ἅπερ

Quoniam igitur bona quædam propter se expetuntur, non propter aliud: quædam propter aliud, non propter se: tertium quoque bonorum quoddam genus est, quod & propter se, & propter aliud expetitur. Quæ igitur hæc sunt bona, quæ propter se, non propter aliud expetuntur? nimirum beatitudo. Ut enim hujus causâ reliqua, ita hanc nullius causâ ipsam expetimus. Quæ rursum sunt ea, quæ propter aliud, non propter se expetuntur? nempe utilia, & bonorum ef-

αἴτια

1 Hanc scripturam videtur stabilire Suidæ auctoritas, qui adfert, πέπαται, ἐκέκτηται. &, ἐπεπάμεθα, ἐκεκτήμεθα. sed forsan è corruptis codicibus. Hesychium potius sequendum puto, qui habet, πέπασαι. &, πέπασται &, πεπᾶσθαι. quam scripturam & vox πάμματα, confirmat & πολυπάμμων. Unde in eodem Hesychio scribendum πεπαμμένος, pro πεπαμένος. & in Suida ἐπεπάμμεθα pro ἐπεπάμεθα. & hoc loco Archytæ bis πέπασται pro πέπαται. nisi quis contendere velit πέπαται Doricè dictum fuisse pro πέπασται M. M.

2 δι' ἀγαθῶν οὐ μετρίαν.] Corruptus locus. Forte ἀμέλειαν, vel ἀμετρίαν.

3 προαιρετικά.] ποιητικὰ substituo. Ita Canterus. Sed proba est lectio, προαιρε-

scientia, quæ rerum expetendarum caussas in se continent: ut labores corporis, exercitia, frictiones, ob bonam valetudinem: lectiones autem, & meditationes ac studia, honestatis & virtutis caussa. Quæ denique & propter se & propter aliud expetenda dicuntur? virtutes, earúmque habitus, studia, actiones, & quicquid est cum virtute conjunctum. Atque id quidem, quod propter se, nec propter aliud expetitur, unicum est ac singulare bonum. quod autem & propter se & propter aliud, triplex est, ac vel ad animum, vel ad corpus, vel ad externa pertinet. Ad animum referuntur animi virtutes: ad corpus, corporis: externa sunt amicitiæ, gloria, honor, divitiæ. Similiter quod propter aliud expetitur, vel animi bonorum est efficiens, vel corporis, vel externorum, ut divitiarum, gloriæ, honoris, amicitiæ. Esse porro virtutem propter se expetendam, vel hinc patet. Cùm etenim corporis bona, quæ sunt naturâ minora, propter ipsa expetamus: animus autem præstet corpori: nimirum animi quoque bona propter ipsa, non

αἴτια γίνεται τῶν αἱρετῶν. οἷον πόνοι μὲν σώματος, καὶ γυμνάσια, καὶ τρίψιες, εὐεκτίας ἕνεκεν. ἀναγνώσιες δὲ, καὶ μελέται, καὶ ἐπιτηδεύσιες, καλῶν καὶ ἀρετᾶς. τίνα δὲ καὶ διὰ ταυτὰ αἱρετὰ, καὶ τὰ δι' ἅτερον; οἷον αἵτε ἀρεταὶ καὶ αἱ ἕξιες αὐτῶν, καὶ αἱ προαιρέσιες, καὶ αἱ πράξιες, καὶ πᾶν τὸ ἐχόμενον τᾶς τῶ καλῶ οὐσίας. τὸ μὲν ὦν διὰ ταυτὸ αἱρετὸν, οὐ μὰν δι' ἅτερον, μονῆρες ἀγαθόν ἐντι καὶ ἕν· τὸ δὲ καὶ δι' αὐτὸ καὶ δι' ἅτερον, τριχᾶ δέδασαι. τὸ μὲν γάρ τι αὐτῶ περὶ ψυχάν ἐστιν, τὸ δὲ περὶ σῶμα, τὸ δέ τι ἐκτός. περὶ ψυχὰν μὲν, αἱ τᾶς ψυχᾶς ἀρεταί· περὶ σῶμα δὲ, αἱ τῶ σώματος· ἐκτὸς δὲ, φίλοι, δόξα, τιμὰ, πλοῦτος. παραπλησίως δὲ, καὶ τὸ δι' ἅτερον αἱρετόν. τὸ μὲν γάρ τι αὐτῶ, τὰ ποιητικὰ τῶν τᾶς ψυχᾶς ἀγαθῶν. περὶ σῶμα δὲ, τὰ τῶ σώματος· ἐκτὸς δὲ, τὰ αἴτια πλούτω, καὶ δόξας, καὶ τιμᾶς, καὶ φιλίας. ὅτι δὲ τὰν ἀρετὰν † ἦμεν συμβέβακεν, αὐτὰν διὰ ταυτὰν αἱρετὰν, δῆλον καὶ ἐκ τῶνδε. εἰ γὰρ τὰ καταδεέστερα τᾷ φύσει, λέγω δὴ τὰ σώματος ἀγαθὰ, αὐτὰ διὰ ταυτὰ αἱρεόμεθα, κρέασσων δὲ ψυχὰ σώματος, φανερὸν ὅτι καὶ τὰ τᾶς ψυχᾶς ἀγαθὰ αὐτὰ διὰ ταυτὰ ἀγαπέομες, ἀλλ' οὐ

ποιητικὰ, quod vel è sequenti τῶν ... adparet. αἴτια μέν ἐστι εὐεξίας, ... ἰσχύς, ... ποιητικὰ δὲ, ... γυμνάσια, τρίψιες. Sine his illa obtineri nequeunt. Prius igitur hæc eligenda, ut illa obtineantur. M. Meibom.

4 ἦμεν.] Non ημῖν.

διὰ τὰ ἀποβαίνοντα ἀπ' αὐτῶν.

Τῶ δ' ἀνθρωπίνω βίω καιροὶ τρεῖς. ὁ μὲν ἐν εὐτυχίᾳ, ὁ δὲ ἐν ἀτυχίᾳ, ὁ δὲ μεταξὺ τούτων. ἐπεὶ ὦν ἀγαθὸς ἀνὴρ ὁ ἔχων ἀρετὰν, καὶ ὁ χρεόμενος ἀρετᾷ. χρᾶται δὲ αὐτᾷ κατὰ τὼς τρεῖς καιρώς. ἢ γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ, ἢ ἐν εὐτυχίᾳ, ἢ ἐν τοῖς μεταξὺ τούτων. καὶ ἐν ἀτυχίᾳ μὲν ἐντι κακοδαίμων, ἐν εὐτυχίᾳ εὐδαίμων, ἐν δὲ τᾷ μέσᾳ καταστάσει οὐκ εὐδαίμων. Φανερὸν ὦν ὅτι οὐδὲν ἅτερόν ἐστιν εὐδαιμοσύνα, ἀλλὰ χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ. λέγομες δὲ νῦν εὐδαιμοσύναν, τὰν τῶ ἀνθρώπω. ὁ δ' ἄνθρωπος οὐχ ἁ ψυχὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα· τὸ γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ζῶον, καὶ τὸ ἐκ τοιούτων ἄνθρωπος. καὶ γὰρ εἰ τᾶς ψυχᾶς ὄργανον τὸ σῶμα πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τῶ ἀνθρώπω μέρος καὶ τοῦτο, καὶ ἁ ψυχά. διὸ καὶ τῶν ἀγαθῶν, ἃ μέν ἐντι ἀνθρώπω, ἃ δὲ τῶν μερέων. καὶ ἀνθρώπω μὲν ἀγαθὸν εὐδαιμοσύνα· τῶν δὲ μερέων τῶ ἀνθρώπω, ψυχᾶς μὲν φρόνασις, ἀνδρεία, δικαιοσύνα, σωφροσύνα· σώματος δὲ, κάλλος, ὑγίεια, εὐεκτία, εὐαισθασία. τὰ δὲ ἐκτὸς, πλοῦτος, καὶ δόξα, καὶ τιμὰ, καὶ εὐγένεια, πέφυκεν ἐπιγένναμα ἦμεν τῶ ἀνθρώπω, καὶ ἀκόλουθα φύσει προϋφεστακόσιν ἀγαθοῖς. δορυφορεῖται τὰ μήονα τῶν ἀγαθῶν τὰ μέζονα. φιλία μὲν καὶ δόξα καὶ πλοῦτος, σῶμα

καὶ

propter eorum effectus expetemus.

Tria sunt humanæ vitæ tempora, unum felicitatis, alterum infelicitatis, tertium inter hæc medium. Quoniam igitur vir bonus est, qui virtute præditus est atque eâ utitur: utitur autem tribus temporibus, vel in felicitate videlicet, vel in infelicitate, vel in medio: & in felicitate quidem beatus est, in infelicitate miser: in medio autem non beatus: efficitur, nihil esse aliud beatitudinem, quàm virtutis in felicitate usum. Beatitudinem autem nunc hominis dicimus. homo porro non solùm anima, sed etiam corpus est. nam ex utroque animal, & hinc homo componitur. Etenim quamvis animæ sit corpus instrumentum, tamen & hoc pars hominis, ut & anima, ducitur. Quapropter etiam bona quædam sunt hominis, alia partium. Atque hominis quidem bonum est beatitudo: partium autem, animi quidem, prudentia, fortitudo, justitia, temperantia: corporis autem, pulcritudo, sanitas, bona valetudo, sensuum vigor. Jam externa, divitiæ, gloria, honor, & nobilitas, homini solent adnasci, ac naturâ præcedentium bonorum consequentia, majora bona stipant hæc minora: amicitia quidem, gloria, ac divitiæ, corpus &

animum: sanitas autem, robur, ac sensuum vigor, animum: prudentia, fortitudo, temperantia, atque justitia, mentem animi: mens denique Deum. hic enim præstantissimus ac princeps est: hujúsque causâ reliqua præstò sunt bona. Etenim exercitui præest imperator, nautis gubernator, mundo Deus, animo mens, vitæ hujus beatitati prudentia. Nihil enim est aliud prudentia, quàm hujus vitæ beatitatis, sive naturalium hominis bonorum scientia.

καὶ ψυχάν· ὑγίεια δὲ καὶ ἰσχὺς καὶ εὐαισθασία, ψυχάν· Φρόνασις δὲ καὶ ἀνδρία, καὶ σωφροσύνα, καὶ ἁ δικαιοσύνα, τὸν νόον τᾶς ψυχᾶς. ὁ δὲ νόος τὸν θεόν. οὗτος γὰρ ὁ κράτιστός ἐστι καὶ ὁ ἁγεμονεύων· καὶ τούτων ἕνεκα καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀγαθῶν [5] ἀεὶ παρῆμεν. στρατεύματος μὲν γὰρ ἁγεῖται στραταγὸς, πλωτήρων δὲ ὁ κυβερνάτης, τῶ δὲ κόσμω θεὸς, τᾶς ψυχᾶς δὲ νόος· τᾶς δὲ περὶ τὸν βίον εὐδαιμοσύνας, Φρόνασις. οὐθὲν γὰρ ἅτερόν ἐστι Φρόνασις, εἰ μὴ ἐπιστάμα τᾶς περὶ τὸν βίον εὐδαιμοσύνας, ἢ ἐπιστάμα τῶν κατὰ φύσιν ἀνθρώπω ἀγαθῶν.

Ac Dei quidem beatitas est & vita præstantissima propria: hominis autem, è scientia, virtute, ac tertia felicitate componitur. Scientiam dico tum deorum ac dæmonum sapientiam, tum hominum ac rerum ad vitam pertinentium prudentiam. quæ enim ratione ac demonstratione utuntur virtutes, eas appellari scientias est æquum. Virtutem verò moratum & optimum animi partis ratione carentis habitum, à quo nomen aliquod ad mores pertinens ducimus, & liberales, justi, temperantes dicimur. Felicitatem denique bonorum, citra rationis auxilium, copiam. Quoniam igitur vir-

Καὶ θεῶ μὲν εὐδαιμοσύνα καὶ βίος ἄριστος· τῶ δ' ἀνθρώπω ἐξ ἐπιστάμας καὶ ἀρετᾶς καὶ τρίτω εὐτυχίας, σωματούμενα παραγίνεται. λέγω δὲ ἐπιστάμαν, σοφίαν μὲν τῶν θήων καὶ δαιμονίων, Φρόνασιν δὲ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν περὶ τὸν βίον. τὰς γὰρ λόγοις καὶ ἀποδείξεσιν ποτιχρωμένας ἀρετὰς, δέον ἐπιστάμας ποταγορεύεν. Ἀρετὰν δὲ τὰν ἠθικὰν καὶ βελτίσταν ἕξιν τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς, καθ' ἃν καὶ ποιοί τινες ἦμεν λεγόμεθα κατὰ τὸ ἦθος, οἷον ἐλευθέριοι, δίκαιοι καὶ σώφρονες. εὐτυχίαν δὲ, τὰν παρὰ τὸν λόγον τῶν ἀγαθῶν παρουσίαν, καὶ μὴ δι' αὐτὸν γινομέναν. ἐπεὶ ὧν αἱ μὲν ἀρετὰ καὶ ἐπι-

[5] ἀεὶ παρῆμεν.] Rectiùs fortè, δεῖ παρῆμεν.

ἐπιστάμα ἐφ' ἁμῖν, ἁ δ' εὐτυχία οὐκ ἐφ' ἁμῖν· ἐν δὲ θεωρίαις καὶ πράξεσι τῶν καλῶν τὸ εὐδαιμονέν· αἱ δὲ θεωρίαι καὶ αἱ πράξιες ποτάντεις μὲν οὖσαι λειτουργίαν καὶ ἀνάγκαν ἐπιφέροντι· εὐοδοῦσαι δὲ διαγωγὰν καὶ εὐδαιμοσύναν· γίνεται δὲ ταῦτα ἐν εὐτυχίᾳ· φανερὸν ὅτι οὐδὲν ἄτερόν ἐντι εὐδαιμοσύνα, εἰ μὴ χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ. [6] Ὅτι ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ οὕτω διάκειται ποτ' εὐτυχίαν, ὥσπερ καὶ ὁ τῷ σώματι καλῶς ἔχων καὶ ῥωμαλέως. καὶ γὰρ ἐκεῖνος οἷός τε καὶ θάλπος καὶ ψύχος ὑπομένεν, καὶ βάρος ἆραι μέγα, καὶ πολλὰς ἀτέρας εὐχερῶς ὑπομένεν κακοπαθείας.

tus ac scientia nobis inest, felicitas non item: beatitudo autem in contemplandis & agendis rebus honestis versatur; hæ porro contemplationes & actiones cùm non rectè succedunt, ministerium & necessitatem; cùm rectè, delectationem & beatitudinem adferunt, ídque in felicitate cernitur: nihil esse beatitatem aliud, quam virtutis in felicitate usum, efficitur. Quo fit, ut non aliter vir bonus, quàm etiam qui corpore sano ac robusto est, in felicitate se gerat. Nam hic quoque & frigus atque æstum ferre, & magnum onus tollere, & alias multas ærumnas facilè potest ferre.

Ἐπεὶ ὦν εὐδαιμοσύνα χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ, περὶ ἀρετᾶς καὶ εὐτυχίας λέγωμες, καὶ πρῶτον περὶ εὐτυχίας. τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἃ μὲν οὐκ ἐπιδέχεται ὑπερβολάν, οἷον ἀρετά. οὐ γάρ ἐστιν ὑπερβάλλοισά τις ἀρετά, καὶ ὑπερβαλλόντως τὶς ἀγαθός. ἁ γὰρ ἀρετὰ στάθμαν ἔχει τὸ δέον, καὶ ἔστι τῶ δέοντος ἕξις ἐν τοῖς πρακτοῖς· ἁ δ' εὐτυχία καὶ τὰν ὑπερβολὰν ἐπιδέχεται, καὶ τὰν μήωσιν. ὑπερβάλλοισα δὲ γεννᾷ τινας κακίας, καὶ ἐξίστησι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τᾶς κατὰ φύσιν ἕξιος. ὥστε πολλάκις ἀντιβαίνεν καὶ τᾷ συστάσει τᾶς ἀρετᾶς. καὶ οὐ μόνον ἁ εὐτυχία, ἀλλὰ καὶ ἄτεραι

Posteaquam igitur beatitudo virtutis est in felicitate usus, de virtute & felicitate dicendum erit, ac primum de felicitate. Etenim quædam bona nimium non recipiunt, ut virtus. siquidem non est ulla virtus nimia, nec quisquam vir nimis bonus. virtus enim decorum pro norma habet, ac decori est in rebus agendis habitus. Felicitas autem & nimium recipit & parum. Nimia porro vitia quædam gignit, & hominem ab habitu naturali transversum rapit, sic ut virtuti quoque sæpe reluctetur. Nec tamen felicitas tantum, sed &

τεραι

6 ὅτι ὁ ἀγαθός.] ὅθεν ὁ ἀγαθός.

7 αἱ

aliæ causæ idem possunt efficere. Neque enim credendum est, cùm inter tibicines quidam reperiantur arrogantes, qui veritatis curâ relictâ, falsâ quâdam imaginatione captent imperitos, in virtute non idem cerni; verùm quanto res est dignior, tanto, qui eam sibi vindicent, plures existere. Multa sunt enim, quæ virtutis faciem, & veram affectionem pervertunt, vel insidiando ac vindicando, vel per naturæ perturbationes cognatas, aut longâ confirmatas consuetudine, vel per ætatem juvenilem aut senilem, vel per felicitatem aut infelicitatem, vel aliis modis pluribus. Quocirca mirandum non est, si cuncta nonnunquam, verâ affectione mutatâ, aliter eveniunt: quemadmodum & fabrum, qui optimus habeatur, sæpe inter operandum videmus peccare, & imperatorem, & gubernatorem; & pictorem, & omnes denique, quos tamen arte, quâ pollent, non privamus. Sed quemadmodum qui aliquando vel immodestè, vel injustè, vel timidè se gesserit, inter malos referendus non est: ita nec, qui quid in his rectè, inter bonos: verùm & illis casus,

τεραι αἰτίαι πλείονες. οὐδέποκα γὰρ δεῖ θαυμαίνεν, παρὰ μὲν αὐλητικὰν ἦμέν τινας ἀλαζόνας, οἳ τὰ ποτ' ἀλάθειαν ἐάσαντες, φαντασίᾳ τινὶ ψευδεῖ τὼς ἀμαθέας 7 ἀεὶ ῥέοντι· περὶ δὲ τὰν ἀρετὰν μὴ ἦμεν τὸ τοιοῦτο γένος. ἀλλ' ὅσῳ περ σεμνότερόν ἐστι, τοσούτῳ καὶ τὸ ποτιποιούμενον περὶ αὐτὰν πλέον ἦμεν γένος. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ διαστρέφοντα τὰς περὶ τὰν ἀρετὰν ἐπιφανείας, ὧν ἓν μέν ἐστι τὸ τῶν ἐπιβουλευόντων καὶ ποτιποιουμένων γένος. ἅτερα δὲ φυσικὰ πάθεα παρακολουθέοντα ἐνίοκα ποιέοντι ἐναντίαν ἐπιπρέπειαν τᾶς ἀληθινᾶς διαθέσιος· τινὰ δὲ καὶ δι' ἔθος συνεκτεθραμμένα ἐκ παλαιῶν χρόνων· οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ δι' ἁλικίας ἀβητικᾶς τε καὶ γεροντικᾶς, καὶ δι' εὐτυχίας ἢ καὶ ἀτυχίας· καὶ δι' ἁτέρως παμπληθέας τρόπως. ὥστε οὐδέποκα δεῖ θαυμαίνεν, εἰ πάντ' ἀντεστραμμένως ἐνίοκα κρίνεται, τᾶς ἀληθινᾶς διαθέσιος μεταπιπτοίσας. ὥσπερ καὶ τέκτονα τὸν ἄριστον ἦμεν δοκέοντα πολλὰ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις ἔργοις ὁρέομες ἁμαρτάνοντα· καὶ στραταγὸν, καὶ κυβερνάταν, καὶ γραφέα, καὶ πάντας ἁπλῶς. καὶ ὅμως οὐκ ἀποστερέομες τᾶς ὑπαρχοίσας ἕξιος. οὔτοι δὲ τὸν ἀκολασταίνοντα ἔν τισι καιροῖς, οὐδὲ τὸν ἀδικάσαντα, οὐδὲ τὸν ἀποδειλιάσαντα, ἐς τὼς κακὼς τακτέον ἄνδρας· οὐδὲ μὰν τὼς τούτων τι κατορθώσαν-

7 ἀεὶ ῥέοντι.] Lege ἀχρίοντι, vel ἀιῤέοντι.

τας ἐς τὼς ἀγαθώς· ἀλλὰ τοῖς τε φαύλοις τὸ τυχὸν ποτιδοτέον, τοῖς τε ἀγαθοῖς τὸ διαμαρτάνεν. ταν δὲ ἀλαθινὰν κρίσιν, ου ποθ' ἕνα καιρὸν ἀποβλέποντας, οὐδ' ἐπὶ χρόνου τὶ πλᾶθος, ἀλλ' ἐπὶ πάντα τὸν βίον. ὥσπερ δὲ τὸ σῶμα βλάπτει μὲν καὶ τὸ τᾶς ἐνδείας, καὶ τὸ τᾶς ὑπερβολᾶς εἶδος, ου μὰν ἀλλὰ νόσως τε μέζονας ἐμποιὲν πέφυκεν αἱ ὑπερβολαὶ, καὶ τὰ καλεόμενα περισσώματα· οὕτω καὶ ψυχὰν βλάπτει μὲν καὶ τὸ τᾶς εὐτυχίας, ἢ ἀτυχίας εἶδος, ἀκαίρως παραγενόμενον. ου μὰν ἀλλὰ νόσως τε καὶ μέζονας ποιὲν πέφυκεν αἱ λεγομένα παρὰ παντεσσιν εὐτυχία, ὥσπερ οἶνος καταμεθύσκουσα τοῖς ἀγαθοῖς τὰν διάνοιαν.

Ὅθεν δυα ἀτυχίαν ἐνεγκὲν ἐμμελῶς χαλεπώτερόν ἐστιν, ἀλλ' εὐτυχίαν. πάντες μὲν γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ μένοντες, ὡς ἐπὶ πολὺ μέτριοι καὶ κόσμιοι τὸ ἦθος ἦμεν φαίνονται· ἐν δ' εὐπραγίαις ἀνδρεῖοι, μεγαλέφρονες, μεγαλόψυχοι. δεινὰ γὰρ ἀτυχία συναγαγὲν καὶ καταρτῆσαι τὰν ψυχάν· ἁ δ' εὐπραγία τοὐναντίον ἐπᾶραι καὶ κενῶσαι. διὸ ποθεκτικοὶ μὲν ἅπαντες καὶ συνετοὶ τὸν τρόπον, ἀτυχέοντες· ἐπιθετικοὶ δὲ καὶ θαρσαλέοι τὸν τρόπον, εὐτυχέοντες. Ὅρος δέ ἐστιν εὐτυχίας, ἂν προέλοιτο ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ συνεργὸν αὐτῷ γενομέναν ποττὰς ἰδίας πράξιας· ὥσπερ καὶ μέγεθος ναῶ, καὶ μέγεθος παδαλίω, ᾧ καθικνεῖσθαι δύναται ὁ ἀγαθὸς κυβερνάτας μεγάλα πελάγεα διαπεραιούμενος, καὶ μεγάλαν

& his error tribuendus venit, verum autem judicium non ex uno tempore, vel aliquo temporis spatio, sed ex vita tota faciendum. Sicut porro corpori & quod nimium & quod parum est, nocet, tamen ut graviores morbos nimia procreent, & quæ dicuntur reliquiæ: sic animum quoque & felicitas & infelicitas nimia lædit, tamen ut graviores morbos felicitas, quæ dicitur, procreet, dum vini instar mentem bonis inebriat. Quamobrem non infelicitatem rectè, quàm felicitatem ferre difficilius est. Nam in infelicitate plerunque temperantes ac modesti: in felicitate animosi, vehementes, ac magnanimi cernimur. Valet enim animum ut infelicitas contrahere & componere, ita felicitas efferre & evacuare. Quo fit, ut cauti plerunque sint & prudentes, qui sunt infelices: qui felices, injurii & confidentes. Justa autem felicitas est, quantam vir bonus ad actiones suas exoptet: quemadmodum & navis atque clavi justa magnitudo ducitur, cujus operâ probus gubernator magnum transire mare, magnámque potest

ναυκλα-

navigationem perficere. At nimia felicitas non tam animo parére solet, quàm imperare. Ut enim lux nimia oculos, ita nimia felicitas animi mentem offendit. Ac de felicitate quidem hactenus.

ναυκλαρίαν στελλόμενος. αἱ δ' ὑπερβολαὶ τᾶς εὐτυχίας τοῖς ἀγαθοῖς, ἀυ κρατεῖσθαι πέφυκεν ὑπὸ τᾶς ψυχᾶς, ἀλλὰ κρατὲν αὐτᾶς. ὥσπερ γὰρ τὸ λαμπρὸν φάος μαραυγίαν περιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς· οὕτω καὶ ἁ ὑπερβάλλοισα εὐτυχία τῷ νόῳ τᾶς ψυχᾶς. καὶ περὶ μὲν ὦν εὐτυχίας ἅλις εἰρήσθω.

DE ANIMO, TANQUAM EFFICIENTE.

EX THEAGE Pythagoreo in libro De virtutibus.

ἘΚ ΤΩΝ ΘΕΆΓΟΥΣ τοῦ Πυθαγορείου ἐν τῷ περὶ ἀρετῶν.

ANIMI constitutio sic se habet, ut una sit ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas. Ratio cognitioni, ira robori, cupiditas appetitui præest. Cùm igitur hæc tria unà compage in unum rediguntur, tum virtus in animo gignitur & concordia: cùm per seditionem inter se divelluntur, vitium oritur atque discordia. Sunt autem virtuti hæc tria necessaria, ratio, facultas, & consilium. Jam ratione præditæ animi partis virtus est prudentia, quoniam judicii & contemplationis particeps est habitus: iracundiæ au-

ἜΧΕΙ δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως. τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐστι λογισμός, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δ' ἐπιθυμία. λογισμὸς μέν, ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος· θυμὸς δέ, ὁ κρατέων τῶ μένεος· ἐπιθυμία δέ, ἡ κρατεῦσα τῶ ἐπιθυματικῶ ἀδεῶς. ὅκα ὦν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μολῇ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογάν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ [1] ὁμόνοια ἐν τᾷ ψυχᾷ. ὅκα δὲ στασιάζοντα ἀπ' ἀλλάλων ἀπέσπασαι, τόκα δὲ γίνεται κακία, καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ. ἀνάγκα δ' ἀρετὰν τρία ταῦτα ἔχεν, λόγον, δύναμιν, καὶ προαίρεσιν. τῶ μὲν ὦν [2] λογικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ἀρετὰ ἁ φρόνασις· κριτικὰ γάρ ἐντι καὶ θεωρητικὰ ἕξις.

τῶ

1 ὁμόνοια.] Aliàs ὁμολογία. 2 λογικῶ μέρεος.] Gesnerus λογιστικῶ quoque legit.

3 ἕξιν]

τῶ δὲ θυμοειδέος, ἀνδρεία· ἕξις γάρ ἐντὶ ἀντερεισικὰ, καὶ ὑποστατικὰ τῶν δεινῶν. τῶ δ' ἐπιθυματικῶ, ἁ σωφροσύνα· μετριότας γάρ ἐντὶ καὶ κατοχά τις ἁδονῶν τῶν διὰ σώματος. ὅλας δὲ τᾶς ψυχᾶς ἁ δικαιοσύνα. Φαῦλοι μὲν γάρ τοὶ ἄνθρωποι γίνονται, ἢ διὰ κακίαν, ἢ δι' ἀκρατίαν, ἢ διὰ θηριότατα. ἀδικοῦντι δ' ἀλλάλως, ἢ διὰ κέρδος, ἢ δι' ἁδονὰν, ἢ διὰ φιλοτιμίαν. ἁ μὲν ὦν κακία τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ἐντὶ οἰκειοτέρα. προσέοικε γὰρ ἁ μὲν φρόνασις τᾷ τέχνᾳ· ἁ δὲ κακία, τᾷ κακοτεχνίᾳ [3] ἐξεῖν. μαχανάσιος γάρ [4] ποθεν εὑρίσκει τὸ ἄδικον. ἁ δ' ἀκρατία μᾶλλον τῶ ἐπιθυματικῶ. ἐν γὰρ τῷ κρατεῦν ἁδονᾶς, ἡ ἐγκράτεια· καὶ ἐν τῷ μὴ κρατεῦν, ἡ ἀκρατία. ἁ δὲ θηριότας, τῶ θυμοειδέος. ὅκα γὰρ τῇ ἐπιθυμίᾳ τὸ κακῶς ποιῆσαι χαρίζηταί τις, οὐχ' ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θηρίον, τὸ τοιόνδε ὀνυμάζεται θηριῶδες. ἀκόλουθα δὲ καὶ τὰ ἀποτελέσματα τῶν διαθέσιων τούτων, ὧν περ ἕνεκα [5] πράσσονται. ἁ μὲν γὰρ πλεονεξία, ἀπὸ κακίας· ἁ δὲ κακία, ἀπὸ τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς. καὶ ἁ μὲν φιλοτιμία, ἀπὸ τῶ θυμοειδέος· αὐτὰ δ' ἐν ὑπερβολᾷ γενομένα, γεννᾷ τὰν θηριότατα. πάλιν δὲ ἁ μὲν ἁδονὰ

ἐν

tem fortitudo, quandoquidem resistit, & gravia perfert hic habitus: cupiditatis verò temperantia, posteaquam corporis voluptatum quædam est moderatio: totius denique animi justitia. Improbi porro redduntur homines vel per malitiam, vel per incontinentiam, vel per feritatem: injustè autem agunt vel lucri, vel voluptatis, vel gloriæ causâ. Ac malitia quidem ad ratione pollentem animi partem refertur, quandoquidem ut prudentia cum arte, ita malitia cum prava confertur arte, quoniam ad injuriam dolos excogitat: incontinentia verò ad cupiditatem, posteaquam & in moderanda voluptate sita est continentia, & in non moderanda, incontinentia: feritas autem ad iracundiam. huic enim cùm quis maleficium non ut homo, sed ut fera gratificatur, ea dicitur feritas. Sunt quoque harum affectionum effectus & fines consequentes. Ut enim à malitia pendet avaritia, sic ad ratione pollentem animi partem refertur malitia. Similiter ut ad iracundiam pertinet ambitio, sic ipsa nimia reddita, feritatem gignit. Denique

3 ἐξεῖν.] Aliàs ἐξείη.

4 μαχανάσιος γάρ ποθεν εὑρίσκει.] Legere malim, μαχανάσιας γὰρ εὑρίσκει ποτὶ τὸ ἄδικον.

5 πράσσονται.] Gesnerus etiam πράσσοντι.

6 δικαιο-

voluptas ut cupiditatis eſt, ita nimiùm quæſita parit incontinentiam. Quare cùm de tot cauſis injuſte agamus, de totidem nimirum juſtè agemus. Nam & virtutis natura benefacit ac prodeſt, & vitium malefacit ac nocet. Et quoniam de animi partibus alia imperat, alia paret, virtutes autem in his ac vitia cernuntur, virtutes quoque partim imperantes, partim parentes, partim eſſe miſtas efficitur. Imperat quidem prudentia, parent autem fortitudo ac temperantia: miſta demum eſt juſtitia. Perturbationes porro ſunt virtutis materia, quandoquidem in his illa cernitur. Eſt autem aliud perturbationis genus cum voluntate conjunctum, aliud non eſt. conjunctum voluptas eſt; non conjunctum, dolor. Atque hæc & intendunt & remittunt civiles homines, dum reliquas animi partes cum rationis participe coaptant: id quod in eo poſitum eſt, ut nec propter nimium nec propter parum ſuas actiones prohibeatur mens perficere. Quod enim deterius eſt, præſtantioris cauſâ cœpit exiſtere: ut in mundo ſemper patiens pars propter eam, quæ ſemper movetur: in animalibus femina propter marem (hic enim ſeminat animum gignendo, illa duntaxat

ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, σφοδρότερον δὲ μαςευομένα, γεννᾷ ταν ἀκρατίαν. ὥςτ᾽ ἐπεὶ τὸ ἀδικεῦν γίνεται δι᾽ αἰτίας τοσαύτας, φανερὸν ὅτι τὸ δικαιοπραγὲν γίνεται διὰ τὰς ἴσας. φύσει γὰρ ἁ μὲν ἀρετὰ ἀγαθοποιὸς καὶ ὠφελητικά· ἁ δὲ κακία κακοποιὸς καὶ βλαπτικά. ἐπεὶ δὲ τῶν τᾶς ψυχᾶς μερέων, τὸ μὲν ἐντὶ ἀγεόμενον, τὸ δ᾽ ἑπόμενον· αἱ δ᾽ ἀρεταὶ, καὶ αἱ κακίαι περὶ ταῦτα καὶ ἐν τούτοις· φανερὸν ὅτι καὶ τᾶν ἀρετᾶν ταὶ μὲν ἐντὶ ἡγεμονικαὶ, ταὶ δ᾽ ἑπητικαὶ, ταὶ δὲ σύνθετοι ἐκ τούτων. ἀγεμονικαὶ μὲν, οἷον ἁ φρόνασις· ἑπητικαὶ δὲ, οἷον ἀνδρεία καὶ σωφροσύνα· σύνθετος δ᾽ ἐκ τούτων, οἷον ἁ [6] δικαιοσύνα. τὰ δὲ πάθεα, τᾶς ἀρετᾶς ὕλα. περὶ ταῦτα γὰρ καὶ ἐν τούτοις αἱ ἀρεταί. τῶν δὲ παθέων τὸ μὲν ἑκούσιον, τὸ δ᾽ ἀκούσιον. καὶ ἑκούσιον μὲν, ἁδονά· ἀκούσιον δὲ, λύπα. ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐπιτείνοντι καὶ ἀνιέντι τοὶ πολιτικοὶ συναρμόζοντες τὰ ἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. ταύτας δὲ συναρμογᾶς ὅρος, τὸ μήτε διὰ τὰν ἔνδειαν, μήτε διὰ τὰν ὑπερβολὰν ἀπείργεσθαι τὸν νόον τὸ ἴδιον ἔργον ἐπιτελέν. συντέτακται γὰρ τὸ χέριον ἕνεκα τῶ βελτίονος. ὡς ἐν μὲν τῷ κόσμῳ τὸ ἀειπαθὲς πᾶν μέρος, ἕνεκα τῶ ἀεικινάτω· ἐν δὲ τᾷ συζυγίᾳ τῶν ζώων, τὸ θῆλυ ἕνεκα τῶ ἄρρενος. τὸ μὲν γὰρ

6 δικαιοσύνα.] Geſneri codex alius, δικαιότας.

σπει-

σπείρει, τὰν ψυχὰν γεννῶν· τὸ δὲ μόνον τὰν ὕλαν παρέχεται τῷ γεννωμένῳ. ἐν δέ γε τᾷ ψυχᾷ τὸ ἄλογον τῶ λογικῶ. συντέτακται γὰρ καὶ ὁ θυμὸς, καὶ ἁ ἐπιθυμία, ποτὶ τὸ πρᾶτον μέρος τᾶς ψυχᾶς· τὸ μὲν ὥσπερ δορυφόρος τις καὶ σωματοφύλαξ, τὸ δ' ὡς οἰκονόμος καὶ οἰκουρὸς τῶν ἀναγκαίων. ὁ δὲ νόος ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς τῶ σώματος ἱδρυμένος, καὶ ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν, μαστεύεται τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν· καὶ τοῦτ' ἔργον ἐντὶ αὐτῷ κατὰ φύσιν, τὸ μαστευσάμενον, καὶ κτησάμενον, ἀκολουθῆσαι τοῖς βελτίοσιν αὐτοῦ, καὶ τιμιωτάτοις. ἀρχὰ γὰρ καὶ αἰτία καὶ κανὼν ἐντὶ τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας, ἁ τῶν θείων καὶ τιμιωτάτων ἐπίγνωσις.

materiam ei quod generatur suppeditat) in animo ratione carens pars propter rationis compotem. Nam & iracundia & cupiditas ad primam animi partem refertur, illa tanquam satelles & latro, hæc curatoris instar & custodis domestici. At mens in summo corporis vertice collocata, in pellucida undique specula eorum, quæ sunt, scientiam investigat, & hoc à natura opus habet, ut post investigationem & acquisitionem, melioribus ac præstantioribus utatur. Etenim rerum divinarum ac præstantissimarum cognitio, beatitudinis humanæ principium, causa, & norma est.

DE ACTIONIBUS ET HABITIBUS in Genere, tanquam de Materia & Forma.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΜΕΤΩ´ΠΟΥ τοῦ Πυθαγορείου ἐν τῷ περὶ ἀρετᾶς.

Ἀ'ΡΕΤΑ` ἐντὶ ἀνθρώπω τελειότας φύσιος ἀνθρώπω. ἕκαστον γὰρ τῶν ἐόντων, τέληον καὶ ἄκρον γίνεται, κατὰ τὰν οἰκήαν τᾶς ἀρετᾶς φύσιν. ἵππω τε γὰρ ἀρετὰ ἐντὶ, ἁ ἐς τὸ ἄ-

EX METOPO Pythagoreo, in libro De Virtute.

HOMINIS virtus est hominis naturæ perfectio. Etenim per propriam virtutis naturam perfectum quidque ac supremum redditur. Nam & equi virtus est ea, quæ natu-

ram equi ad supremum perducit, & in partibus singulis eodem se modo res habet. Nam & oculorum virtus est acris visus, idémque supremum in oculorum natura: & aurium virtus, acris auditus, idémque supremum in aurium natura: & pedum virtus, velocitas, eadémque supremum in pedum natura. Sunt autem virtuti hæc tria necessaria, ratio, facultas, & consilium. Ratio judicat & contemplatur: facultas resistit & moderatur: consilium amat & amplectitur. Jam judicare & contemplari, intelligentis animi partis est proprium: resistere & moderari, ratione carentis: amare & amplecti, utriusque, tam quæ ratione caret, quàm quæ eâ pollet. Cùm enim ex intelligentia & appetitu constet consilium, illa ad rationis compotem animi partem, hic ad expertem refertur. Jam virtutum omnium numerum, nec non virtutis ortum & constitutionem ex animi partibus licet cognoscere. Etenim animi partes primæ sunt duæ, altera compos rationis, expers altera. Illâ judicamus & contemplamur, hâc ferimur & appetimus. Hæ porro vel consen-

κρον ἄγοισα τὰν τῶ ἵππω φύσιν. καὶ ἐπὶ τῶν μερέων δὲ τῶν καθ' ἕκαστον, ὁ αὐτὸς λόγος. ὀμμάτων τε γὰρ ἀρετὰ, ὀξυδορκία· αὕτα δ' ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ὀφθαλμῶν φύσιος. καὶ οὐάτων ἀρετὰ, ὀξυακοΐα· αὕτα δ' ἀκρότας ἐντὶ τᾶς οὐάτων φύσιος. καὶ ποδῶν ἀρετὰ, ποδωκεία· καὶ αὕτα δὲ ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ποδῶν φύσεως. ἀνάγκα δ' ἀρετὰν πᾶσαν τρία ταῦτ' ἔχεν· λόγον καὶ δύναμιν καὶ προαίρεσιν. λόγον μὲν, ᾧ κρίνει καὶ θεωρεῖ· δύναμιν δὲ, ᾧ ἀντέχει καὶ κρατεῖ· προαίρεσιν δὲ, ᾧ στέργει καὶ ἀγαπᾷ. Τὸ μὲν ὦν κρίνεν καὶ θεωρὲν, ἐντὶ τῶ διανοατικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς· τὸ δ' ἀντέχεν καὶ κρατὲν, ἴδιον τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς [1] ψυχᾶς. συνέστακε γὰρ προαίρεσις ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος. ἁ μὲν ὦν διάνοια, ἀπὸ τῶ λογικῶ μέρεος ἐντὶ τᾶς ψυχᾶς· ἁ δὲ ὄρεξις ἀπὸ τῶ ἀλόγω. τὸ δὲ πλᾶθος τᾶν ἀρετᾶν ἁπασᾶν ἐκ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς κατίδοιτο ἄν τις. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰν γένεσιν, καὶ τὰν σύστασιν τᾶς ἀρετᾶς. ἐπὶ γὰρ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς δύο τὰ πρᾶτα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τὸ δ' ἄλογον. καὶ λογιστικὸν μὲν, ᾧ κρίνομες καὶ θεωρέομες· ἄλογον δὲ, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα. ταῦτα δὲ ἀλλάλοις ἢ συμφωνοῦντι, ἢ διαφωνοῦντι. αἱ δὲ μάχα καὶ δια-

1 μέρεος τᾶς ψυχᾶς.] Lacunam hic supplevimus: τὸ δὲ στέργειν καὶ ἀγαπᾶν ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῷ ἀλόγῳ, καὶ τῷ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς. Sic Canterus. qui non vidit pro ἀλόγῳ scribendum esse, λογιστικῷ. M. Meibom.

2 τὸ

διαφωνία γίνεται αὐτοῖς, δι' ὑπερβολὰν καὶ ἔλλειψιν. φανερὸν ὦν, ὄκκα μὲν τὸ λογιστικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς ἐγκρατῆ τῶ ἀλόγω, γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια· ὄκκα δὲ τὸ μὲν ἄγηται, τὸ δ' ἕπηται, καὶ ἀμφότερα συμφωνεῖ ἀλλάλοις, τὸ τηνικαῦτα ἀρετά. αἱ μὲν ὦν καρτερία καὶ ἐγκράτεια, γίνεται μετὰ λύπας· ἀλλ' ἁ μὲν καρτερία, ἐν τῷ ἀντέχεν πόνῳ· ἁ δ' ἐγκράτεια, ἐν τῷ ἀντέχεν ἁδονᾷ. ἁ δ' ἀκρατία καὶ μαλακία, ἐν τῷ μὴ ἀντέχεν, μηδὲ κρατέν. καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει φεύγεν τἀγαθὰ τὼς ἀνθρώπως διὰ λύπαν, ἀποβαλὲν δ' αὐτὰ, διὰ ἁδονάν. καὶ τοὶ ἔπαινοι δὲ καὶ ψόγοι, καὶ τὰ καλὰ πάντα τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον, γίνεται ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι τᾶς ψυχᾶς. καὶ καθόλω μὲν ἁ τὰς ἀρετᾶς σύστασις γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον. τὰ δὲ εἴδεα αὐτᾶς, καὶ τὰ μέρεα οὕτως ἄν τις ἀθρησάτω. ἐπεὶ γὰρ τᾶς ψυχᾶς δύο μέρεα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τὸ δὲ ἄλογον· [2] τὸ μὲν θυμοειδὲς, τὸ δ' ἐπιθυματικόν. καὶ τὸ μὲν λογιστικὸν ἐντὶ, ᾧ κρίνομες καὶ θεωρέομες· τὸ δ' ἄλογον, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα. καὶ τούτω τὸ μὲν οἷον ἀμυντικὸν, καὶ ὑπερμαχατικὸν ποττοὺς πλασίον, θυμοειδὲς ὀνυμάζεται· τὸ δ' οἷον ὀρεκτικὸν καὶ ποθητικὸν τᾶς οἰκήας

tiunt inter se, vel dissentiunt. quæ quidem pugna ac discordia propter nimium vel parum existit. Cùm igitur rationis compos pars moderatur expertem, tolerantia gignitur & continentia. cum altera imperat, paret altera, & inter se ambæ consentiunt, virtus nascitur. Ac tolerantia quidem & continentia cum dolore gignuntur, dum labori illa, voluptati hæc resistit. Incontinentia verò ac mollities nec resistit nec moderatur. Quo fit, ut bona propter dolorem fugiamus, propter voluptatem amittamus. Quid quòd laudationes, vituperia, cunctáque humana bona in his animi partibus cernuntur. Et hoc quidem pacto virtus in universum constituitur. Species autem ejus & partes hoc modo sunt considerandæ. Posteaquam duæ sunt animi partes, altera ratione prædita, carens ratione altera, quæ porro vel iracundia, vel cupiditas dicitur: & rationis compos quidem est, quâ judicamus & contemplamur: expers autem, quâ ferimur & appetimus: hujus porro quâ parte tanquam ulciscimur nos ac defendimus, vocatur iracundia: quâ propriam corporis constitutionem tanquam

2 τὸ μὲν θυμοειδὲς,] Manifestè hic desunt quædam sic supplenda: τὸ δὲ ἄλογον τὸ μὲν θυμοειδὲς, &c.

appetimus ac desideramus, cupiditas: efficitur, ex his animi partibus etiam virtutum numerum, discrimen, ac proprietatem pro portione consequi.

ἀδικήας τῶ σώματος συςάσιος, ἐπιθυματικόν· φανερὸν ὡς κατὰ λόγον τοῖς μέρεσι τούτοις τᾶς ψυχᾶς, καὶ τὸ πλᾶθος τᾶν ἀρετᾶν ἀκολούθακεν, καὶ ταὶ διαφοραὶ καὶ ἰδιότατες αὐτᾶν.

EX CLINIA Pythagoreo.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΚΛΕΙΝΊΟΥ τοῦ Πυθαγορείου.

ET omnis quidem virtus, ut initio definitum est, ratione, consilio, ac facultate perficitur: horum autem singula non virtutis partes, sed causæ sunt. Itaque qui intelligente atque cognoscente hujus parte valent, vehementes ac prudentes dicuntur: qui impetuosâ & appetente, utiles & commodi. Quoniam verò non sine causis exulceratis injustè solent agere, hæ autem tres sunt, intemperantia in corporis voluptatibus, avaritia in lucrando, ambitio in æqualibus antecellendis: sciendum est, his opponi posse & quæ metum, & quæ pudorem, & quæ cupiditatem pa-

ΠᾶΣΑ μὲν ὦν ἀρετὰ τελεοῦται, καθάπερ ἐν ἀρχᾷ διώρισαι, ἐκ λόγω καὶ προαιρέσεως, καὶ δυνάμεως. τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτὸ ἕκαςον, οὐκ ἀρετᾶς μέρος ἐντὶ, ἀλλ' αἴτιον ἀρετᾶς. ὅσοι μὲν ὦν ἔχοντι τὸ νοατικὸν καὶ γνωςικὸν μέρος αὐτᾶς, δεινοί τε καὶ συνετοὶ [1] ὀνυμαίνονται· ὅσοι δὲ τὸ [2] ἠθικόν τε καὶ προαιρετικὸν, χράσιμοί τε καὶ ἐπιεικέες. Ὁπόταν δὲ ἐκ τῶ τὰς αἰτίας [3] ἀναῤῥιπισθείσας ἦμεν, ἀδικὲν πέφυκεν ἄνθρωπος· αὗται δὲ τρεῖς τυγχάνοντι· φιλαδονία μὲν ἐν ταῖς ἀπολαύσεσι, ταῖς διὰ σώματος· πλεονεξία δὲ, ἐν τῷ κερδαίνεν· φιλοδοξία δὲ, ἐν τῷ καθυπερέχεν τε τῶν ἴσων τε καὶ ὁμοίων. δεῖ τοιγαροῦν γνωρίζεν, ὅτι τούτοις ἀντιτιθέμεναι οἷόν τέ ἐςιν, ἃ μὲν φόβον [4] παρασκευάζοντι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ δὲ αἰσχύναν, ἃ δὲ καὶ ἐπιθυμίαν. φόβον [5] μὲν δὴ

τῶν

1 ὀνυμαίνονται.] Corruptissimè prius legebatur, ἐ μαίνονται.

2 ἠθικόν τε.] Legere malo, ἱππικόν τε.

3 ἀναῤῥιπισθείσας ἦμεν. ἀδικεῖν πέφυκεν.] Gesnerus aliter habet, ἀναιρεῖν, δι' ἃς ἀδικεῖν πέφυκεν.

4 παρασκευάζοντα.] Gesnerus legit quoque ἃ μὲν παρασκευάζοντα.

5 φόβον μὲν δὴ τὸν νόμον.] Gesnerus aliter legit, διὰ τὸν νόμον. διὰ τὸν θεόν. διὰ τὸν λόγον.

6 ὁ μ.

τῶν νόμων, αἰσχύναν δὲ τῶν θεῶν, ἐπιθυμίαν δὲ τῶν λόγων. διδάσκεν ὧν δεῖ τὼς νέως ἐξ ἀρχᾶς τάν τε θεῶν τιμὰν, καὶ τὰν τῶν νόμων. ἐκ τῶνδε γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον, καὶ βίος, ὁσιότατός τε, καὶ εὐσεβείας μεθέξει [6] ἅμ' ὀρθοπλοιεῖ.

riant: metum propter legem; pudorem propter Deum, cupiditatem propter sermonem. Quocirca sunt initio juvenes & deorum & legum venerationem docendi. Ex his enim manifestum esse possit, omnem actionem humanam, adeoque ipsam vitam, sanctimoniæ pietatisque participatione, bono successu usuram.

6 ἅμ' ὀρθοπλοιεῖ.] Melius, αἶκ' ὀρθοπλοεῖ. Ita Canterus. Scribendum, ἁμῖν. Male hic verterat Canterus. M. Meibom.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΘΕΑ΄ΓΟΥΣ

τοῦ Πυθαγορείου ἐν τῷ περὶ ἀρετῶν.

EX THEAGE

Pythagoreo in libro De virtutibus.

ἈΡΧΑῚ τᾶς συμπάσας ἀρετᾶς, τρεῖς· γνῶσις, καὶ δύναμις, καὶ προαίρεσις. καὶ ἔστιν ἁ μὲν γνῶσις, ᾇ θεωρέομες καὶ κρίνομες τὰ πράγματα. ἁ δὲ δύναμις, οἷον ἀλκά τις τῶ σκάνεος, ᾇ ὑφιστάμεθα, καὶ ἐμμένομες τοῖς πράγμασιν. ἁ δὲ προαίρεσις, οἷον χεῖρες ψυχᾶς τινες, αἷς ὁρμῶμες καὶ ἀντιλαζύμεθα τῶν πραγμάτων. ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως. τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐστι λογισμὸς, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δ' ἐπιθυμία. λογισμὸς μὲν ὦν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος· θυμὸς δὲ, ὁ κρατέων τῶ μένεος· ἐπιθυμία δὲ, ἁ κρατοῖσα τῶ ἐπιθυματικῶ ἀδεῶς. ὅκα ὦν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μολῇ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογὰν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετά.

VIRTUTIS omnis causæ sunt tres, cognitio, facultas, & consilium. Cognitio est, quâ res contemplamur ac judicamus. facultas tanquam robur & causæ, quo ferimus, & in rebus permanemus. consilium instar manuum est animi, quibus ferimur, & res apprehendimus. Animi quoque constitutio sic se habet, ut una sit ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas. Ratio cognitioni, ira robori, cupiditas appetitui præest. Cum igitur hæc tria unâ compage in unum rediguntur, tum virtus

in animo gignitur & concordia: cùm per seditionem inter se divelluntur, vitium oritur atque discordia. Jam cùm ratio partes animi ratione carentes moderatur, tolerantia gignitur & continentia, dum labores illa, voluptates hæc moderatur: cùm ratione carentes moderantur rationem, mollities & incontinentia nascitur, dum labores illa fugit, à voluptatibus hæc vincitur. Cùm verò melior animi pars imperat ac præest, deterior paret ac sequitur, & inter se ambæ consentiunt, tum virtus & omne bonum per totum animum existit. Et cupiditas quidem cùm rationem sequitur, fit temperantia: cùm iracundia, fortitudo; cùm partes omnes, justitia. Hæc enim & vitia cuncta, & virtutes animi inter se discernit: & animi partium compagis quædam est constitutio, virtúsque perfecta & suprema. Ut enim in hac omnia sunt, ita sine hac reliqua non existunt animi bona. Quapropter & inter deos magnam vim habet, & inter homines, justitia. Totius enim atque universi tum inter hos tum inter illos communionem hæc virtus continet. ac Themis quidem apud superos, Di-

ἀρετά, καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ· ὅκα δὲ στασιάζοντα καὶ ἀπ' ἀλλάλων ἀπέσπασται, τόκα δὲ γίνεται κακία καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ. καὶ ὅκα μὲν ὁ λογισμὸς ἐπικρατέῃ τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς, τόκα δὲ γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια. καρτερία μὲν, ἐν τῇ κατοχῇ τῶν πόνων· ἐγκράτεια δὲ, ἐν τᾷ ἀποχᾷ τῶν ἁδέων. ὅκα δὲ τὰ ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ἐπικρατέῃ τῶ λογισμῶ, τόκα δὲ γίνεται μαλακία καὶ ἀκρατία. μαλακία μὲν ἐν τῷ φεύγεν τὼς πόνως, ἀκρατία δὲ ἐν τῷ νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἁδέων. ὅκα δὲ τὸ μὲν κρέσσον ἄρχῃ μέρος τᾶς ψυχᾶς, τὸ δὲ χέρηον ἄρχηται· καὶ τὸ μὲν ἁγῆται, τὸ δ' ἕπηται, ἀμφότερα δὲ συνευδοκῆται καὶ συνομολογῆται ἀλλάλοις, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ παναγαθία, περὶ ὅλαν τὰν ψυχάν. καὶ ὅκα μὲν τὸ ἐπιθυματικὸν ἕπηται μέρος τᾶς ψυχᾶς τῷ λογισμῷ, γίνεται σωφροσύνα· ὅκα δὲ τὸ θυμοειδὲς, ἀνδρειότας· ὅκα δὲ τὰ μέρεα πάντα, δικαιότας. αὕτα γάρ ἐντι ἁ διείργοισα τάς τε κακίας πάσας τᾶς ψυχᾶς, καὶ τὰς ἀρετὰς ἀπ' ἀλλάλων. καὶ ἐστιν ἁ δικαιότας, σύνταγμά τι τᾶς ἁρμογᾶς τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς, καὶ ἀρετὰ τελήα καὶ πανυπερτάτα. πάντα γὰρ ἐν ταύτᾳ. τὰ δ' ἄλλ' ἀγαθὰ τᾶς ψυχᾶς οὐκ ἄτερθε ταύτας· διόπερ καὶ ἐν θεοῖς μέγα κράτος ἔχει ἁ δικαιότας, καὶ ἐν ἀνθρώποις. τῶ γὰρ ὅλω καὶ τῶ παντὸς ἅδ' ἀρε-

τὰ συνέχει τὰν κοινωνίαν, καὶ τὰν ἐν θεοῖς καὶ τὰν ἐν ἀνθρώποις. θέμις γε ὦν [1] φημίζεται παρὰ τοῖς ὠρανίοις θεοῖς, δίκα δὲ, παρὰ τοῖς χθονίοις· νόμος δὲ, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. ταῦτα δ' ἐντὶ σημεῖα καὶ σύμβολα, τῶ τὰν δικαιότατα πανυπερτάταν ἀρετὰν ὑπάρχεν. ὄκα μὲν ὦν ἐν τῷ θεωρὲν καὶ κρίνεν γένηται ἁ ἀρετὰ, καλέεται φρόνασις. [2] ὄκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ ἀδέα, σωφροσύνα· ὄκα δ' ἐν τῷ κέρδεος ἀποσχέσθαι, καὶ βλάβας τᾶς εἰς τὸν πλασίον, δικαιότας. ἁ δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον αὐτᾶς σύνταξις, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον παράβασις, τῶ δέοντός ἐντι στοχασμὸς, καὶ τῶ μὴ δέοντος ἐκπίπτωσις. ἔστι δὲ τὸ μὲν δέον, ὃ δεῖ ἦμεν. τοῦτο δὲ οὐκ ἀφαιρέσιος, οὔτε προσθέσιος δέεται. αὐτὸ γάρ ἐστιν, ὃ δεῖ ἦμεν. τῶ δὲ μὴ δέοντος, εἴδεε δύο· τὸ μὲν ὑπερβολὰ, τὸ δὲ ἔλλειψις. καὶ ἁ μὲν ὑπερβολὰ, τὸ πλέον τῶ δέοντός ἐστιν· ἁ δ' ἔλλειψις, τὸ ἔλαττον. ἁ δ' ἀρετὰ, ἕξις τίς ἐντι τῶ δέοντος. διόπερ καὶ ἀκρότας, καὶ μεσότας εὐθέως ἐντί. οὕτω [3] γὰρ καὶ μεσότατες τυγχάνοντι καὶ ἀκρότατες. μεσότατες μὲν, ὅτι [4] ἐντὸς τᾶς ὑπερβολᾶς καὶ τᾶς ἐλλείψιος πίπτοντι· ἀκρότατες δὲ, ὅτι οὔτε προσθέσιος, οὔτ' ἀφαιρέσιος δέονται. αὐτὰ γὰρ ἐντὶ ταῦτα, ἃ δεῖ αὐτὰ ἦμεν. Ἐπει-

ce autem apud inferos; Lex verò inter homines prædicatur. Hæc porro, justitiam supremam esse virtutem indicant. Cùm etenim in judicando & contemplando posita virtus est, vocatur prudentia: cùm in gravibus ferendis, fortitudo: cùm in moderandis voluptatibus, temperantia: cùm in lucro & injuriâ non faciendis, justitia. Jam eandem vel secundum rectam rationem constitui, vel præter rectam rationem non constitui, decorum est, vel indecorum assequi. Est autem decorum, quod esse decet. Id quod nec addi quicquam nec demi postulat, quandoquidem ipsum, quod esse decet, est. Indecori verò species duæ sunt, nimium & parum. Illud plus, quàm decet, hoc minus habet. At virtus decori est habitus. quocirca statim quoque & supremum est & medium. Sic enim decora quoque & media sunt & suprema: media, quoniam inter nimium & parum constituta sunt: suprema, quoniam nec addi quicquam nec demi postulant, quandoquidem, quod esse decet, ipsa sunt.

1 φημίζεται.] Gesneri codex alius. φατίζεται.

2 ὄκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ ἀδέα.] Etiam hic subest lacuna, quam sic restituimus: ὄκα δ' ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ δεινὰ, ἀνδρεία· ὄκα δ' ἐν τῷ κατέχεν τὰ ἡδέα, σωφροσύνα, &c.

3 οὕτω γὰρ καὶ μεσότατες.] Videtur hic aliquid deesse, οὕτω μὲν γὰρ καὶ τὰ δέοντα καὶ μεσότατες, &c.

4 ἐντὸς] Non ἐκτός.

5 δυνα-

Quandoquidem morum virtus in perturbationibus versatur, ac supremæ perturbationes voluptas & dolor censentur: efficitur, in eo virtutem non esse positam, ut quis ex animo perturbationes, voluptatem ac dolorem, evellat, verùm ut aptè connectat. Etenim nec sanitas, quæ corporis facultatum quædam est bona temperatura, in eo ponitur, si frigus, calor, humor, & siccitas tollantur, verùm si permisceantur, cùm sit horum quasi quidam commensus: nec in Musica, si acutum & grave demantur, concentus oritur, verùm si hæc aptè permisceantur, tum & concentus existit, & vocum discordia tollitur. Similiter calore, frigore, humore, siccitate permistis, & sanitas oritur, & morbus perit. Neque aliter iracundiâ & cupiditate rectè compositis, & vitia cum perturbationibus eximuntur, & virtutes morésque existunt. Est autem morum virtutis maximè proprium, quod in rebus honestis est, consilium. Etenim ratione ac facultate etiam sine virtute uti licet, consilio non licet, quandoquidem moris dignitatem consilium indicat.

Ἐπειδὴ ἁ τῶ ἤθεος ἀρετὰ περὶ πάθεα, τῶν δὲ παθέων ἀδονὰ καὶ λύπα ὑπέρτατα, φανερὸν ὅτι οὐκ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς ἀδονὰν καὶ λύπαν, ἁ ἀρετὰ πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συναρμόσασθαι. οὐδὲ γὰρ ὑγίεια, εὐκρασία τὶς ἐοῦσα τῶν τῶ σώματος δυναμίων, ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξαρὸν πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συγκερασθῆναι. ἔντι γὰρ οἷον συμμετρία τὶς τούτων. οὐδ' ἐν τᾷ μωσικᾷ, ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ, τὸ σύμφωνον πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτά πως συναρμόξασθαι συναρμογὰν τῶ ὀξέος καὶ τῶ βαρέος, τὸ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνεται, τὸ δὲ διάφωνον ἐκκρούεται. συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θερμῶ καὶ τῶ ψυχρῶ, καὶ τῶ ὑγρῶ καὶ τῶ ξαρῶ, ἁ μὲν ὑγίεια γίνεται, ἁ δὲ νόσος ἀπόλλυται. συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θυμῶ καὶ τᾶς ἐπιθυμίας, ταὶ μὲν κακίαι καὶ τὰ πάθεα ἐξαιρέονται, ταὶ δ' ἀρεταὶ καὶ τὰ ἤθεα ἐγγίνονται. ἰδιαίτατον δὲ τᾶς τῶ ἤθεος ἀρετᾶς, ἁ προαίρεσις ἁ ἐν τοῖς καλοῖς. λόγῳ γὰρ καὶ δυνάμει συγχρέεσθαι [5] δυνατὸν, καὶ ἄνευ ἀρετᾶς· προαιρέσει δὲ οὐ δυνατόν. τὸ γὰρ ἀξίωμα τῶ ἤθεος ἁ προαίρεσις σαμαίνει. διὸ καὶ μετὰ τᾶς βίας μὲν ἐπικρατέων ὁ λογισμὸς θυμῷ καὶ ἐπιθυμίας, ἐγκράτειαν καὶ καρτερίαν

ρίαν

5 δυνατόν.] Sic malo, quàm δύνατη.

ρίαν ἐμποιεῖ· μετὰ βίας δὲ πάλιν ἐκβιασθεὶς αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἀλόγων, ἀκρατίαν καὶ μαλακίαν. αἱ δὲ τοιαῦται διαθέσιες τᾶς ψυχᾶς, ἡμιτελέες μὲν ἀρεταὶ, ἡμιτελέες δὲ κακίαι τυγχάνοντι. ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς, ὑγιαίνει· τὰ δ' ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς, νοσέει. καὶ καθὸ μὲν ἄρχεται καὶ ἄγεται ὁ θυμὸς, καὶ ἁ ἐπιθυμία ὑπὸ τῶ λόγον ἔχοντος μέρεος τᾶς ψυχᾶς, ἁ ἐγκράτεια καὶ ἁ καρτερία, ἀρεταὶ τυγχάνοντι. καθὸ δὲ μετὰ βίας, ἀλλ' οὐχ ἑκουσίως τοῦτο πράσσοντι, κακίαι τυγχάνοντι. δεῖ γὰρ τὰν ἀρετὰν μὴ μετὰ λύπας, ἀλλὰ μεθ' ἁδονᾶς τὰ δέοντα πράσσεν. πάλιν δὲ καθὸ μὲν ἐπικρατέει ὁ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία τῶ λογισμῶ, μαλακίαν καὶ ἀκρατίαν ἐπιφέροντα, κακίαι τινὲς τυγχάνοντι· καθὸ δὲ μετὰ λύπας χαρίζονται τοῖς πάθεσιν, εἰδότες ὅτι ἁμπλακίσκοντι, τῷ ὑγιὲς ἦμεν τὸ ὄμμα τᾶς ψυχᾶς. ταῦτα δὲ οὐ κακίαι [6] πλάνον. αὐτό γε τοῦτο φανερὸν, ὅτι ἑκουσίως δεῖ τὰν ἀρετὰν τὰ δέοντα πράσσεν. τὸ μὲν ἀκούσιον οὐκ ἄνευ λύπας, καὶ φόβω· τὸ δὲ ἑκούσιον, οὐκ ἄνευ ἁδονᾶς καὶ φιλοφροσύνας. ἅμα δὲ καὶ ὁ λόγος τᾶς διαιρέσιος ἐμπέσοι, καὶ παρείτω ταῦθ' οὕτως ἔχεν. ἁ μὲν γὰρ γνῶσις, καὶ ἁ ὅρασις τῶν πραγμάτων, τῶ λόγον ἔ-

Quapropter & per vim imperans iracundiæ & cupiditati ratio, continentiam ac tolerantiam parit: & per vim rursus à rationis expertibus pulsa, incontinentiam & mollitiem. Cæterùm tales animi affectiones & imperfectæ virtutes, & imperfecta sunt vitia. Ut enim est sana ratio, ita partes animi rationis expertes ægrotant. Et quatenus quidem à rationis compote animi parte ira & cupiditas reguntur, virtutes habentur continentia ac tolerantia: quatenus autem per vim hoc, non sponte fit, sunt vitia. debet enim virtus non cum dolore, sed cum voluptate officium facere. Quatenus rursum imperantes rationi ira & cupiditas mollitiem & incontinentiam procreant, vitia hæc sunt: quatenus verò cum dolore perturbationibus gratificantur, dum errorem suum, quoniam sanus est animi oculus, agnoscunt, non vitia, vel saltem non prorsus, habenda veniunt. Manifestum est igitur, sponte virtutem debere officium facere. Et cum voluntate quidem conjunctum quod est, non caret voluptate & hilaritate: quod autem non est, dolore & metu non caret. Quid quod simulátque inciderit di-

χοντος

6 πλάνον αὐτό γε τοῦτο.] Gesnerus πλάνον otiosum, ego corruptum existimo, & sic lego, πλὰν ἐκ αὐτό γε τοῦτο.

visio, hæc ita se habere comperientur. Etenim cognitio rerum & inspectio ratione præditæ est animi partis: facultas autem ratione carentis. siquidem nec laboribus resistere, nec voluptates moderari, ratione carentis proprium est animi partis. Consilium verò in utroque cernitur, & rationis compote, & experte animi parte. cùm enim ex intelligentia & appetitu constet, illa ad rationis compotem, hic ad expertem refertur. Qamobrem & virtus omnis in partibus animi componendis posita est, & voluntas atque consilium prorsus in virtute cernuntur.

χοντος μέρεος ἐντὶ τᾶς ψυχᾶς· ἁ δὲ δύναμις τῶ ἀλόγω. τὸ γὰρ ἀντέχεν μὴ δύνασθαι τῶν πόνων, ἐπικρατὲν δὲ τὰν ἁδονὰν, οἰκῆον ἐντὶ τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς. ἁ δὲ προαίρεσις, ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῷ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς, καὶ τῷ ἀλόγῳ. σύγκειται γὰρ ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος. ὧν ἁ μὲν διάνοια τῶ λόγον ἔχοντος ἐντί· ἁ δ' ὄρεξις τῶ ἀλόγω. διὸ καὶ ἀρετὰ πᾶσα ἐν συναρμογᾷ γίνεται τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς, καὶ ἑκούσιον δὲ καὶ τὸ προαιρετικὸν πάντως ἐν τᾷ ἀρετᾷ.

Et in universum quidem compositio quædam ratione carentium animi partium cum rationis compote, virtus est: cùm autem & voluptas & dolor decori norma reguntur, tum existit. Nihil enim est aliud vera virtus, quam decori habitus. Decorum autem est, quod esse decet: indecorum, quod non decet. Indecori verò species duæ sunt, nimium & parum. Illud plus, quàm decet, hoc minus habet. Decorum porro cùm sit, quod esse decet, & supremum sit & medium: supremum, quoniam nec addi quicquam nec demi postulat: medium, quoniam inter ni-

Καθόλου μὲν ὦν ἀρετὰ, συναρμογά τις ἐντὶ τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς, ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. γίνεται δὲ αὐτὰ, [7] τῷ καὶ τὰν ἁδονὰν καὶ τὰν λύπαν ὅρον ἐπιδέξασθαι τὸν τῶ δέοντος. οὐδὲν γὰρ ἅτερον ἀλαθινὰ ἀρετὰ, εἰ μὴ ἕξις τῶ δέοντος. αὐτὸ δὲ τὸ δέον ἐντὶ, ὅπως δεῖ ἦμεν· τὸ δὲ μὴ δέον, [8] ὅπως οὐ δεῖ ἦμεν. τῶ δὲ μὴ δέοντος εἴδεαι δύο· τὸ μὲν ὑπερβολὰ, τὸ δ' ἔλλειψις. καὶ ὑπερβολὰ μὲν ἐντὶ, τὸ πλέον τῶ δέοντος· ἔλλειψις δὲ, τὸ ἔλαττον τῶ δέοντος. τὸ δὲ δέον αὐτὸ ἐὸν, ὅπερ δεῖ ἦμεν, καὶ ἄκρον ἂν ὑπάρχοι καὶ μέσον. ἄκρον μὲν, ὅτι οὔτ' ἀφαιρέσιος, οὔτε προσθέσιος δέεται· μέσον δὲ, ὅτι μεταξὺ ἐντὶ τᾶς ὑπερβολᾶς, καὶ τᾶς

7 τῷ καὶ τάν.] Prius legebatur, τὸ χῆ τάν.

8 ὅπως] Aliàs, ὅπερ.

τᾶς ἐλλείψιος. ἔχει δὲ τὸ δέον καὶ μὴ δέον [9] εἰς ἄλλαλα οὕτως, ὥσπερ τὸ ἴσον καὶ ἄνισον, καὶ τὸ τεταγμένον καὶ ἄτακτον (ταῦτα δ' ἐντὶ ἀμφότερα, τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ ἄπειρον) καὶ διὰ τοῦτο τῶ ἀνίσω τὰ μέρεα, λέγεται ποτὶ τὸ μέσον, ἀλλ' οὐ ποτ' ἄλλαλα. ἀμβλεῖά τε γὰρ ὀνυμάζεται γωνία, ἁ μείζων ὀρθᾶς· ὀξεῖα δὲ, ἁ μείων ὀρθᾶς. καὶ μείζων μὲν εὐθεῖα, ἁ ὑπερέχοισα τὰν ἐκ τῶ κέντρω. καὶ μακροτέρα μὲν ἁμέρα ἰσαμερινᾶς. καὶ ταὶ νόσοι τε γίνονται τῶ σώματος, διὰ τὸ θερμότερον ἢ κρυμωδέστερον γίνεσθαι τὸ σῶμα. τὸ μὲν γὰρ θερμότερόν ἐντι, τὸ πλέον τῶ μετρίω· τὸ δὲ κρυμωδέστερον, ἔλασσον τούτω. ἔχει δέ γε καὶ ἁ ψυχὰ, καὶ τὰ περὶ αὐτὰν, τὰν διάθεσιν, καὶ τὰν ἀναλογίαν ταύταν. ἁ μὲν [10] ὦν θρασύτας ἐντὶ ὑπερβολὰ τῶ δέοντος, ἐν ὑποστάσει δεινῶν· ἁ δὲ δειλότας, ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. καὶ ἁ μὲν ἀσωτία, ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν δαπάνῃ χρημάτων· ἁ δ' ἀνελευθερία, ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. καὶ ἁ μὲν ὀργὰ, [11] ἐντὶ ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν ὁρμᾷ θυμῶ· ἁ δ' ἀναλγησία, ἔλλειψις τούτω. ὁ δ' αὐτὸς λόγος, καὶ ἐπὶ τᾶν ἄλλων διαθεσίων τᾶν ἀντικειμέναν. δεῖ δ' ἕξιν τῶ δέοντος ὑπάρχοισαν τὰν ἀρετὰν, καὶ μεσότατα τῶν παθέων, μήτ' ἀπαθέα, μήτ' ἐκπαθέα ἦμεν. ἁ μὲν γὰρ ἀπάθεια,

mium & parum constitutum est. Sic porro se decorum & indecorum inter se habent, ut æquale & inæquale, dispositum & confusum: quæ quidem utraque finitum & infinitum sunt. Jam inæqualis partes ad medium, non ad se invicem referuntur. Nam & obtusus dicitur angulus, qui recto major est, & acutus, qui minor, & major linea recta, quæ ductam è centro superat, & longior dies eo, quem dat æquinoctium. morbi quoque gignuntur, quoniam vel calidius vel frigidius redditum est corpus. siquidem quod calidius est, plus est mediocritate: quod frigidius, minus. Enimvero animus quoque cum suis hanc affectionem & proportionem habet. Ut enim audacia plus decoro habet in gravibus perferendis, ita minus ignavia. ut prodigalitas plus decoro habet in sumptuum factione, ita minus illiberalitas. ut ira plus decoro habet in iracundiæ impetu, ita stupiditas minus. Ac similis est aliarum affectionum oppositarum ratio. Debet autem virtus, cùm decori sit habitus, & perturbationum mediocritas, nec stupida esse, nec immodicè affici. Ut enim stu-

9 εἰς ἄλλαλα] Aliàs, ποτ' ἄλλαλα.

10 ἁ μὲν ὦν] Aliàs, ἁ μὲν γάρ.

11 σὺν

por immotum & languidum ad honeſtatem reddit animum, ita confuſum & imperitum immodica perturbatio. Quare ſic debet in virtute perturbatio, ut in pictura umbra atque linea, obiter elucere. Quod enim vivum ac tenerum & veritatem exprimens ducitur, id per hæc maximè, ſi boni ſunt colores efficitur. Animi quoque perturbationes naturalis virtutis impetu & inſtinctu animantur. Ut enim ex perturbationibus oritur virtus, ita rurſum orta cum ipſis conjungitur: quemadmodum ex gravi & acuto concentus, ex calido & frigido temperatura, ex gravi & levi æquilibrium. Non ſunt igitur ex animo tollendæ perturbationes, quandoquidem id non conducit, verùm cum ratione prædito per decorum & mediocritatem aptè componendæ.

θεῖα, ἀπαρόρμητον καὶ ἀνενθουσίαστον παρέχεται τὰν ψυχὰν ποτὶ τὸ καλόν· ἁ δ' ἐκπάθεια, συντεταραγμέναν καὶ ἀνεπιλόγιστον. δεῖ ὦν τὸ πάθος οὕτω παρεμφαίνεσθαι ἐν τᾷ ἀρετᾷ, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν καὶ τὰν γραμμὰν ἐπὶ τᾶς γραφᾶς. τὸ γὰρ ἔμψυχον καὶ τὸ ἁπαλὸν, καὶ τὸ μεμιμημένον τὰν ἀλάθειαν σὺν τᾷ χρηστότατι τῶν χρωμάτων, μάλιστα γίνεται διὰ τούτων. ἔμψυχα δὲ ἐκ παρορμήσεως καὶ ἐνθουσιασμοῦ ἀρετᾶς τᾶς κατὰ φύσιν τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς. γίνεται γὰρ ἐκ τῶν παθέων ἁ ἀρετά· καὶ γενναθεῖσα, πάλιν [11] σὺν αὐτοῖς συνίσαται. ὥσπερ καὶ τὸ καλῶς ἁρμοσμένον ἐκ τῶ ὀξέος καὶ βαρέος, καὶ τὸ εὔκρατον ἐκ τῶ θερμῶ καὶ ψυχρῶ, καὶ τὸ ἰσόρροπον ἐκ τῶ βαρέος καὶ κούφω. οὐκ ἀφελεῖν ὦν δεῖ τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς, οὔτε γὰρ ὠφέλιμον· ἀλλὰ συναρμόξασθαι ποτὶ τὸ [12] λόγον ἔχον τῶ δέοντος καὶ τῶ μετρίω.

11 σὺν αὐτοῖς συνίσαται.] Geſnerus aliàs, συναύξεται τύποις.

12 τὸ λόγον ἔχον τῶ δέοντος.] Videtur deeſſe, διὰ, vel μετὰ, hoc modo: τὸ λόγον ἔχον μετὰ τῶ δέοντος.

EX ARCHYTA Pythagoreo, in libro De morum doctrina.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ἈΡΧΎΤΟΥ τοῦ Πυθαγορείου ἐν τῷ περὶ τᾶς ἠθικᾶς παιδείας.

AIO virtutem ad miſeriam, vitium ad beatitudinem ſu-

ΦΑΜΙ τὰν ἀρετὰν ἦμεν ποττὸ μὴ κακοδαιμονὲν ἱκανὰν,

κακὰν, τὰν δὲ κακίαν ποττὸ μὴ εὐδαιμονὲν, αἴκα τὰς ἕξιας αὐτὰς κρίνομες. αἰεὶ μὲν γὰρ κακοδαιμονὲν ἀνάγκα τὸν κακὸν, αἴτε ἔχοι ὕλαν, κακῶς τε γὰρ αὐτᾷ χρέεται· αἴτε σπανίζοι· ὡς καὶ τὸν τυφλὸν, αἴτε φῶς ἔχει, καὶ λαμπρότατα ὁρατὰν, αἴτε ἐν σκότει διατελεῖ. οὐκ αἰεὶ δὲ εὐδαιμονὲν τὸν ἀγαθόν· οὐ γὰρ ἁ κτᾶσις τᾶς ἀρετᾶς εὐδαιμονία ἦν, ἀλλὰ χρᾶσις. καὶ γὰρ ὁ ἔχων τὰν ὄψιν, οὐχ ὁρᾷ αἰεί. αἰ γὰρ μὴ ἔχοι φῶς, οὐκ ὄψεται. δύο δ' ὁδοὶ τέμνονται ἐν βίῳ· ἁ μὲν σκυθρωποτέρα, ἂν ὁ τλάμων ἐβάδιζεν ὀδυσσεύς· ἁ δὲ εὐδιεινοτέρα, τὰν ἐπορεύετο νέστωρ. τὰν ὦν ἀρετάν φαμι δηλῆσθαι μὲν ταύταν, δύνασθαι δὲ καὶ τήναν. ἀλλὰ τὰν εὐδαιμονίαν [1] καρύσσει ἁ φύσις βίον εὐκταῖον, καὶ εὐσταθέα, διὰ τὸ γνώμας τελεσθῆναι. ὥστε ἃ μὴ δηλῆταί τις [2] παριόντας, οὐκ εὐδαίμων μὲν, οὐ μὴν πάντως κακοδαίμων. Μὴ ὦν ἄνοσον καὶ ἀνάλγητον [3] τολμώντων τὸν ἀγαθὸν εἰπεῖν, μηδὲ ἄλυπον θρασυνέσθωσαν λέγεν. ὡς γὰρ σώματι ἀλγεινά τινα ἀπολείπομεν, οὕτῳ καὶ ψυχαῖς ἐπώδυνα. ἀλλ' αἱ μὲν ἀφρόνων λύπαι ἀλόγιστοι πέλονται· αἱ δὲ φρονίμων ἐς ὅσον ὁ [4] λόγος ἐπιτρέ-

giendam, si habitus ipsos inspiciamus, sufficere. Semper enim virum malum esse miserum necesse est, sive materiam habeat, quoniam eâ malè utitur, sive non habeat: quemadmodum & cæcum, sive lucem atque splendorem habeat, sive in tenebris degat, cæcum esse necesse est. At bonum non semper beatum esse necessarium est, quandoquidem non in possessione virtutis, verùm in usu beatitudo cernitur. Nam neque qui visu præditus est, videt semper. si enim luce careat, nihil videbit. Ac duæ secantur in vita viæ: altera difficilior, quâ patiens incessit Ulysses: altera commodior, quam Nestor tenuit. Virtutem igitur aio & hanc expetere, & illam posse. Sed beatitudinem natura vitam optabilem atque firmam, quoniam consilia perficiantur, prædicat. Quapropter qui, quæ non desiderat, omittit, ut beatus non est, ita nec planè est miser. Ne igitur morbis ac doloribus bonum virum carere audeant dicere. Quemadmodum enim corpori, sic & animo quædam, quæ dolorem pariant, relinquimus. Veruntamen stultorum dolores ratione carent; prudentum non ulterius quàm

1 καρύσσει ἁ.] Mendosè, καρύσσεια. Nisi quis, χαράσσει ἁ, mallit.
2 παριόντα.] Sic legere malo, quàm παριόντας.
3 τολμώντων.] Non τολμῶντι.
4 ὁ λόγος.] Mendosè, ἀλόγως. Gesnero emendante.

5 ἱερο-

ratio, res definiens, permittat, procedunt. Quid quod ipſorum de ſtupore gloriatio virtutis generoſitatem tollit, ſi rebus medii generis & non malis morti, dolori, & paupertati ſe opponat. Facilè etenim, quæ mala non ſunt, vincuntur. Quocirca mediocritatem perturbationum ſectari debemus, ſiquidem & ſtuporem æquè atque immodicam perturbationem fugimus, neque ſupra naturam noſtram loquimur.

πιτρέπει [5] ὁρίσδων τὰ πράγματα. ἀλλὰ μὰν καὶ τὸ καύχαμα αὐτῶν τᾶς ἀπαθείας, ἐκλύει τᾶς ἀρετᾶς τὸ γενναῖον, αἴκα ἐν [6] διαφόροις καὶ μὴ κακοῖς θανάτῳ τε καὶ ἀλγηδόνι καὶ πενίᾳ ἀντιβαβάκῃ. εὐκαταγώνιστα γὰρ τὰ μὴ κακά. ἀσκητέον ὦν ποττὰν μετριοπαθίαν ἴεμεν, ὡς τότε ἀνάλγητον ἐς ἶσον τῷ ἐκπαθεῖ φεύγομες, [7] μήτε μέζον φύσιος τᾶς ἁμετέρας φθεγγόμεθα.

5 ὁρίσδων.] Depravatè, ὁρισάσδων.
6 ἀδιαφόροις.] Malè, διαφόροις.
7 μήτε.] Non μηδέ.

EX EODEM ARCHYTA in libro De bono viro & beato.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ Ἀρχύτου, ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς καὶ εὐδαίμονος.

AIO virum bonum eum eſſe, qui rebus ac temporibus magnis rectè utatur. qui quidem & felicitatem rectè poſſit, & infelicitatem ferre: ac tum rebus bonis dignum ſe fortunâ præbeat, tum rebus mutatis rectè, quod evenit, ferat: qui denique qualicunque tempore rectè pro re nata ſe gerat, nec ſeſe ſolum, ſed & alios ipſi fidentes ac rerum ſocios ita componat.

ΦΑΜΙ δὴ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα τοῦτον ἦμεν, τὸν πράγμασι μεγάλοις καὶ καιροῖς καλῶς χρεόμενον. οὗτος δέ κε εἴη ὁ εὐτυχίαν τε δυνάμενος καλῶς φέρεν, καὶ πάλιν ἀτυχίαν. καὶ ὁ ἔν τε τοῖς καλοῖς καὶ τιμίοις ἄξιος γενόμενος τῶν ὑποκειμένων, καὶ μεταβαλοίσας τᾶς τύχας εὖ τὸ παρὸν ἐκδεχόμενος. εἰ δὲ συντόμως τε καὶ κεφαλαιωδῶς δεῖ φράσαι, ὁ ἐν πάντεσσι τοῖς καιροῖς καλῶς ἀγωνιζόμενος ἐκ τῶν ἐνδεχομένων· καὶ μὴ μόνον αὖ ἑωυτὸν οὕτως διατιθείς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμπιστεύσαντας αὐτῷ καὶ συναγωνισαμένους.

DE HABITIBUS IN SPECIE.

DE PRUDENTIA.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΚΡΊΤΩΝΟΣ

τοῦ Πυθαγορείου ἐν τῷ περὶ Φρονάσιος καὶ εὐτυχίας.

ΦΡΌΝΑΣΙΣ καὶ εὐτυχία ὧδε ἔχοντι πότ' ἄλλαλα. φρόνασις μὲν, τὸ ῥητὸν καὶ λόγον ἔχον. τεταγμένον γάρ τι καὶ ὡρισμένον ἐντί. εὐτυχία δὲ, τὸ ἄῤῥητον καὶ τὸ ἄλογον. ἄτακτον γάρ τι καὶ ἀόριϛον ἐντί. καὶ τὸ μὲν ἀρχᾷ καὶ δυνάμει πρᾶτον, τὸ δὲ ἀρχᾷ καὶ δυνάμει ὕϛερον. τὸ μὲν γὰρ κυβερνῆν καὶ ὁρίζεν πέφυκε· τὸ δὲ κυβερνῆσθαι καὶ ὁρίζεσθαι. λαμβάνοντι μάντοι γε συναρμογὰν ἀμφότερα, φρονάσιος καὶ εὐτυχίας ἐς ταυτὸ συνδραμοίσας. αἰεὶ γὰρ δεῖ, τὰν μὲν ῥητὰν καὶ λόγον ἔχοισαν φύσιν, ἔχεν ὃ περανεῖ τε καὶ συντάξει· τὰν δ' ἄῤῥητον καὶ ἄλογον, ἔχεν ὑφ' ὧ περασθήσεταί τε καὶ συνταχθήσεται. ἔχει γὰρ οὕτως ὁ λόγος κατὰ πάντων, ὅ, τε τᾶς ἀπείρου φύσιος καὶ τᾶς περαινοίσας. τὰ μὲν γὰρ ἄπειρα, φύσιν ἔχει περαίνεσθαί τε καὶ συντετάχθαι ὑπὸ τῶν λόγον ἐχόντων αἰεὶ καὶ φρόνασιν· ὕλας γὰρ καὶ οὐσίας ἔχοντι τάξιν. τὰ δὲ περαίνοντα, ἐξ αὐτέων συντετάχθαι

EX CRITONE

Pythagoreo, in libro De prudentia & felicitate.

PRUDENTIA & felicitas sic se habent altera ad alteram, ut prudentia rationis ac sermonis sit particeps, quandoquidem compositum quiddam ac definitum est: felicitas in rationem ac sermonem non cadat, quandoquidem & confusum & infinitum quiddam est. Illa initio ac facultate prior, hæc posterior est. Nam ut illa gubernare ac definire, ita gubernari hæc atque definiri solet. Veruntamen componitur utrunque, cum prudentia & felicitas eodem concurrunt. Semper etenim rationis ac sermonis particeps natura habere debet, quod definiat atque componat: rationis & sermonis expers, à quo definiatur atque componatur, habere. Sic enim & infinitæ & finientis naturæ ratio per omnia se habet, ut, quæ quidem infinita sint, ab iis, quæ rationem & prudentiam habent, naturâ finiantur & componantur, quandoquidem materiæ naturæque locum tenent: quæ autem fi-

niunt, à sese compositionem ac finem nacta sint, quandoquidem artis & efficientis causæ vicem gerunt.

Harum porro naturarum in variis rebus facta compositio, magnam & variam peperit compositorum differentiam. In Universo primum utriusque naturæ compositio, tum quæ semper movet, tum quæ semper patitur, mundus est. Nec enim aliter Universum subsistere potuisset, nisi & creatum cum divino, & quod semper patitur cum eo, quod semper movet, fuisset compositum. In homine verò partis animi ratione carentis cum rationis compote compositio fit virtus. Nequit enim hic, dissentientibus inter se partibus utrisque, virtus existere. Similiter in urbe principum cum subjectis compositio, potentiam parit & concordiam. Ut enim imperium, potioris, ita obtemperatio deterioris, potentia & concordia est utriusque propria. Jam eadem in Universo & in familia compositionis ratio, ignorationes atque doctrinas, eodem cum ratione concurrentes, nec non dolores ac voluptates, felicitates & infelicitates componit. Requirit enim vita tum

τάχθαι τὲ καὶ ὡρίσθαι. τέχνας γὰρ καὶ αἰτίας ἐνεργατικᾶς ἐπέχοντι τάξιν.

Ἁ δὲ συναρμογὰ ταύταν τᾶν φυσίων κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα γινομένα, μεγάλαν καὶ ποικίλαν πεποίηκε τὰν διαφορὰν τῶν συναρμοσμένων. ἔν τε γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ συναρμογὰ συναμφοτέρων τᾶν φυσίων, τᾶς τε ἀεικινάτω φύσιος, καὶ τᾶς ἀειπαθέος, κόσμος ἐντί. ἄλλως γὰρ ὀυκ ἐνεδέχετο σώζεσθαι τό, τε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, μὴ συναρμογὰν ἔχοντος τῶ γεννατῶ ποτὶ τὸ θεῖον, καὶ τῶ ἀειπαθέος ποτὶ τὸ ἀεικίνατον. ἔν τε τῷ ἀνθρώπῳ ἁ συναρμογὰ τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον, ἀρετά. οὔτε γὰρ ἐν τούτοις ἐνδέχεται ςάσιος ἐούσας ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν, ἀποτελεσθῆναι ἀρετάν. καὶ ἐν πόλει δὲ, τῶν μὲν ἀρχομένων ποτὶ τὼς ἄρχοντας, ἀποτελεῖ κράτος, καὶ ὁμόνοιαν. τὸ μὲν γὰρ ἄρχεν, ἴδιον τῶ κρέσσονος· τὸ δ' ἄρχεσθαι ῥᾷον τῶ χείρονος· τὸ δὲ κρατὲν καὶ ὁμονοὲν, κοινὸν ἀμφοτέρων. ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐφ' ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῶ οἴκω συναρμογᾶς συντίθεταί τε καὶ [1] συντίθησιν [2] ἐπωδὰς καὶ παιδείας, ποτὶ λόγον ἐς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας. καὶ λύπας δὲ, καὶ ἁδονὰς, καὶ ἐυτυχίας, καὶ [3] ἀτυχήματα. χρήζει γὰρ ὁ βίος τυγχά-

1 συντίθησιν] Aliàs, συντάσσεται.
2 ἐπωδάς.] Fortè ἀμαθίας, nisi aliud subsit mysterium.

3 ἀτυχήματα.] Gesnerus etiam, ἀτυχίας.

4 lego

τυγχάνεν καὶ ἀνέσιος, καὶ ἐπιτάσιος, καὶ σκυθρωπότατος, καὶ διαχύσιος· καὶ εὐτυχίας δὲ καὶ ἀτυχίας. ἃ μὲν γὰρ συνέχεν καὶ συνάγεν δύναται τὸν νόον, ἐς τὰν εὐμαχανίαν, καὶ ἐς τὰν φρόνασιν· ἃ δ' ἄμπαυσιν καὶ διάχυσιν παρεχόμενα, καινότερον καὶ εὔψυχον αὐτὸν παρασκευάζοντι ποτὶ τὰς πράξιας. εἰ δὲ ἓν τούτων ἐνδυναστεύοι κατὰ τὸν βίον, ἑτερομερής τε καὶ ἑτεροκλινὴς γίνεται ὁ βίος, ὄκα μὲν ἐπὶ τὸ σκυθρωπόν τε καὶ χαλεπὸν καταφερόμενος, ὄκα δὲ ἐπὶ τὸ ἀνειμένον καὶ κοῦφον. ἁ δὲ συναρμογὰ τούτων ἁπάντων ὀφείλει γίγνεσθαι ποτὶ τὰν φρόνασιν. αὐτὰ γὰρ ἁ [4] διενεργοῦσα ἐντὶ, τό τε ἄπειρον καὶ τὸ περαῖνον ἐν ταῖς πράξεσι. διόπερ καὶ τᾶν ἄλλαν ἀρετᾶν αὔτ' ἂν ἁγεμών ἐντι καὶ μάτηρ. πᾶσαι γὰρ ποτὶ τὸν λόγον καὶ νόμον τὸν ταύτας συναρμοσμέναι τε καὶ συντεταγμέναι τυγχάνοντι. περαίνεται [5] δὴ ὁ λόγος ἤδη μοι κατ' εὐθεῖαν. τὸ γὰρ ἄλογον καὶ τὸ ῥητὸν ἐν πᾶσιν ἐντί. καὶ τὸ μὲν ὁρίζει καὶ περαίνει, τὸ δ' ὁρίζεται καὶ περαίνεται. τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν συγκείμενον, ἅ, τε τῶ ὅλω καὶ τῶ παντὸς συναρμογά ἐντι.

intensionem & remissionem, tum difficultatem & oblectationem, tum felicitatem & infelicitatem. Alia enim ad industriam & prudentiam valent mentem cogere & contrahere: alia requie ac delectatione exhibitis, recentiorem eandem & ad actiones alacrem præstant. Quòd si quid horum in vita excellat, alterius fit partis ac declivis vita, vel ad asperitatem ac difficultatem, vel ad remissionem & facilitatem vergens. Cæterùm horum omnium compositio secundum prudentiam debet institui. Hæc enim finitum & infinitum in actionibus constituit. Quapropter etiam reliquarum virtutum mater hæc atque dux est. siquidem ad hujus rationem & legem cunctæ sunt compositæ. Et jam nobis oratio simul finitur. Quod enim ratione caret, quódque in sermonem cadit, in omnibus cernitur. Illud finitur, hoc finit. Quod autem ex utroque constituitur, totius est atque universi compositio.

4 lego αὐτὰ γὰρ ἁδὴ ἐνεργεῦσα.

5 περαίνεται δὴ.] Aliàs, δὲ.

EX ARCHYTA

Pythagoréo in libro De bono viro & beato.

VIR prudens ita fit maximè. Naturam primum, quæ ingenio, memoriâ, ac labore valeat, nactus, in ratiocinationibus ac disciplinis & accuratis contemplationibus à puero, rectam sectatus philosophiam, se exerceat. Deinde deorum, legum, ac vivendi generum experientiam sibi comparet. In duabus enim his rebus prudentia ponitur, ut quis & habitu sit disciplinæ atque cognitionis participe, & multas res partim ipse tractarit ac viderit, partim alio quovis modo perspectas habeat. Etenim nec qui in ratiocinationibus ac disciplinis & accuratis contemplationibus à puero se exercuit, nec qui his destitutus, in auditionibus multis ac rebus versatus est, aptus est ad prudentiam. Sed ut hic in singulis judicandis, ita ille in toto semper considerando mentem excæcavit. Quemadmodum enim in rationibus, qui partes composuit, ex iis totum supputat: ita in rebus, ratio totius rei constitutionem delineare, experientia de singulis judicare potest.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ἈΡΧΎΤΟΥ

τοῦ Πυθαγορείου ἐν τῷ περὶ τῶ ἀγαθῶ ἀνδρὸς καὶ εὐδαίμονος.

ΦΡΌΝΙΜΟΣ ἀνὴρ οὕτως ἂν μάλιϛα γένοιτο. φύσιος πρᾶτον εὐσόχω τε καὶ μναμονικᾶς, καὶ φιλοπόνω τυχὼν, ἐν λογισμοῖς τε καὶ μαθημάτεσι, καὶ ταῖς ποτ' ἀκρίβειαν θεωρίαις εὐθὺς ἐκ νέων γυμνάσαιτο τὰν διάνοιαν φιλοσοφίας ἁπτόμενος ὀρθᾶς. μετὰ δὲ ταύτας, θεῶν τε καὶ νόμων καὶ βίων ἀνθρωπίνων ἐμπειρίαν λάβῃ. δύο γάρ ἐντι ἐξ ὧν τῶ φρονίμω διάθεσις παραγίνεται, ὧν τὸ μέν ἐντι ἕξιν μαθηματικάν τε καὶ γνωϛικὰν λαβέν· τὸ δὲ θεωρήματα καὶ πράγματα πολλὰ ἐπελθόντα μὲν καὶ αὐτὸν ἰδόντα, τὰ δὲ καὶ δι' ἑτέρω τινὸς τρόπω κατανοήσαντα. οὔτε γὰρ ὁ ἐν λογισμοῖς καὶ μαθημάτεσι, καὶ ταῖς ποτ' ἀκρίβειαν θεωρίαις εὐθὺς ἐκ νέων γυμνάσας τὰν διάνοιαν, ἱκανός ἐντι ποτὶ φρόνασιν· οὔθ' ὁ τούτων μὲν ἀπολειφθεὶς, ἐν ἀκροαμάτεσι δὲ πολλοῖς καὶ πραγμάτεσιν ἀναϛρεφθείς. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τῷ καθέκαϛα κρίνεν, τυφλὸς ἐγένετο τὰν διάνοιαν· ὁ δ' ἐν τῷ καθόλω θεωρὲν ἀεί. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν λογισμῶν τὰ μέρεα συντιθεὶς τὸ ὅλον ἐξ αὐτῶν λογίζεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων δύναται ὁ μὲν λόγος τὰν καθόλω θεωρίαν ὑπογράφεν· ἁ δ' ἐμπειρία, καθ' ἕκαϛα κρίνεν.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂

ἐν τῷ περὶ τῶν μαθημάτων.

ΔΕῙ γὰρ ἢ μαθόντα παρ' ἄλλου, ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα ὧν ἐπιςάμων ἦσθα, ἐπιςάμονα γενέσθαι. τὸ μὲν ὦν μαθεῖν παρ' ἄλλου καὶ ἀλλότριον· τὸ δὲ ἐξευρὲν αὐτὸν δι' αὐτοῦ καὶ ἴδιον. ἐξευρὲν δὲ μὴν ζητοῦντα εὔπορον καὶ ῥᾴδιον· μὴ ἐπιςάμονα δὲ ζητεῖν, ἀδύνατον. ςάσιν μὲν ἔπαυσεν, ὁμόνοιαν δὲ αὔξησεν, λογισμὸς εὑρεθείς. πλεονεξία τε γὰρ οὐκ ἔςι, τούτου γενομένου, καὶ ἰσότας ἐςίν. τούτῳ γὰρ περὶ τῶν συναλλαγμάτων διαλλασσόμεθα. διὰ τοῦτον ὦν οἱ πένητες λαμβάνοντι παρὰ τῶν δυναμένων· οἵ τε πλούσιοι διδόντι τοῖς δεομένοις, πιςεύοντες ἀμφότεροι διὰ τούτω τὸ ἶσον ἕξειν. κανὼν δὲ καὶ κωλυτὴρ τῶν ἀδικούντων, τοὺς μὲν ἐπιςαμένους τῷ ὀργίζεσθαι πρὶν ἀδικὲν ἔπαυσε, πείσας ὅτι οὐ δυνασοῦνται λαθὲν, ὅταν ἐπ' αὐτὸ ἔλθωντι. τοὺς δὲ μὴ ἐπιςαμένους ἐν αὐτῷ δηλώσας ἀδικοῦντας, ἐκώλυσεν ἀδικῆσαι.

EX EODEM

in libro De Disciplinis.

DEBES enim vel ex alio discendo, vel ipse, quorum scientiam habes, inveniendo, peritus reddi. Ac si quidem discis, id ab alio habes, & alienum est: sin ipse invenis, ex te, ac tuum habes. Et siquidem quæras, facilè erit invenire: sin quærere nescias, difficile. Et seditionem compescuit, & auxit concordiam inventa ratio. In hac enim ut æqualitas inest, ita deest iniquitas: & hujus operâ contractus componuntur. Hujus gratiâ pauperes à divitibus sumunt, & pauperibus concedunt divites, postquam per hanc utrique se æquum obtenturos credunt. Jam cum injuriorum norma sit & repagulum, eorum, qui periti sunt, iram ante injuriam sedat, postquam eos non posse, cum ad rem ventum erit, latére persuasit: imperitos autem, ostenso in re ipsa scelere, ab injuria revocat.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΠΏΛΟΥ

τοῦ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνας.

ΔΟΚΕῙ μοι τῶν ἀνδρῶν τὰν δικαιοσύναν, ματέρα τε καὶ

EX POLO

Pythagoreo in libro De justitia.

EXISTIMO justitiam reliquarum virtutum matrem

τιθηνὰν

ac nutricem esse dicendam. si-
quidem absque hac nec tempe-
rans, nec fortis, nec prudens
quisquam possit esse. Est enim
hæc animi totius cum concin-
nitate pax atque harmonia. Ac
manifestior fiet hujus dignitas,
si cæteros habitus considerave-
rimus. Ut enim illorum usus
ad unum aliquod refertur, ita
hæc ad cœtus integros, & mul-
titudinem. Et in mundo qui-
dem totum administrans im-
perium, Providentia, Har-
monia, ac Dice vocatur ex
deorum quorundam decreto:
in urbe verò pax & recta legum
constitutio: in familia autem
viri & uxoris inter ipsos con-
cordia, famulorum erga domi-
nos benevolentia, dominorum
de famulis cura: in corpore
porro, quæ prima est & omni-
bus animalibus carissima, sa-
nitas & bona valetudo: in ani-
mo denique sapientia, quæ in-
ter homines è scientia constat
atque justitia. Quòd si hæc ita
totum & partes instruit ac ser-
vat, & concordiam inter ipsa
compositionémque efficit, cur
non mater omnium ac nutrix
cunctorum calculis habeatur?

τιθηνὰν τῶν ἄλλων ἀρετῶν προ-
σειπέν. ἄτεργε ταύτας οὔτε σώ-
φρονα, οὔτε ἀνδρεῖον, οὔτε φρόνι-
μον οἷόν τε ἦμεν. ἁρμονία γάρ
ἐντι καὶ εἰρήνα τᾶς ὅλας ψυχᾶς
μετ' εὐρυθμίας. δηλοφανέστερον
δὲ καὶ γένοιτο τὸ ταύτας κράτος,
ἐτάζουσιν ἁμῖν τὰς ἄλλας ἕξιας.
μερικὰν γὰρ ἔχονται αὐταὶ τὰν
ὠφέλειαν, καὶ ποθ' ἕνα· ἁ δὲ
ποθ' ὅλα τὰ συστάματα, καὶ ἐν
πλάθει. ἐν κόσμῳ μὲν ὦν αὐτὰ
τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῖσα,
πρόνοιά τε, καὶ ἁρμονία, καὶ δί-
κα, γένους τινὸς θεῶν οὕτω ψα-
φιζαμένων. ἐν πόλει δὲ εἰρήνα τὲ
καὶ εὐνομία δικαίως κέκληται. ἐν
οἴκῳ δ' ἐστὶν ἀνδρὸς μὲν καὶ γυναι-
κὸς ποτ' ἀλλάλως ὁμοφροσύνα·
οἰκετᾶν δὲ ποτὶ δεσπότας εὔνοια·
δεσποτᾶν δὲ ποτὶ θεράποντας
καδεμονία. ἐν σώματι δὲ, πρά-
τα καὶ ἅπασιν ἀγαπατοτάτα
ζώοις, ἅτε ὑγίεια καὶ ἀρτιότας.
ἐν δὲ ψυχᾷ σοφία ἁ ἐκ τᾶς ἐπι-
στάμας τε καὶ δικαιοσύνας γενο-
μένα παρ' ἀνθρώποις. εἰ δ' αὐτὰ
τὸ ὅλον καὶ τὰ μέρεα οὕτω παιδαγωγεῖ τε καὶ σώζει, ὁμόφρονα
καὶ ποτάγορα ἀλλάλοις ἀπεργαζομένα, πῶς οὐ μάτηρ καὶ τι-
θηνὰ πασᾶν τε καὶ πάντων πανψαφεὶ λέγοιτο;

FINIS. ΤΕΛΟΣ.

[1] ἈΝΩΝΎΜΟΥ ΤΙΝΌΣ

Διαλέξεις Δωρικῇ διαλέκτῳ, Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ αἰσχροῦ, Περὶ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου, Περὶ τοῦ ψεύδους καὶ τῆς ἀληθείας, Περὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς ἀρετῆς, εἰ διδακτόν.

Incerti cujuſdam Diſſertationes Morales, Dorico ſermone conſcriptæ.

Cum verſione & Notis Jo. North.

Diſſ. I. De bono & malo.

[2] ΔΙΣΣΟΙ λόγοι λέγονται ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων περὶ τῶ ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ. τοὶ μὲν γὰρ λέγοντι ὡς ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἀγα-

DUplex fertur in Græcia Philoſophorum ſententia de bono & malo: Etenim quidam aſſerunt, aliud planè bo-

1 Ἀνωνύμου.] Mirum, *Henricum Stephanum*, qui primus hoc fragmentum in lucem emiſit, ne verbo unico præfatum eſſe unde deſumpſerit. Credo equidem excerptorem aliquem illud Authoris nomine non affixo conſervâſſe, è majori libro depromptum; etenim Author ipſe ſe de induſtria non celavit, qui nomen ſuum in Capite quarto interſeruiſſe videtur, ἐπεί τοι καὶ ἐξῆς καθήμενοι ἂν λέγοιμεν Μίμας εἰμί, τὸ αὐτὸ μὲν πάντες ἐροῦμεν, ἀλαθὲς δὲ μόνος ἐγώ, ἐπεὶ καὶ εἰμί· Mimantis igitur cujuſdam ſunt hæ diſſertationes, etſi tantum non nobis æque ac priùs ignoti: nam Virum talem ſcriptores nunquam memorant quibuſcum ego verſatus ſum. E Sicilia aut Italia oriundum merito ſuſpicemur, ideoque Pythagoreum, etſi Jamblichi Catalogo non repertum, tam quia Doriſmo involutus, quàm quod tam ſolenni more ac particulari, ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων, opiniones iſtas prævalere dixit, quod non facturum puto, ſi iſtam patriam ſuam agnoverat. Antiquum maximè ſe prodit multis indiciis. Etenim victoriam quam de Atheniensibus & ſociis reportárunt Lacedæmonii tanquam novum quid ac recenter acquiſitam ponit. καὶ τὰ νίοντα (τὰ νικᾶσι lego) φέροντι ἱερά. αὐτῶν Λακεδαιμονίων νίκα ἃ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως —— Hanc ſi ad poſtremam referamus quam tulerunt Lacedæmonii, videlicet ad Ægos Potamos obtentam, in Olympiade nonageſima tertia collocanda eſt. Tum verò cùm aſſerat βασιλῆα τὸν μέγαν ἰδεῖν κωλύει ὁμοίως Ἀγησιλάῳ τοῖς πτωχοῖς, conſtat Perſarum imperium nondum everſum. Sed & Sophiſtas etiamnum docentes tradit, & ſanè quæ hic affert & contra quæ diſputat jejunam ipſorum ἐριστικὴν ſapiunt & inanes captiunculas quibus adverſarios irretire conati ſunt.

2 Δισσοὶ λόγοι.] Eodem ſenſu uſurpavit λόγοι Maximus. περὶ μὲν δαιμονίων ἀμφισβητοῦντων λόγοι λόγῳ φέρω καὶ ἀντέχομαι τὴν στάσιν· Diſſ. 1.

3 τὸ

num aliud malum: quidam verò idem utrumque; sed his bonum illis malum; eidémque homini quandoque bonum quandoque malum. Ego certè hisce assentior, res illas perpendens quarum studiosa est humana

ἀγαθὸν, ἄλλο δὲ, τὸ κακόν· τοὶ δὲ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἴη, τοῖς δὲ κακόν· καὶ τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ, τοτὲ μὲν ἀγαθὸν, τοτὲ δὲ κακόν. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖσδε ποτιτίθεμαι· σκέψομαι δὲ ἐκ τῶ ἀνθρωπίνω βίω.

τοὶ δὲ ὡς τὸ αὐτό ἐστι.] In quatuor primis Diss. eundem planè modum adhibet Author. De omnibus eadem proponit & simili ratione diluit. Ut igitur ritè intelligatur, hujusce quæstionis Originem altiùs deducam. Heraclitus illud placitum invexit, *πάντα ῥεῖν ποταμοῦ δίκην* ut effert Diogenes, Plato autem *οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι πάντα*, qui dein fusius explicat in Theæt. *ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ, οὐδέν ἐστιν· οὐδ' ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι, ἀλλ' ἐὰν ὡς μέγα προσαγορεύῃς, καὶ σμικρὸν φανεῖται· καὶ ἐὰν βαρὺ, κοῦφον· ξύμπαντά τε οὕτως ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνὸς μήτε τινὸς μήτε ὁποιουοῦν· ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα ἃ δή φαμεν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδὲν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. Unum quippiam ipsum quidem ex seipso nihil esse, neque rectè quiddam aut quale quid nuncupaveris: sed si magnum appellaveris, parvum videtur, si grave, leve. Itaque adeò omnia ut neque unum, neque quiddam, neque quale quicquam sit; at ex latione & motione & mixtione inter se, omnia fiunt quæ existere affirmamus, non rectè quidem vocabuli usu. Nihil enim unquam est, semper verò fit.* Hanc sententiam tanto studio complexi sunt plures, ut planè in sectam etsi à recentioribus non numeratam transirent, *ὡς καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους*, ut ait Diogenes, & consentiunt Aristoteles & Plato: qui etiam addit, *πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη εἶναι, ἀλλὰ μὲν περὶ τὴν Ἰωνίαν ἐπιδίδωσι πάμπολυ· οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐρρωμένως.* In partes etiam suas trahebant Homerum, eo quòd dixit, *πάντα ἔκγονα ῥοῆς καὶ κινήσεως*, in eo versu, *Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.* nec non Epicharmum, Empedoclem, & cæteros, uti referunt Plato in Theæt. Aristoteles in quarto Metaph. Plato ipse ab Heraclito *αἰσθητὰ* desumpsit, indeque partem alteram celeberrimæ divisionis in Timæo transtulit, *τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δ' οὐδέποτε*, & *γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν.* Eáque de causa ideas suas introduxit, ne cum omnia ita fluunt & dilabuntur, nullâ scientiâ comprehendi possent: Teste Aristot. Metaph. *l.* 11. *c.* 4. *συνέβη δ' ἡ περὶ τῶν εἰδῶν δόξα τοῖς εἰποῦσι, διὰ τὸ πεπεῖσθαι περὶ τῆς ἀληθείας τοῖς Ἡρακλειτείοις λόγοις, ὡς πάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων· ὥστ' εἴπερ ἐπιστήμη τινὸς ἔσται καὶ φρόνησις, ἑτέρας δεῖν τινὰς φύσεις εἶναι παρὰ τὰς αἰσθητὰς, μενούσας· οὐ γὰρ εἶναι τῶν ῥεόντων ἐπιστήμην.* Sed mirum in modum, sensum Heracliti adauxit Protagoras, inde corrollarium hoc deducens *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστι.* Qualia cuique videntur, talia reipsa sunt omnia. Ita pluribus exponit Plato, *ἆρ' οὐκ ἐνίοτε πνέοντος ἀνέμου τοῦ αὐτοῦ, ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ· ὁ δ' οὔ· καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα; καὶ μάλα· πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρὸν, τῷ δὲ μή. οὔ; Nonne eodem aliquando vento flante, nostrûm quidem alius friget, alius non. ille quidem leniter, ille vehementer? omnino. Utrum igitur statuerimus ventum in seipso tunc frigidum, vel non frigidum? an potiùs Protagoræ credemus, ei quidem qui friget, frigidum, qui non, nec item.* Quæ autem de frigido differit Protagoras, ad *bonum*

βίω, [4] ὧν ἐπιμελὲς, βρώσιός τε καὶ πόσιος καὶ ἀφροδισίων. ταῦτα γὰρ ἀσθενοῦντι μὲν κακά ἐστιν, ὑγιαίνοντι δὲ καὶ δεομένῳ, ἀγαθά. καὶ ἀκρασία τοίνυν τούτων, τοῖς μὲν ἀκρατέσι, κακόν· τοῖς δὲ ἰατροῖς, ἀγαθόν. [5] ὁ τοίνυν θάνατος, τοῖς μὲν ἀποθανοῦσι κακὸν, τοῖς δ' ἐνταφιοπώλαις καὶ τυμβοποιοῖς ἀγαθόν. γεωργία τε καλῶς ἐξενείκασα τὼς καρπὼς, τοῖς μὲν γεωργοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἐμπόροις κακόν. τὰς τοίνυν ὁλκάδας συντρίβεσθαι καὶ παραθραύεσθαι, τῷ μὲν ναυκλήρῳ κακὸν, τοῖς δὲ ναυπηγοῖς ἀγαθόν. ἔτι, τὸν σίδηρον κατέσθεσθαι καὶ ἀμβλύνεσθαι καὶ συντρίβεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ χαλκῆϊ, ἀγαθόν. καὶ μὰν τὸν κέραμον παραθραύεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τοῖς δὲ κεραμεῦσιν, ἀγαθόν. τὰ δὲ ὑποδήματα κατατρίβεσθαι καὶ διαῤῥήγνυσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ σκυτῆϊ ἀγαθόν. [6] ἐν τοίνυν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνασικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς καὶ τοῖς πολεμικοῖς, αὐτίκα ἐν τῷ γυμνικῷ τῷ σαδιοδρόμῳ ἁ νίκα, τῷ μὲν

vita, scilicet cibum, potum & Venerem: Hæc enim ægrotanti mala, sano autem & indigo bona; & horum usus nimius, ipsis incontinentibus malum, sed medicis bonum. Imò mors obeuntibus quidem malum, sed libitinariis & tumulos struentibus bonum: & quòd ex cultura terra feliciter emittat fructus, agricolis bonum, mercatoribus verò malum: ut conterantur navigia & diffringantur, naviculario malum, naupegis tamen bonum. Porro ut ensis rubigine corrodatur, obtusus fiat, & comminuatur, aliis quidem malum, fabro ærario bonum: & ut fictilia frangantur, cæteris quidem malum, figulis verò bonum: Ut atterantur calcei & disrumpantur, aliis certè malum, at sutori bonum. In certamine sive gymnastico sive musico seu militari, exempli causâ, in stadiocursorio gymnico victoria

& malum, justum & injustum, ad verum & falsum applicavit, uti in locis suis ostendam. Videtis ergò contra quos disputat Mimas, si ita appellare liceat, forsan ipsius ævo jam florentes: & sanè licet jejunæ nobis sub luce majori videantur Quæstiones, non ita olim: quas tam celebri Authore natas, tam acriter à multis defensas, tanta pompâ, reverentiâ tantâ exagitârunt Plato & Aristoteles.

4 ὧν ἐπιμελές.] lego ἐπιμελὲς, ut cum sensu congruat.

5 ὁ τοίνυν θάνατος.] Multas ubique instantias congerit & inducit, Socratico planè more.

6 ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνασικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς.] Sæpe hæc duo connectuntur, ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικοὺς, Aristoph. Plut nempe in quibus tota disciplina sive παίδευσις Ἑλληνικὴ consistebat. Etenim unum, ad corpus, alterum, ad animum retulerunt. τὰ δὲ μαθήματα διττὰ, ὡς γε εἰπεῖν, σχεδὸν δὲ συμβαίνει ἄν· τὰ μὲν περὶ τὸ σῶμα γυμναστικῆς, τὰ δὲ εὐψυχίας χάριν, μουσικῆς. Plat.

vincenti bonum, devictis verò malum. Eadémque obtinet ratio inter pugiles & luctatores, nec non musicos omnes; Nam ad citharam modulatio vincenti bonum, superatis autem malum. Sic etiam in bello: & recentiora primùm narro: Lacedæmoniorum victoria quam de Atheniensibus & fœderatis reportârunt, ipsis quidem bonum, Atheniensibus & sociis malum. Et victoria quâ Græci Persas fuderunt, ipsis bonum, at barbaris malum: Sic Ilii expugnatio Achæis bonum, Troibus malum. Eadem dicantur de miseriis quæ Thebanis & Argivis contigerunt. Insuper, quod inter Lapithas & Centauros gerebatur bellum, Lapithis quidem bonum, Centauris verò malum. Pugna etiam quam Deos cum gigantibus habuisse ferunt, & secuta victoria Diis sanè

μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις, κακόν. καὶ τοῦτο δὲ καὶ τοὶ παλαισταὶ καὶ πύκται, καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες μωσικοί. αὐτίκα ἁ κιθαρῳδία τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δ' ἡσσαμένοις, κακόν. ἔν τε τῷ πολέμῳ καὶ [7] τᾷ νεότατι πρῶτον ἐρῶ. αὐτῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἐν ᾇ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως, Λακεδαιμονίοις μὲν ἀγαθὸν, Ἀθηναίοις δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις κακόν. [8] ἅτε νίκα ἄν τε Ἕλλανες τὸν Πέρσαν ἐνίκασαν, τοῖς μὲν Ἕλλασιν ἀγαθὸν, τοῖς δὲ βαρβάροις κακόν. ἁ τοίνυν τοῦ Ἰλίου αἵρεσις, [9] τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Τρωσὶ κακόν. καδδὲ ταυτὸ καὶ τὰ τῶν [10] Θηβαίων καὶ τὰ τῶν Ἀργείων πάθη. καὶ ἁ τῶν Κενταύρων καὶ Λαπιθᾶν μάχη, τοῖς μὲν Λαπίθαις ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Κενταύροις κακόν. καὶ μὰν καὶ ἁ τῶν θεῶν καὶ γιγάντων λεγομένα μάχα καὶ νίκα, τοῖς μὲν θεοῖς ἀγα-

Plat. leg. l. 7. In tertio autem de Repub. fusiùs disserit quàm necessariò conjungenda utraque disciplina. In Panathenæis musica certamina primò instituit Pericles, καθότι χρὴ τὰς ἀγωνιζομένας αὐλεῖν ἢ ᾄδειν ἢ κιθαρίζειν, Plutarch. in ejus vita.

7 τᾷ νεότατι.] τὰ νέον τι habet alia Editio, quæ magis congruit. sic enim νέον pro adverbio sumetur, τι vero independenter, ut loquuntur Grammatici. Ego certe ita emendarem, τὰ νεωστί. Sensus clarissimus. Nam bella hæc enumerat pro temporis ordine quo gerebantur, novissima primò narrans deinde ad remotiora assurgens.

8 ἅ τε νίκα ἄν τε Ἕλλανες τὼς Πέρσαν.] Insignem illam, ut puto, innuit victoriam, quæ uno eodemque die & apud Platæas & Mycalen Ioniæ Græcos coronavit, quæque bello Persico finem imposuit. Herod l. 9.

9 τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς.] non Ἕλλασιν, ut ante: Nam hæc appellatio pro tota Græcorum gente tunc nondum invaluit, nec unquam apud Homerum invenitur, uti etiam observat Thucyd. l. 1. Ἀχαιὼς communiter vocat Homerus.

10 Θηβαίων καὶ τῶν Ἀργείων πάθη.] Respicit Author in Thebanis infortunia, quæ Oedipo & filiis contigerunt; in Argivis ea quæ Agamemnoni & Oresti, apud Tragicos declamatissima.

ἀγαθὸν, τοῖς δὲ γίγασιν κακόν.

Ἄλλος δὲ λόγος λέγεται, ὡς ἄλλο μὲν τἀγαθὸν εἴη, ἄλλο δὲ, τὸ κακὸν, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτον διαιρεῦμαι τὸν τρόπον. δοκῶ γὰρ οὐ διάδαλον ἦμεν ποῖον ἀγαθὸν καὶ ποῖον κακὸν, αἰ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο ἑκάτερον εἴη· καὶ γὰρ θαυμαςόν κ' εἴη· οἶμαι δὲ οὐδὲ κ' αὐτὸν ἔχεν ἀποκρίνασθαι, αἴ τις αὐτὸν ἔροιτο, τὸν ταῦτα λέγοντα, Εἰπὸν δή μοι, ἤδη τι τοὺς γονέας ἀγαθὸν ἐποίησας; Φαίη κα, Καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Τὺ ἄρα κακὰ καὶ μεγάλα καὶ πολλὰ τούτοις ὀφείλεις, αἴπερ ταὐτόν ἐςι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Τί δὲ, τὼς συγγενέας ἤδη τι ἀγαθὸν ἐποίησας; τὼς ἄρα συγγενέας κακὸν ἐποίεις. Τί δὲ τὼς ἐχθρὼς ἤδη κακῶς ἐποίησας; καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα ἄρα ἀγαθὰ ἐποίησας. [11] ἄγε καὶ δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι, ἄλλο τι ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχοντι· πάλιν εὐδαιμονίζεις, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι, αἴπερ ταὐτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν. [12] τὸν δὲ

bonum, sed gigantibus malum.

Altera sententia, diversum quid bonum, diversum malum affirmat, non nomine magis quam re ipsa distinguendum. Ego verò illud hoc modo dijudico. Credo equidem, nobis non posse constare, quæ res bona quæve mala, si idem esset utrumque non diversum quid; & illud meritò miretur quispiam. Nec puto habiturum quod respondeat, si quis hæc dicentem ita interrogaret. Dicas obsecro mihi, an quid boni parentibus præstitisti? reponet forsan, Imò multa & præclara. Tu igitur illis pœnas multorum ac gravium malorum debes, si idem bonum malúmque censendum est. Quid autem, propinquos bono quopiam affecisti? Eosdem igitur & malo. Quid dein, an hostibus quid mali intuleris? Etiam & illos multis & præclaris bonis cumulâsti. Age verò & illud aliud responde, quare vel pauperes misereris, eò quòd multis & ingentibus malis opprimuntur, vel rursus divites beas, quòd bene & prospere agant, si idem bonum & malum? Profectò nihil obstat quin rex

Βασι-

11 Ἄγε κὴ δή.] In hoc loco quædam omitti, & puncta transponi videntur. quem ita restituo: ἄγε δή μοι κὴ τόδε ἀπόκριναι, ἄλλο, τί ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ κὴ μεγάλα κακὰ (interponendum enim proculdubio) ἔχοντι; ἢ πάλιν πλουσίως (delendum fortè πάλιν) ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι αἴπερ ταὐτὸν κὴ κακὸν κὴ ἀγαθόν.

12 τὸν δὲ βασιλῆα τὸν μέγαν.] Ita Persarum regem appellabant non adjecto nomine, uti ubique constat in Græcorum scriptis. Ego unum tantùm appo-

magnus Persarum eâdem versetur conditione cum egenis; Nam multa & magna bona quibus abundat, in ejusdem gravitatis mala transibunt, si idem bonum malúmque. Hæc ad rem generaliter sumptam dicta sufficiant. Sed & singula illa percurro, à cibo, potu & Venere incœptans. Infirmis bonum est hæc omnia pro libitu usurpare, si idem bonum & malum: paríque ratione ægrotantibus morbus ac firma valetudo perinde bona sunt. Hoc autem ad cætera omnia applicandum quæ in isto priore sermone conduntur. Interim tamen quid bonum sit & malum non determino, illud solùm probare annixus ad idem utrumque non posse referri, sed alterutrum tantùm.

βασιλῆα τὸν μέγαν οὐδὲν καλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς. τὰ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ αὐτῷ, πολλὰ κακὰ καὶ μεγάλα [ἐστ]ὶν, αἴκα ταὐτόν ἐστιν τἀγαθὸν καὶ κακόν. καὶ τάδε μὲν περὶ τῶ παντὸς εἰρήσθω. εἶμι δὲ καὶ καθ' ἕκαστον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶ ἐσθίεν καὶ πίνεν καὶ ἀφροδισιάζεν. τοῦτο γὰρ τοῖς ἀσθενέουσι ταῦτα ποιὲν, ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς, αἴπερ ταὐτόν ἐστιν ἀγαθὸν καὶ κακόν· καὶ τοῖς νοσέουσι, κακόν ἐστι τὸ νοσὲν καὶ ἀγαθὸν, αἴπερ ταὐτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. καθδὲ τόδε καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ εἴρηται. καὶ οὐ λέγω τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο πειρῶμαι διδάσκειν, ὡς οὐ ταὐτὸν εἴη κακὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἑκάτερον.

apponam exemplum ex Arist. Achar. Ἐπέμψαθ' ὑμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν.

Diss. II. de Honesto & Turpi.

DUO etiam feruntur sermones de Honesto & Turpi. Nam quidam aliud esse honestum asserunt, aliud turpe, tam re quam nomine distinguendum: Quidam verò idem utrumque, cujus sententiæ modum explicare conabor. Ut igitur formosus puer Amatori probo gratificetur, hone-

ΛΕΓΟΝΤΑΙ δὲ καὶ περὶ τῶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ δισσοὶ λόγοι. τοὶ μὲν γὰρ φαντὶ ἄλλο μὲν ἦμεν τὸ καλὸν, ἄλλο δὲ τὸ αἰσχρὸν, διαφέρον ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα· τοὶ δὲ, ταὐτὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν. κἀγὼ πειρασοῦμαι, τόνδε τὸν τρόπον ἐξαγεύμενος. αὐτίκα γὰρ παιδίῳ ὡραίῳ ἐραστᾷ μὲν χρηστῷ [1] χαρίζεσθαι, καλὸν, [2] μὴ

1 χαρίζεσθαι. Sumitur verbum sæpius ita, in nefanda scelere obsequi, corpus prostituere. Ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων, inquit Xenophon, οἱ νόμοι ἐναντίοι

[2] μὴ ἐρασᾷ δὲ καλῷ, αἰσχρόν. καὶ τὰς γυναῖκας λοῦσθαι ἔνδον, καλόν· ἐν παλαίστρᾳ δὲ, αἰσχρόν· ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐν παλαίστρᾳ καὶ ἐν γυμνασίῳ καλόν. καὶ συνίμεν τῷ ἀνδρὶ, ἐν ἀσυχίᾳ μὲν, καλὸν, ὅπου τοίχοις κρυφθήσεται· [3] ἔξω δὲ, αἰσχρὸν, ὅπου τὶς ὄψεται. καὶ τὸ μὲν αὐτᾶς

stum, non probo autem turpe: ut fœminæ domi laventur honestum, in Palæstra turpe; sed ut viri id & in Palæstra faciant & Gymnasio, honestum. Ut fœminæ cum viris congrediantur privatim ubi parietes abscondunt, honestum, extra verò in conspectu cujusquam turpe: & ut à maritis suis

[illegible]

ται ταῖς πρὸς τὰ παιδικὰ ἐπιθυμίαις, l. de Rep. Lac. Apud Bœotos, & in Elide his terminis legem latam testatur Plato in Conviv. ἁπλῶς νενόμισται, καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς· καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι οὔτε νέος οὔτε παλαιὸς, ὡς αἰσχρόν· Quod confirmat Xenophon, οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες ἢ ὥσπερ Βοιωτοὶ, ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσιν ἢ (ὥσπερ Ἠλεῖοι) διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ χρῶνται. Et quanquam tam horrendum amorem Spartanæ leges ac Atticæ pro forma prohibent, attamen aperte & communiter usurpatum ex Aristophane constat cæterisque scriptoribus qui tam frequenter commemorant, qui nam erant hujus aut illius παιδικά. Formosi pueri innumeris continuò stipati incedebant, qui ipsos sollicitarunt & omni officio devincere studebant: & si cui morem gererent, illis præ cæteris χαρίζεσθαι dicebantur. Sic Alcibiades se Socrati obtulit, πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναι σοὶ μὴ οὐ καὶ τοῦτο χαρίζεσθαι. Quem tamen ille magnanimo fastu rejecit. Alium huic verbo sensum affingunt Platonici, uti solent ἐν ἐρωτικοῖς. quod ita χαρίζεσθαι debent exempti Adolescentes, videlicet se amatoribus adjungere, ipsorum frequenti consortio frui, ut inde bonos mores ediscant, & ad virtutem colendam componantur, cujus optimam spem ex ipsa forma præstant. Xenophon tales ἐραστὰς instituisse Lycurgum dicit, quanquam ipse confitetur plurimos huic rei fidem non adhibere. Mimantem hoc sensu philosophico verbum cepisse sentio, eo quòd non nisi τῷ χρηστῷ ἐραστῇ faveat. Nam ita distinguit Maximus diss. 8. πρᾶγμα διττὸν τὸ μὲν ἀρετῆς ἐπίβολον, τὸ δὲ μοχθηρίᾳ συμπεπλεκὲς, φωνῇ μιᾷ οἱ ἄνθρωποι ἐπονομάζοντες ἔρωτα, ὥσπερ καλοῦντες καὶ τὸν θεὸν καὶ τὴν νόσον· καλλωπίζονται μὲν οἱ μοχθηροὶ ἐρασταὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ὁμωνυμίαν· ἀπιστοῦνται δὲ οἱ χρηστοὶ διὰ τὸ ἀμφίβολον τοῦ πάθους· Plato magis disertè ad propositum nostrum, in Conviv. ἀλλὰ καλῶς μὲν πραττόμενον (id est ἐρᾷν) καλὸν, αἰσχρῶς δὲ αἰσχρόν. αἰσχρὸν μὲν οὖν ἐστι πονηρῷ τε καὶ πονηρῶς χαρίζεσθαι· καλὸν χρηστῷ τε καὶ καλῶς· πονηρὸς δέ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ ἐραστὴς ὁ πάνδημος, ὁ τοῦ σώματος μᾶλλον ἐρῶν ἢ τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ἐραστὴς διὰ βίου μένει ἅτε μονίμῳ συντακείς.

2 μὴ ἐραστᾷ καλῷ.] Scripsit Author χρηστῷ, ut puto, non solitus variare verba dum ita opponit, nec hîc præsertim vellet ubi καλὸν alio sensu toties desumit: sed eò quod tam sæpe occurrat, facilis transcriptorum error.

3 ἔξω δὲ αἰσχρόν.] Diogenes Cynicus εἰώθει πάντα ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὰ Δήμητρος καὶ τὰ Ἀφροδίτης — χειρουργῶν τε ἐν μέσῳ συνεχές. Diog. in Vit. Crateti ejusdem perfrictæ frontis contigit uxor Hipparchia, ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο. Et illud tantum non placitum erat Cynicorum; ut meritò dixerit Epictetus, sectam Cynicam si non rectè instituatur, nihil aliud profiteri quàm δημοσίᾳ ἀσχημονεῖν. Arr. l. 3. c. 22. Indorum tota Gens in propatulo coit Sext. Emp. Sed Lycurgus hanc partem munivit maximè, ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δὲ ἐξιόντα. Xenoph. in Lac. Rep.

4 ἐφ'

comprimantur, honestum, sed ab alieno, turpissimum: Ut etiam vir propriâ fruatur uxore, honestum, alienâ autem turpe. Viro turpe est, molliter ornatus incedere cerussâve oblitus vel aurum appensum gerere, sed mulieri honestum. Sic amicis benefacere honestum, inimicis turpe: Hostes fugere turpe, certantes autem in stadio, honestum: cives & amicos necare turpe, sed hostes honestum. Et hæc de omnibus dici supponantur.

συνίμεν ἀνδρὶ καλόν· ἀλλοτρίῳ δὲ αἴσχιστον. καὶ τῷγε ἀνδρί, τᾷ μὲν ἑαυτῶ γυναικὶ συνίμεν, καλόν· ἀλλοτρίᾳ δέ, αἰσχρόν. καὶ κοσμεῖσθαι, καὶ ψιμμυθίῳ χρίεσθαι, καὶ χρυσία περιάπτεσθαι, τῷ μὲν ἀνδρὶ αἰσχρόν, τᾷ δὲ γυναικὶ καλόν· καὶ τὼς μὲν φίλως εὖ ποιὲν, καλόν. τὼς δὲ ἐχθρὼς, αἰσχρόν. καὶ τὼς μὲν πολεμίως φεύγεν, αἰσχρόν· τὼς δὲ ἐν σταδίῳ ἀγωνιστὰς, καλόν. καὶ τὼς μὲν φίλως καὶ τὼς πολίτας φονεύεν, αἰσχρόν· τὼς δὲ πολεμίως, καλόν. καὶ τάδε μὲν περὶ πάντων.

Transeo autem ad ea quæ gentes & civitates turpia ducunt. Ut igitur puellæ discinctis brachiis se exerceant, & veste depositâ prodeant, Lacedæmoniis honestum, Ioni-

Εἶμι δ' [4] ἐφ' ἃ ταὶ πόλιές τε αἰσχρὰ ἄγηνται καὶ τὰ ἔθνεα. αὐτίκα Λακεδαιμονίοις [5] τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως, καὶ [6] ἀχίτωνας παρέρπεν, καλόν·

4 ἐφ' ἃ ταὶ πόλιες.] Mirum, quantum ex hoc loco disputabant Philosophi Sceptici & Ἡρακλείτειοι, quos joco ῥέοντας appellat Plato. Nam ita Protagoras, λέγομεν ἀποφαινόμενος τό τε δοκοῦν ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ εἶναι ἰδιώτῃ τε καὶ πόλει, clarius vero postea, περὶ πολιτικῶν καλὰ μὲν καὶ αἰσχρά, δίκαια καὶ ἄδικα, καὶ ὅσια καὶ μή, οἷα ἂν ἑκάστη πόλις οἰηθεῖσα θῆται νόμιμα ἑαυτῇ, ταῦτα καὶ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ ἑκάστῃ. Plat. in Theæt. innumerisque aliis ejusdem dialogi partibus constat. Hinc etiam rationes boni & mali tollebant Cynici. Ita Diogenes inter cætera, μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν γεύσασθαι ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν. Hoc etiam inter Scepticorum δέκα τρόπους, quintum, secundum Laertium, secundum Empiricum decimum scil. παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τοὺς νόμους constituebat, in quo eandem planè rationem adhibent quam hic Author. Teneri non possum quin illud ex Eurip. Phœniss. apponam quia tam aptè respondet. Εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα, οὐκ ἦν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις. Νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν οὔτ' ἴσον βροτοῖς Πλὴν ὀνομάσαι· τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστι τόδε. Ubi qui plura vult, adeat Scholiasten.

5 τὰς κόρας γυμνάζεσθαι.] Heracl. de Gentium moribus ait apud Spartanos γυμνάσια ὥσπερ ἀνδρῶν ἐστι, οὕτω καὶ παρθένων· Xenoph. item de Lycurgo in Lac. Rep. σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος φύλου· ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησεν.

6 ἀχίτωνας παρέρπεν.] Plutarc. in Vi. Lycur. οὐδὲν ἧττον εἴθισε τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πομπεύειν καὶ πρὸς ἱεροῖς τισιν ὀρχεῖσθαι καὶ ᾄδειν τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων.

λόν· Ἴωσι δ' αἰσχρόν. καὶ τὼς παῖδας μὴ μανθάνεν μωσικὰ καὶ γράμματα, καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρὸν [8] μὴ ἐπίσασθαι ταῦτα πάντα. [9] Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας [10] λαβόντι, αὐτὼς δαμάσαι, καὶ τὼς ὀρέας· βῶς τε λαβόντι, αὐτὼς σφάξαι καὶ ἐκδεῖραι καὶ κατακόψαι· ἐν Σικελίᾳ δὲ αἰσχρὸν, καὶ δώλων ἔργα. [11] Μακεδόσι καλὸν δοκεῖ ἦμεν, τὰς κόρας, πρὶν ἀνδρὶ γάμασθαι, ἐρᾶσθαι καὶ ἀνδρὶ συγγίνεσθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ γαμεῖται, αἰσχρόν· Ἕλλασι δ' ἄμφω αἰσχρόν. [12] τοῖς

bus turpe videtur: & ut pueri Musices & literarum ignari sint, inter illos honestum, at hujusmodi inscitia inter Iones turpis. Thessali honestum putant equos & mulos ex armento ablatos domare, bovésque raptos jugulare, & pelle detracta discindere: hæc autem Siculi turpia ac servorum opera censent. Puellas nondum collocatas amari & à viris comprimi inter Macedones honestum: post nuptias verò turpe; Utrumque inter Græcos turpe. Puellarum frontes notis quibusdam interpungi,

δὲ

7 μὴ μανθάνειν μωσικὰ καὶ γράμματα.] Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἢ τὰς εἰς πόλεμον αἰσχρὸν, inquit Heraclides; nam ad bellicam disciplinam compositi, nihil intermiscebant quod emollire animos poterat. Vid. etiam Ælianum l. 12 c. 50.

8 μὴ ἐπίστασθαι ταῦτα πάντα.] Nam præterquam in Sparta inquit Xenoph Græci παῖδας πέμπουσιν εἰς διδασκάλων μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ. Cicero in Tuscul l. 1. *Themistocles cùm in epulis recusaret Lyram habitus est indoctior. Ergò in Græcia musici floruerunt, discebántque id omnes, nec qui nesciebat satis excultus doctrinâ putabatur.* Sed Asiæ minoris Populi iique præcipuè qui non longè à littore siti, musicam maximè colebant: cum suos ἁρμονίας proprias haberent, & ab ipsis nominatos, φρυγιστὶ, λυδιστὶ, αἰολιστὶ, & ab Ionibus ἰαστί.

9 Θεσσαλοῖσι δὲ καλόν.] Nihil tale apud cæteros scriptores repertum quantum ego unquam deprehendi. Ubique celebres sunt ob Generosos equos & equitandi peritiam. Vitam λῃστρικὴν olim cum laude exerceri ubique patet, præsertim ex Thucydidis notissimo loco. οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον· δηλοῦσι δὲ τῶν ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν. l. 1. De Thracibus Herodotus, τὸ ζῆν ἀπὸ λῃστύος κάλλιστον. Boves autem (in quibus ostendit Pausanias veterum opes maximè collocari) frequenter direptos etiam Caci historiola demonstrat.

10 λαβόντι] Pro λαβόντας sive ex errore exemplarium, seu potius ex Dorici idiomatis usu in quod magis propensus sum, etsi nihil tale in Lexicographis comperio, quia bis in hac sententia occurrat, cùm toties obrepere errorem non putandum. Et quidem satis distinguitur, à λαβόντι quod pro λάβωσι ponunt Dores, eò quod hæ voces in penultima accentum gerant. Sic in postremis hujus capitis verbis ποιηταὶς δὲ μάρτυρας ἐπάγονται ποτὶ ἀδονὰν οὐ ποτ' ἀλάθειαν ποιεῦντι, pro ποιεῦντας, nisi forsan omittatur οἱ.

11 Μακεδόσι.] Quod hic de Macedonibus narratur, de Thracibus refert Herodot. in Terpsic. τὰς δὲ παρθένους οὐ φυλάσσουσι ἀλλ' ἐῶσι τοῖσι αὐταὶ βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι. τὰς δὲ γυναῖκας ἰσχυρῶς φυλάσσουσι. Eadem de Lydis Ælianus l. 4. c. 1.

12 τοῖς δὲ Θραξί.] Hoc ad omnes Thraces applicare videtur Herodotus, etsi ad solas puellas restringi potest,

τῇ

Thracibus ornamentum videtur. Scythis quidem honestum ut cùm quis hominem occiderit, capitis, cute divulsâ, partem crinitam ante equum gestet, Osseam verò auro vel argento obducens, ex illâ bibat diisque ipsis libamina fundat. Græcorum autem nullus easdem ædes ingredi vellet unà cum viro qui tale quid fecerit. Massagetæ parentes suos obtruncantes comedunt & optima videtur sepultura, ita in sobolis ventre condi: sed in Græcia si quis tale quippiam commit-

δὲ Θρᾳξὶ κόσμος τὰς κόρας στίζεσθαι. τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα [13] κατὰν ἐκδείρας τὰν κεφαλάν, [14] τὸ μὲν κόμιον [15] πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ, [16] τὸ δ' ὀστέον [17] χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας, πίνει ἐξ αὐτοῦ, καὶ σπένδει τοῖς θεοῖς· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν, οὐδέ κ' ἐς τὰν αὐτὰν οἰκίαν συνεισελθεῖν βούλοιτ' ἄν τις τοιαῦτα ποιήσαντι. [18] Μασσαγέται δὲ τὼς γονέας κατακόψαντες κατέσθοντι, καὶ [19] τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἦμεν, ἐν τοῖς τέκνοις τεθάφθαι· ἐν δὲ τᾷ Ἑλλάδι ἄν τις ταῦτα ποιήσῃ, ἐξελαθεὶς ἐκ τῆς Ἑλλά-

τὸ ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται, τὸ δ' ἄστικτον ἀγεννές. Ad Æthiopes idem defert Sextus. Pyr Hyp. l. 1.

13 ὃς ἄνδρα κατάν.] κτανὼν proculdubio.

14 τὸ κόμιον.] Torsit aliquantulum hoc verbum, utpotequod nec in veterum nec recentiorum Lexicis inveni. Sed facilis conjectura à κόμη duxit, quod confirmavit sensus, ut sic τῷ ὀστέῳ opponatur. Sed & favet Herodotus qui dum exponit quomodo capiti cutem detrahit Scytha, sic ait, in l. Melpom. περιταμὼν κύκλῳ περὶ τὰ ὦτα, ac si posteriorem tantùm partem crinitam scilicet, usui suo accommodaret: cùm pars cutis frontem obvolvens minùs forsan idonea quia tot locis perforatur.

15 πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ.] ἅτε οἱ χειρόμακτρα κέκτηται inquit Herod. cùm jam satis emolliverat tanquam *mantile servabat*. Sed jactabundus ἐκ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου, τὸν αὐτὸς ἐλαύνει, ἐκ τούτων ἐξάπτει καὶ ἀγάλλεται, *habenis equi cui ipse insidet annectebat superbus*.

16 τὸ δ' ὀστέον.] Id non nisi infensissimorum capiti faciunt. Herod.

17 χρυσώσας. Si pauper sit Scytha, ἔξωθεν ὠμοβοέην μούνην περιτείνας χρῆται, Caput *extra crudo bovino corio obducens sic utitur*, sin autem dives, insuper & intus inaurat. Herod.

18 Μασσαγέται δὲ τὼς γονέας.] Si ad extremam senectutem pervenerint inquit Herodotus l. 1. ἐπεὰν δὲ γέρων γένηται κάρτα, οἱ προσήκοντές οἱ πάντες συνελθόντες θύουσί μιν καὶ ἄλλα πρόβατα ἅμα αὐτῷ. ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα κατευωχέονται. Sin autem ante ex morbo moriantur, οὐ κατέσθουσι ἀλλὰ γῇ κρύπτουσι, *non edunt sed tumulo condunt* συμφορὴν ποιεύμενοι, *dolentes* quod illis immolari vel potiùs obtruncari non contigerit. Unde lepidissime ait Herodotus, ὅρος δὲ ἡλικίης σφι προκέεται ἄλλος μὲν οὐδείς, *nullus alius vitæ terminus iis impendet*.

19 τάφος κάλλιστος.] Sic Indi Callatini apud Herod. l. 3. rogante Dario ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τελευτῶντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί, ἀμβώσαντες μέγα εὐφημεῖν μιν ἐκέλευον. Nam & illi parentes comedunt. Indéque ex sententia Herodoti, Cambysem insanire meritò putabant homines; οὐ γὰρ ἂν ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε καταγελᾶν. *aliter non ausus fuisset, templa & Ritus ludibrio habere*, Apim sc. Ægyptiacam occidens: cum sacra sua omnium præstantissima quælibet judicet Gens.

Ἑλλάδος, κακὰ ἀποθάνῃ, ὡς αἰσχρὰ καὶ δεινὰ ποιέων. τοὶ δὲ Πέρσαι, [20] κοσμεῖσθαί τε, ὥσπερ τὰς γυναῖκας, καὶ τὼς ἄνδρας, καλὸν νομίζοντι, καὶ τᾷ θυγατρὶ, καὶ τᾷ ματρὶ, [21] καὶ τᾷ ἀδελφᾷ συνίμεν· τοὶ δὲ Ἕλλανες, καὶ αἰσχρὰ καὶ παράνομα. [22] Λυδοῖς τοίνυν τὰς κόρας πορνευθείσας, καὶ ἀργύριον ἐνεργήσασθαι, καὶ οὕτω γάμασθαι καλὸν δοκεῖ ἦμεν· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν, οὐδείς κα θέλει γαμᾶν. [23] Αἰγύπτιοί τε οὐ ταυτὰ νομίζοντι καλὰ τοῖς ἄλλοις. τῇδε μὲν γὰρ γυναῖκας ὑφαίνεν καὶ ἐργάζεσθαι, καλόν· ἀλλὰ τηνεὶ τὼς ἄνδρας, τὰς δὲ γυναῖκας πράσσεν ἅπερ τῇ δε τοὶ ἄνδρες. τὸν παλὸν δεύειν ταῖς χερσὶ, τὸν σῖτον τοῖς ποσὶ, τήνοις καλόν·

teret, ejectus statim miserè periret, ut qui rem turpem ac horrendam patrâsset. Persæ viros delicatulè ornari instar fœminarum honestum putant, ut & cum filia, matre ac sorore congredi: at Græci turpia hæc & iniqua. Lydis puellas, cum prostituto corpore pecunias corraserint, ita tandem nubere honestum videtur: inter Græcos autem nemo harum ullam in uxorem duceret. Ægyptii non eadem statuunt honesta quæ cæteræ gentes: Alibi certè fœminas texere & operari honestum, hîc autem viros. Mulieres officiis funguntur quibus alibi viri solent:

20 Κοσμεῖσθαι.] eò quòd vestes demissas admodum & fluitantes inducerent, ἀνθεβαφεῖς ἐσθῆτας καὶ ποδήρεις, Sext. Emp. vel ut Diodor l. 2. στολὴν δὲ ἧς ἐκ ἦν διαγνῶναι τὸν περιβεβλημένον πότερον ἀνήρ ἐστιν ἢ γυνή. Comam quoque alebant. inde in Oraculo Milesiis dato κομῆται dicti. Herod. l. 6. & faciem fuco illinebant, ut ex Xenoph. Cyrip. l. 8. colligitur.

21 καὶ τᾷ ἀδελφᾷ.] Hi fœdi mores non ante Cambysis tempora invalescebant. Nam ille primò sororem duxit: οὐδαμῶς γὰρ, inquit Herod. l. 3. εἰώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι.

22 Λυδοῖς.] Eadem narrat Herodotus l. 1.

23 Αἰγύπτιοί τε.] Hæc etiam ex Herodoto desumpsit Author, qui ita observat, Αἰγύπτιοι ἅμα τῷ οὐρανῷ τῷ κατὰ σφέας ἐόντι ἑτεροίῳ, καὶ τῷ ποταμῷ φύσιν ἀλλοίην παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ, τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἐστήσαντο ἤθεα καὶ νόμους. l. 2. ubi inter cætera hoc etiam de pane habet. Miror autem impensiùs Interpretes tam Herodoti quam Strabonis, qui eadem ex Herodoto refert l. 17. πηλὸν hîc transtulisse lutum, unde constat eos nec verbi vim nec Authoris sensum assecutos. nam quare lutum subigerent aut Ægyptii aut quivis mortalium? πηλὸς igitur cæmentum exprimit unde sensus statim optimus emergit. Jul. Pol. l. 7. c. 27. inter cætera cæmenti genera etiam πηλὸν, & inter mercenarios πηλοφόρους ponit. Nec illud tantum Ægyptii sed & χερσὶ τὴν κόπρον ἀναιρέονται, sordes manibus auferunt. Plura adjicit Herodotus, sed ea omnia omittit Diodorus Sic. l. 1. tanquam fabulosa nec fide digna. ὅσα μὲν οὖν Ἡρόδοτος καὶ τινὲς τῶν τὰς Αἰγυπτίων πράξεις συνταξαμένων ἐσχεδιάκασι καὶ συνεγράψαντο ἑκουσίως προκρίναντες τῆς ἀληθείας τὸ παραδοξολογεῖν καὶ μύθους πλάττειν ψυχαγωγίας ἕνεκα παρήσομεν.

cæmentum manibus subigere, panem verò pedibus, inter illos honestum, sed apud nos obtinet contrarium. Sanè si quis juberet omnes homines in unum locum deferre, quæ turpia putant, & dein è simul congestis excerpere quæ singulis honesta videntur, nihil superfuturum credo, sed omnes omnia desumpturos: non eadem enim omnes colunt. Apponam autem poëticum fragmentum.

Spectabis alias hoc loco datas viris
Leges, hinc discens nihil honestum, nihil
Ubique turpe, sed reddit occasio
Idem nunc turpe, dein mutata, bonum.

Ut totam rem verbo compingam, omnia opportuna quidem honesta, intempestiva verò turpia. Quid ergo confeci? dixi me velle eadem honesta ac turpia demonstrare, quod his omnibus absolvi.

Cæterùm alius fertur sermo de honesto ac turpi nempe qui

καλόν· ἀλλ' ἀμῖν τὸ ἐναντίον. οἶμαι δ' ἄν τις [24] τὰ καλὰ εἰς ἓν κελεύῃ συνενεῖκαι πάντας ἀνθρώπους ἃ ἕκαστοι νομίζοντι, καὶ πάλιν ἐξ ἀθρόων τοι τὰ αἰσχρὰ λαβὲν, ἃ ἕκαστοι [25] ἄγηνται, οὐδὲν [26] καλυφθῆμεν, ἀλλὰ πάντας πάντα διχλαβέν. οὐ γὰρ πάντες ταυτὰ νομίζοντι. παρεξοῦμαι δὲ καὶ ποίημά τι.

[27] Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσι νόμον
Ὄψει διαιρῶν, οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν,
Οὐδ' αἰσχρὸν· ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησε λαβὼν
Ὁ καιρὸς αἰσχρὰ, καὶ διαλλάξας καλά.

Ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπὲν, [28] πάντα καιρῷ μὲν καλά ἐντι, ἐν ἀκαιρίᾳ δ', αἰσχρά. τί ὧν διεπραξάμην; ἔφαν ἀποδείξεν ταυτὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὄντα· καὶ ἀπέδειξα ἐν τούτοις πᾶσι.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ τῶ αἰσχρῶ καὶ καλῶ, ὡς ἄλλο ἑκάτερον εἴη. ἐπεὶ

24 τὰ καλά.] & dein τὰ αἰσχρὰ suos invicem locos occupârunt, ita ut transponenda sint, τὰ αἰσχρὰ εἰς ἓν & τὰ καλὰ λαβέν. Quod illud λαβέν ostendit, alias impropriè ad τὰ αἰσχρὰ annexum. Sed & indicat Author ipse cùm postea repetens diluit argumentum.

25 ἄγηνται.] verbum Ionicum: Et ut semel hic moneam plura Ionicè usurpat Author, quale est τωὐτὸς ubique oculis obversans. Sic etiam συνενεῖκαι sæpius in Herodoto repertum.

26 Καλυφθῆμεν.] emendo καταλειφθῆμεν —

27 Καὶ γὰρ τόν.] Hoc ποίημα in suos στίχους disposui, & non dubito quin ex Euripide illo σκηνικῷ φιλοσόφῳ, excerpantur. Non tantum quia ipse ferè solus periculosa illa & nefaria solet effundere, sed & dictionem ipsius sapiunt: etsi nec in tragœdiis quæ extant, nec in deperditorum fragmentis reperio.

28 πάντα καιρῷ.] Eadem habet sed sensu magis sano Sophocles, πάντα γὰρ καιρῷ καλὰ —

29 ἀ

ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσῃ τὼς λέγοντας ὡς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστιν, αἴ ποκά τι αὐτοῖς καλὸν εἴργασται, αἰσχρὸν ὁμολογησοῦντι, αἴπερ τωὔτὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλόν. καὶ αἴ τινα καλὸν οἴδαντι ἄνδρα, τοῦτον καὶ αἰσχρὸν τὸν αὐτόν. καὶ αἴ τινα κα λευκὸν, καὶ μέλανα τοῦτον τὸν αὐτόν. καὶ καλόν γ' ἐστὶ τὼς θεὼς σέβεσθαι, καὶ αἰσχρὸν ἄρα τὼς θεὼς σέβεσθαι, αἴπερ τωὔτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστι. καὶ τάδε μὲν περὶ ἁπάντων εἰρήσθω μοι. τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ὃν λέγοντι. αἰ γὰρ τὰν γυναῖκα καλόν ἐστι κοσμεῖσθαι, τὰν γυναῖκα αἰσχρὸν κοσμεῖσθαι, αἴπερ τωὔτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν· καὶ τἆλλα κατὰ τωὔτόν. ἐν Λακεδαίμονι ἐστὶ καλὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι, ἐν Λακεδαίμονι ἐστὶν αἰσχρὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι. καὶ τἆλλα οὕτως. λέγοντι δὲ ὡς [29] αἴ τινες τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῶν ἐθνέων πάντοθεν συνενείκαιεν, ἔπειτα συγκαλεσοῦντες κελεύοιεν, ἅ τις

utrumque diversum quid affirmat. Quandoquidem si quis prioris sententiæ patronos rogaret, an quid honestum unquam peregerint, etiam & istud turpe agnoscant necesse est, si idem honestum ac turpe. Et si virum quempiam honestum cognoverint, eundem etiam & turpem: si album quempiam, etiam & illum ipsum nigrum: Deósne venerari honestum? venerari ergo quoque turpe, Et hæc de omnibus dici supponantur. Sed memet converto ad rationes quas illi afferunt: Si mulierem bellè ornari honestum, & eandem ita ornari turpe, si pro eodem honestum ac turpe reputandum. Paríque ratione cætera. In Sparta puellas se exercitare honestum, in Sparta quoque puellas se exercitare turpe est: aliáque consimili modo. Dicunt autem, si quis turpia ex omni undequaque gente in medium adduceret, deindeque mandaret singulos ea quæ honesta putant capere, omnes omnia sumpturos, & pro honestis reportaturos. Mirum quid, si turpia in unum locum delata, honesta fierent non eadem quæ adduce-

καλὰ νομίζει, [30] λαμβάνειν πάντα, καὶ ἐν καλῷ ἀπενειχθῆμεν· ἐγὼ θαυμάζω αἰ τὰ αἰσχρὰ, συνενεχθέντα καλὰ ἐσσεῖται, καὶ οὐχ οἷά περ ἦνθεν. αἰ γοῦν ἵππως ἢ βῶς ἢ ὄϊς ἢ ἀνθρώπως ἄγαγον;

29 αἴ τινες τὰ αἰσχρά.] Non possum hic prætermittere præclarissimam Herodoti sententiam, quæ etsi cum sensu Authoris nostri non undiquaque congruat, simili tamen modo effertur. ἐπίσταμαι δὲ τοσοῦτο, ὅτι εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ εἰς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐγκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι αὐτῶν ἀποφεροίατο ὀπίσω τὰ ἐσηνείκαντο. l. 7.

30 λαμβάνειν.] aliquid deest ita reponendum, ἅ τις καλὰ νομίζει λαμβάνειν, πάντας πάντα διαλαβεῖν.

31 ποτὶ

